Cl. I. [illegible]

[illegible]

DESIDERII ERASMI
ROTERODAMI

PROVERBIORVM EPITOME

RETRACTATA

AB

M. IO. CHRIST. MESSERSCHMID

SENATORIAE VITEMB. RECTORE SOCIETATT.

IENENS. REGIOMONT. LIPSIENS. INSTIT. LIT-

TERAR. ACADEM. ADSCRIPT.





LIPSIAE

SVMTIBVS HAERED. LANKISIAN.

CIƆIƆCCLVIIII.



PRAEFATIO.

PARATVRIS ab ERASMO collectorum adagiorum epitomen recudendam, et de auctoris vita, et de adagiis eorumque vsu pauca tantum nobis praefari visum est. Quod ad illam, in exponenda ea, eruditorum multi opera, quamquam dissimili, haud sunt abusi, vti, RHENANVS, MERVLA, MALINCROT, MERCIER, KNIGHT, BVRIGNI, et quemquam, diffido, fore, qui mihi, aliorum moribus parenti, vitio vertat, quod hisce ducibus viris, Brittone in primis KNIGHT ac Gallofranco BVRIGNI, de natalibus, de vitae ratione studiorumque DESIDERII nostri, quantum praefari licet, differam, quosdam, haud ignarus, hunc librum euoluturos, esse, qui eius auctorem, nisi norint, nosse tamen cupiunt.

ITAQVE ERASMUM, scias, litteris magis nobilem factum esse quam genere. Patre vsus est GERARDO, humaniorum disciplinarum viro haud experte, qui, MARGARETHA, PETRI artis salutaris doctoris filia, quam, parentibus ac decem et quinque fratribus abnuentibus, sibi coniungere vellet, grauida relicta, Gouda, domicilii loco Romam se recepit, victum ibi quaeritans describendis libris diuendendisque. Mater vero, partu prope instante, Gouda Roterodamum discedens, filium, GERARDVM GERARDI, ex furtiuo complexu, vt SCHVRZFLEISCHIVS, et, vt

HORTENSIVS LANDVS putant, ex condemnato concubitu, enixa eſt: propterea eum in ſpuriorum in re litteraria clarorum numerum Cygnevs WEISIVS refert.

NOLO hic pluribus repetere, de quo eruditi inter ſe contenderunt, num DESIDERIVS ERASMVS, nam hocce ſibi ipſe poſt illa dedit nomen, quia vtrumque vocabulum, illud latinum, hoc graecum cum batauico GERARDVS conuenit, num ille Goudae, an Roterodami, quo die, quo anno natus ſit? Certa res eſt, ERASMVM Roterodamum patriam habere. Magiſtratus enim domum, in qua natus eſſe dicitur, et qua, SCHVRZFLEISCHII aetate, ſutor eſt vſus, exiguae quidem molis, inſcriptione hac inſignitam ornari iuſſit:

haec eſt parua domus, magnus qua natus ERASMVS

aut, ſi KNIGHT credimus

In hac parua domo natus erat magnus ERASMVS

At refectam poſtea, quam imagine KNIGHT expreſſit epigraphe hac, Hiſpanica, Batauica atque Latina linguis conceptam, decorauit

En eſta caſa es, Naſcido Eraſmo, Theologo Celebrado,
Por Dottrina Senalado pura Fee nos a Revelado.

In dit Huys is geboren ERASMVS vermaart
Die Gods woord uitverkooren, ons weel heeft verklaart.

ERASMVS die het ligt eerſt zag in dit gebouw,
Beſtraalt als Werelds rond met Godsdienſt, Konſt en Trouw.

Aedi-

Aedibus his ortus mundum decorauit ERASMVS,
Artibus ingenuis, Religione, fide.
Fatalis series nobis inuidet ERASMVM,
At DESIDERIVM tollere non potuit.

Praeterea et senatus et populus ipsi chalceam statuam propter sancti LAVRENTII ponendam curarunt, lapideum in folio librum in manu gestantem. Omitto cetera documenta, vt, ab vrbe additum cognomentum, monetas ipsi cusas, quibus, ERASMVM, minime Goudae, sed Roterodami, ortum esse, euincitur. Contra ea non constat, num vicesimo septimo an octauo octobris, num saeculi decimi et quinti sexagesimo anno et quarto, an quinto, an sexto, an septimo, an octauo, an nono sit natus? quamquam vero partim ex statua collocata, partim ex monumento erecto, quando natus sit, colligi potest: at *ERASMVS* tamen ipse de natiuitatis suae anno dubius fuit. Interim, id quod negari nequit, in eam aetatem incidit, qua imperium Romanum FRIDERICVM III caesarem, Batauia PHILIPPVM Bonum gubernatorem, sedes Romana PAVLLVM II pontificem tulerunt.

QVAE quamuis, si parentes respicimus, parum fuerit illustris; illustris tamen fuit, si patriam, illustrior vero doctrina atque eruditione. Pater ipse vti litterarum haud fuit rudis, ita, quidquid ad filium pertinuit erudiendum, minime neglexit. Qua propter PETRI WINKELII, cuiusdam ex suis tutoribus fidei Goudae traditus est ac disciplinae, sub quo quidem minimum profecit, quoniam litteris, quibus natus non erat, inamoenis erudiebatur, donec Gouda Traiectum, Traiecto

vero ex aede ſacra, vbi praecentiunculas obire ſolitus, vti RHENANVS refert, phonaſcis etiam, tenuiſſimae vocis gratia, pro more templorum cathedralium inſeruiuerat, Dauentriam, annum agens nonum, miſſus fuit, comite matre, cuſtode tenerae aetatis ac ſeruatrice. Schola ibidem tunc temporis fuit barbara. Namque praelegebatur pater meus, libellus quidam grammaticus, illo aeuo in ſcholis praelegi ſolitus; exigebantur tempora, praelegebatur Ebrardus et Ioannes de Garlandia. At illi tam felici contigit eſſe, IO. ZINTHIVM atque ALEXANDRVM HEGIVM, quem rarenter, non niſi diebus feſtis audiuit, vt nanciſceretur doctores; quibus ducibus magnos ipſum progreſſus feciſſe in graecis litteris atque latinis, ex eo cognoſci poteſt, quod ALEXANDER, huic aliquando dixit diſcipulo: macte ingenio, ERASME: tu ad ſummum eruditionis faſtigium olim peruenies; RODOLPHVS vero AGRICOLA, ad HEGIVM conueniendi gratia veniens, perſpectis aliquot iuuenilibus exercitiis: tu eris olim magnus. Neutrum autem ſpes concepta fefellit. At per quam praeceps iter ardua gloria tendit! cum quantis moleſtiis ERASMO confligandum fuit! Lue peſtifera matrem comitem amiſit, animi moerore patrem, tutorum perfidia fortunas a parentibus relictas; liberi ac liberalis vitae generis amans, precibus miniſque, vitam, abs qua abhorruit, monaſticam ingredi coactus eſt, quam tamen mature deſeruit; patronorum fidem atque operam ipſi non defuturam putauit, qua ipſe afflictus ſubleuaretur. At fruſtra, Tantum enim abeſt, vt, omni deſtitutus auxilio,

cupi-

cupiditatem ad litterarum deiecerit ſtudia, vt potius magis magiſque aluerit. Quare, patrio ſolo deſerto, Lutetiam ſe contulit, putans, fore, vt ope ab Cameracenſi epiſcopo promiſſi annui ſtipendii ſtudia proſequi poſſet. Verum ſtipendio non ſoluto, ibi in collegio montis acuti ex putribus ouis et cubiculo infecto morbum, hoc eſt, malam corporis antea puriſſimi adfectionem concepit. Quo facto et recuperandae valetudinis cauſa patriam, Batauiam ſubſidii obtinendi ſpe, hac vero fruſtratus, Lutetiam repetere coactus fuit. Adueniens prae ceteris bonarum litterarum in omni academia Pariſienſi profeſſoribus dignus reputatus eſt, qui vel eruditius poſſet, vel fidelius conſueſſet docere. Nam FAVSTVS ANDRELINVS, alioqui carminibus magna cura pangendis intentus, defunctorie profitebatur, iocis quibuſdam magis feſtiuis, quam doctis plauſum rudium auditorum captans. GAGVINVS obeundis legationibus ad exteros principes occupatus erat, in iſtis ſtudiis non ita prorſum abſolutus, nec docebat publice. Quare factum eſt, vt quidam e nobilibus Anglis, litteris ibidem ſtudentibus, illum ſibi elegerint moderatorem et doctorem, et fide, in formandis iuuenibus praeſtita, in Anglia ipſe ERASMVS coeperit innoteſcere. Pertaeſus enim huius vitae generis, optimum ratus, publicae ſeruire ſaluti, Britanniam petiit, quo MONTIOII, ſui olim diſcipuli caritas pertraxerat. Vix terrae huius fines ſalutans, partim Londini, partim Oxfordi, partim Cantabrigiae in intimam ſummorum virorum familiaritatem, vt, CHARNOCI, SIXTINI, CROCYNI, CO-

LETI, LINACRII, LATIMERI, THOMAE MORI peruenit. Quorum vſus quamquam ei pergratus atque vtilis fuit, quamquam, ibi habitare, non diſplicuit, vti ad FAVSTVM ANDRELINVM ſcribit: at non diu tamen ibi vixit. Quia in Italia omnis elegantiae et antiquitatis ſedem eſſe conſtitutam, norat: aliqua in eam cupiditate raptus anno ſaeculi ſexti et decimi ſexto eo iter facere coepit, Bononiae, Romae aliiſque in locis huius amoenae terrae, multorum eruditorum, patrum purpuratorum, quid quod Romani pontificis amicitiam adeptus. Tandem peragratis quibuſdam regionibus, ad varias ipſi commotas turbas euitandas, IO. FROBENII ſuaſu Baſileam domicilii locum ſibi delegit, quo eiuſdem ſaeculi viceſimo anno et primo venit; at, haud diu ibi moratus, anno quincto et triceſimo eam recuperata, ibi anno ſequente placide animam depoſuit.

IN exponenda vita breuius, ac quibuſdam forte par videretur, conſulto fui. Poſſem commemorare multa, de animi dotibus; de nimio erga litteras amore; de varia eruditione; de diligentia, fide, iudicio et ſinceritate in deſcribendis, edendis, recenſendis, vertendis et caſtigandis ſcriptoribus; de ſtilo, cuius puritatem KAPPIVS ſemper meus in praefatione epiſtolis praemiſſa vindicauit; de fatis ab eo editorum voluminum; de eius religione, de qua IO. ALB. FABRICIVS commentatus eſt; de eius et in monachos et in LVTHERVM animo, de quo epiſtolae QVIRINI inter et KIRCHMAIERVM amoebeae proſtant, de quibus ſupra laudati KNIGHT, in primis

mis BVRIGNI copiosius egerunt, ad quos sciendi cupidos delegatos volo. Interea, quid de eius adagiorum editione memoriae proditum sit, omittere, nefas foret.

SI quid est, quo ERASMVS adductus fuerit, adagia colligere, suasu GVILIELMI MONTIOII Angli, factum est, quem doctrinis Lutetiae impertiuit, atque hoc genere peculiariter delectatum, ERASMVS in dedicatione praemissa testatur. Quare prima etiam editio Lutetiae sexto et decimo saeculo ineunte in lucem edita est hoc nomine insignita; Desiderii Herasmi Roterodami veterum, maxime insignium Paroemiarum, id est, Adagiorum collectanea. Sapite; et hunc tam rarum thesaurum tantillo nummulo venalem vobis redimite, et multo praestantiorem prope accepturi. Duobus in locis hic libellus prostat: In Magistri Ioannis Philippi officina, cuius quidem, tum industria, tum sumtu, nitidissimis formulis et emaculatissime impressus, in via Diui Marcelli, ad Diuae Trinitatis signum; rursum in via Diui Iacobi, ad Pellicani quam vocant notam. Impressum hoc opus Parisiis in via Diui Marcelli, ac domo, quae indicatur Diuina Trinitas, Augustino Vincentio Caminado a mendis vindicatore, M. Ioanne Philippo Alemanno diligentissimo impressore. Anno M. CCCCC. cum epistola Fausti Andrelini Poetae Regis ad Herasmum, data Parisiis M. CCCCC. XV. Iunii. Quia opus opere compositum tumultuario et propter summam Graecorum voluminum inopiam imperfectum sibi ERASMVS persuasissimum habuit;

et meliora reddere promisit et praestitit. Nam Iodocus Badius haud ita multo post viginti adagiis auctiorem editionem curauit recudendam, quum prior tantum octingenta contineret. Interea haec suprema minime fuit manus, quam in emendando opere ERASMVS admouit, sed illud Bononiae confecit atque ALDVS MANVTIVS, celeberrimus typographus Venetiis suis formis anno eiusdem saeculi sexti et decimi octauo expressit. Quamquam haec editio ter millia adagiorum, et quae supra sunt, comprehendit; ea, quam IO. FROBENIVS, ERASMI precibus curauit, plusquam mille locupletata fuit et saepius recusa. In meis enim manibus editio est, quam idem chalcographus anno vicesimo eiusdem saeculi ex quarta auctoris recognitione curauit, et prioribus locupletiorem praedicat. Interea neque Venetiis, neque Basileae tantum haec sunt impressa adagia, sed etiam aliis locis, vt, Argentinae, Francofurti, Coloniae repetita. Verum, quem ad modum ERASMI scriptis multae sunt mutationes perpetiendae, vt castigata, vt mutilata, vt librorum expurgandorum catalogo inserta sint; ita idem paene adagiis accidit. Theologi enim Tridentini, quum multa turpia ibi reperiri crederent, Pontificem PAVLLVM quartum, vt, nisi librum condemnari, multum enim proficere, putarunt; tamen, quae offendunt loca, curaret eliminari, adduxere. Id quod negotium PAVLLO MANVTIO dabatur; sed quia mature decessit, filius ALDVS, hisce partibus exceptis, opus totum absolutum, Pontifici decimo tertio GRE-

GORIO

GORIO consecratum, Florentiae septuagesimo et, quincto anno, nulla ERASMI mentione facta edidit sub hoc nomine: Adagia, quaecumque ad hanc diem exierunt, Paulli Manucii studio atque industria, doctissimorum Theologorum consilio atque ope, ex praescripto sacrosancti concilii Tridentini, Gregorio XIII. Pont. Max. auspice, ab omnibus mendis vindicata, quae pium et veritatis Catholicae studiosum lectorem poterant offendere, sublatis falsis interpretationibus, et nonnullis, quae nihil ad rem pertinebant, longis inanibusque digressionibus, cum plurimis ac locupletissimis indicibus, nunc vero in hac postrema editione ab innumeris erroribus repurgata et verae lectioni restituta. Praeterea haec adagia aliam sunt mutationem perpessa, excusandam potius, quam reprehendendam. Quoniam enim tam amplum opus, multis constans excursibus, conficiunt; fuerunt, qui contraxerint, omissis, quae ad adagii intellectum nihil pertinent, vastae magis ERASMIANAE eruditionis signa. Atque eiusmodi epitomae saeculo decimo sexto Antwerpiae ex officina Plantiniana anno sexagesimo quarto, nonagesimo nono anno Vitembergae Andreae Hoffmanni sumtibus, saeculo vero elapso anno sexagesimo tertio Amstelodami ex officina Elzeuiriana, septuagesimo septimo, atque iterum nonagesimo sexto Lipsiae sumtibus Nicolai Foersteri, HENRICI BOERSTELMANNI, Isenacensis scholae gubernatoris studio prodierunt. Eiusdem indolis et haec, quam meam iure meritoque nominare possum editio est. Quae et si secundum Lipsiensem

alte

alteram eſt impreſſa, at tamen ex maiori Frobeniana addidi, quae ad originem adagii atque vſum ſpectant valentque. Et fortaſſe meliora potuiſſem proferre, ſi CLERICI, HENR. STEPHANI notis atque PAVLLI LEOPARDI animaduerſionibus locupletatam editionem adire, mihi fuiſſet datum.

QVANTO adſenſu ERASMI in adagiis colligendis opera collocata ſit excepta, et ſaepius iteratae editiones, et ab eruditis, vt, ab GVIL. BVDAEO, HADR. BARLANDO, RAVISIO TEXTORE, vtroque SCALIGERO, FLORIDO SABINO, HENR. STEPHANO, CONR. GESNERO, THOM. CRENIO, aliiſque, ſententiae honorificae dictae ſatis ſunt teſtimoniorum. Nec tamen defuerunt, qui grauius in id conſuluerint, eique dixerint male. Vt DOLETVM, FRANC. ROBORTELLVM, MVRETVM, PETR. CVRSIVM omittam; POLYDORVM VIRGILIVM mihi liceat nominare. Hic enim vir, vti rerum inuentores, felici raro ſucceſſu, detegere ſtuduit: ita etiam, duo ante ERASMVM annos, prouerbiorum libellum cum praefatione ad GVID. VBALDVM, Vrbini ducem, Venetiis per Mag. Chriſtoph. de Penſis imprimendum curauit, librum, quem ERASMVS ſuo iam aeuo vix inuenire potuit, et BVNEMANNVS rariſſimum exemplar appellat. At hic vir quanto offenditur opere, quod ERASMVS adagiorum collectorum auctorem ſemetipſum venditat, quod ne vnico quidem verbo eum laudat, vt ſibi temperare non poſſit, quin arrogantiae pariter atque

plagii

plagii eum accuset. Verum quidem est, POLYDORVM ERASMO prius prouerbiorum libellum edidisse; at illum potius plagii accusandum, ex eo constat, quod, vti animaduerterunt, BEROALDVM VIRGILIVS exscripsit, et, VIRGILIVM tunc temporis ne nomine quidem nosse, ipse ERASMVS confitetur.

INTEREA ERASMVM, puto, primum fuisse, de quo in colligendis adagiis alii sibi exemplum cepere. Et quinam fuere? ingens sane multitudo, e qua hebraica quidam, quidam graeca, alii theotisca collegerunt adagia, quidam sacra, quidam iuridica, quidam medica. At mihi tamen ex tanta multitudine vnum alterumue nominare liceat, adagiorum enim vti historiam, quae, sicut ab REIMANNO hebraicorum et graecorum, desideratur, ita eorum auctorum catalogum, quem MORHOFIVS, STOLLIVS, BERONIVS, MAIVS composuere, texere, neque mihi est animus, neque hic locus. Sic debemus IO. DRVSIO, BVXTORFIO iuniori hebraica; sic graeca MICH. APOSTOLIO, IO. VORSTIO, GREGORIO partriarchae, HENR. STEPHANO; sic latina MVRMELIO, SCHOENBORNIO, BVCHLERO, ZEHNERO, RVDOLPHI, SEYBOLDO, KOEBERO, DVNCKEI BERGIO, SIMONI, FEINDIO; sic IO. AGRICOLAE theotisca; sic MART. ANT. DELRIO, ANDR. SCHOTTO, IO. DRVSIO, IO. VORSTIO, SCHAMELIO, FRITSCHIO, GERBERO, SPENERO, VOSSIO, TRINIO, sacra; sic iuridica GEORG. TOB. PISTORIO, ANT. MATTHAEI, HERTIO, EISENHARTO; sic medicinalia BAIERO.

AT

AT tot tantique viri cur tantopere occupati fuere in adagiis colligendis? Responsio in promtu est, vera adagii indole, breuiter quidem strictimque, prius exposita, de termini origine non solliciti, num adagium idem ac ambagium, hoc est circumagium valeat, quod circumagatur et per omnium ora ambulet, an ab adigendo deriuetur, quoniam a propria significatione ad aliud indicandum agitur, an ab adaugendo, quia vim orationis adauget. Est vero adagium, seu, vti a Graecis nuncupatur, παροιμια, interprete ERASMO, celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne. IVL. quidem CAES. SCALIGER hanc vituperat definitionem, propterea quod aeque conuenit cuiuis sententiae propter celebritatem, neque, quod tritum esse oportet, nouum est, et paroemia definet esse hoc, quod est, cum exuerit tempore nouitatem; prouerbium potius orationem existimat allegoricam. At sententiam aliam esse rariorem, quae nondum communi hominum applausu recepta est, aliam communiorem, quae communi hominum applausu recepta est, et frequenti iactata vsu, prouerbiumque appellatur, BARTHOL. KEKERMANNVS animaduertit. Deinde ad prouerbii essentiam, vt DANNHAVERVS explicat, pertinet nouitas, non ratione sui ortus, qui saepe est antiquissimus, sed ratione nostri, quos eiusmodi dicta sua nouitate delectant; potest enim vetustum esse; quod nobis non sit vetustum, seu, ex DELRIONIS mente, nouitas non capienda tantum ratione materiae, sed magis ratione lucutionis et sermonis figurati. Tum

non

non tropis tantum et tralatitiis verbis veſtita, ſed natiua etiam verborum ſignificatione prolata, in prouerbiorum adſcita eſſe ciuitatem, cuiuis, adagia perluſtranti, patebit. Si quis vero eſt, quem Eraſmiana offendat, adeat GERARD. IO. VOSSIVM, eius euoluat inſtitutiones oratorias, diuerſas, prouerbii definitione, quas eruditi fouere, ſententias copioſe ibi reperturus, ſibi delegat, quam ipſi libet. Qui quidem vir, quamvis ab SCLAIGERI obiectionibus ERASMVM vindicet, huius reiecta quaſi definitione, ſententiam acute expreſſam et vulgari vſu tritam adagium ſeu prouerbium laudat.

EX his, adagium ſententiam eſſe, efficitur, hoc eſt, interprete S. V. CHLADENIO, propoſitionem, qua ſignificatur iudicium duplex vel multiplex, a diuerſis mentis facultatibus productum. Quantum vero adagium ab ſententia, ſeu, ex Graiorum lingua, ab *γνωμη* diſtet, ſimul apparet, Vtrumque enim et cum altero coniungi, et ab altero ſeiungi poſſit. De apophthegmatis idem valet, quae latina vtentibus lingua breuiter ac ſcite dicta vertere licebit. Eidem etiam *αινος*, hoc eſt, ex non ſatis in vſum recepto nomine, apologatio confinis eſt; ſed hic totus eſt apologus, illud veluti fabella breuior. Proinde, quidquid de ſententiis praedicatur, quae vero ſint? S. R. CHLADENIVS dilucide expoſuit partim in libello de ſententiis et libris ſeni tentioſis, partim in logica ſacra; adagiis tribupoſſe, definire non audeo.

DEIN-

DEINDE colligitur, adagium ſententiam eſſe acute expreſſam, eamdemque vulgari vſu tritam. Quod ad alterum, fons, ex quo adagia deriuantur, detegitur, qui nihil niſi acumen eſt, quod quum animi habilitas dicitur, quae in re multa obvia diſcernit; in vnoquoque adagio plura continentur. Non eſt, quod terminis ſolum metaphoricis ſeu impropriis proferatur adagium; ſed, cuius ſumma enunciatio completa eſt, ſeu quod propriis conſtat terminis, locum inter ea occupat. Quae vero diſcernenda ſunt? primum, vnde oritur, partim res naturalis, partim hiſtoria, quo et ritus refero et apologos, partim quidam euentus; deinde, quid valet. Quod vtrumque, accurate ſi ponderatur, idoneum ac verum prouerbiorum interpretandorum ſuppeditat fundamentum. At alterum, *το θρυλλουμενον και καινοτητα*, hinc enim paroemiae Graecis vocabulum, videlicet, *απο του οιμου το όδος ώσπερ τριμμα και παροδικον*, quod paſſim per ora hominum obambulet, quod attinet: modos, quibus celebritas contingat, ERASMVS indicauit. Veniunt vero adagia in vulgi ſermonem vel ex oraculis numinum, vel a ſapientum dictis, quae antiquitas oraculorum inſtar celebrauit; vel e poeta quopiam, maxime vetuſto; vel e ſcena, hoc eſt, tragicorum et comicorum actis fabulis. Praecipue vero comoedia, mutuo quodam commercio et vſurpat pleraque iactata vulgo, et gignit traditque vulgo iactanda. Nonnulla ducuntur ex fabularum argumentis; quaedam trahuntur ex apologis; quaedam profecta ſunt ex apophthegmatis, hoc

hoc eſt, ſcite breuiterque reſponſis; ſunt, quae ex verbo temere dicto ſunt arrepta. Denique mores, ingenium, ſeu gentis ſiue hominis, ſiue etiam animantis, poſtremo rei quoque vis quaepiam inſignis, ac vulgo nota locum adagio fecerunt. Quare, nec prouerbii nomen mereri vnius vel alterius auctoris dicta, quantumuis acuta, nec linguae idiotiſmos aut veterum poetarum ſententias, illuſtris vere docuit HEINECCIVS.

COGNITA igitur atque perſpecta adagiorum indole, quae eorum ſit auctoritas, inquirendum puto. Quam maximam ſibi conciliaſſe, ex ſupra dictis patet de origine eorum. Neque origo tantum, quae priſca eſt atque nobilis, commendat adagia, ſed etiam eorum varius in vita communi vſus. Paroemias exiſtimat ARISTOTELES nihil aliud eſſe, quam priſcae illius philoſophiae, *maximis* humanarum rerum cladibus exſtinctae reliquias, easque partim ob compendium ac breuitatem ſeruatas, partim ob feſtiuitatem atque leporem, atque eam ob cauſam non ſegniter, non oſcitanter, ſed preſſius penitiuſque inſpiciendas, quoniam velut igniculi vetuſtae ſapientiae ſubſunt, quae in vero perueſtigando multo fuit perſpicacior, quam philoſophi fuerunt poſteriores. Item veterum adagia ſacrorum myſteriis PLVTARCHVS putat, in quibus minutulis et ex opinione paene ridiculis caerimoniis maxime quaepiam res ac diuinae ſolent ſignificari. Quare factum eſt, vt neſcio quis conſilia decretaue ea adpellet, ad mores bene firmandos, vitamque recte ac laudabiliter inſtituendam perducentia. Id quod de iis

 tan-

tantum valet, quae neque reuelationi, neque rationi sanae, neque experientiae, neque bonis moribus repugnant. Caeterum, nisi limitanda, nisi toleranda, tamen sunt eliminanda. Quo horum virorum finis pertinet, qui, verum adagiorum sensum atque genuinum, sit pius? annon? vsum indagare, atque ab abusu, si quis irrepit, liberare, elaborarunt.

SVNT vero adagia non vitae solum praecepta ac morum, adeo, vt, quid sit iustum, qui valetudo tuenda, doceant, sed efficacius etiam informant, taxant, hortantur et consolantur, et magna pollent auctoritate ad persuadendum. Quare QVINCTILIANVS in institutionum libris compluribus locis prouerbiorum mentionem facit, tamquam non vna ratione ad bene dicendum conducentium. Nam quincto libro paroemias exemplis adiungit, vt parem cum illis vim obtinentes, quorum est vel praecipua. Rursum easdem eodem in libro in argumentorum genere collocat, quas Graeci χρίσεις appellant, quorum et frequentissimus vsus, et ad persuadendum mouendumque non mediocris vtilitas; quin magis ipsa FABII verba libet adscribere. Ne haec quidem, inquit, vulgo dicta et recepta persuasione populari, sine vsu fuerint testimonia. Sunt enim quodam modo vel potentiora etiam, quod non causis accommodata, sed liberis odio et gratia mentibus, ideo tantum dicta factaque, quia aut honestissima, aut verissima videbantur. Paulloque inferius: ea quoque, quae vulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum auctorem habent, velut omnium fi-

vnt:

vnt: quale eſt, vbi amici, ibi opes: et conſcientia mille teſtes; et apud CICERONEM: pares cum paribus, vt eſt in veteri prouerbio, facilime congregantur. Neque enim duraſſent, haec in aeternum, niſi vera omnibus viderentur. Hactenus FABIVS. Idem autem paullo poſt deorum oracula paroemiis ſubnectit, velut his affinia cognataque, Quid quod ipſi etiam philoſophi paſſim ſuas rationes prouerbiis fulciunt, quo minus mirandum, ſi frequenter hiſtorici narrationis fidem ex adagio quodam petunt, adeo quod in litteris intercidit, quod titulis, quod coloſſis, quod marmoribus ſeruari non potuit, prouerbio ſeruatur incolume. Etenim, ſi το πιϑανον ad perſuadendum primas obtinet partes, quid, quaeſo, probabilius, quam quod nemo non dicit? quid veriſimilius, quam quod tot aetatum, tot nationum conſenſus, et velut idem ſuffragium comprobauit? Ineſt nimirum in iis natiua quaedam et genuina vis veritatis. Alioquin, qui fieri potuit, vt eamdem plerumque ſententiam in centum dimanaſſe populos, in centum videamus tranſfuſam linguas, quae ne tot quidem ſaeculis, quibus nec pyramides obſtiterunt, vel interierit; vel conſenuerit? vt merito dictum illud videatur, veritate nihil eſſe robuſtius. Deinde fit neſcio quo pacto, vt ſententia, prouerbio quaſi vibrata, acrius auditoris feriat animum, et aculeos quoſdam cogitationum infixos relinquat.

EXINDE etiam ſequitur, magnum vel dignitatis vel veneris adiungi orationi tempeſtiuum prouerbiorum vſum. Primum enim, ecquis eſt,

 quia


quin videat, quantum maiestatis vel ex ipsa antiquitate concilient orationi? Tum si quod schema, quod amplitudinem ac sublimitatem apponat sermoni, rursum, si quod ad gratiam dictionis facit, denique si qua ratio festiuitatis, cum paroemia plerumque per omnes figurarum species, per omnes facetiarum formas variatur, nimirum, quidquid illa solent adferre, conferet, ac genuinam quamdam peculiaremque gratiam de suo insuper adiunget. Proinde, si scite et in loco intertexantur adagia, futurum est, vt sermo totus et antiquitatis ceu stellulis quibusdam luceat, et figurarum arrideat coloribus, et sententiarum niteat gemmulis, et festiuitatis cupediis blandiatur, denique nouitate excitet, breuitate delectet, auctoritate persuadeat. Latinorum vero formulae, aiunt; vt aiunt; vt est in veteri prouerbio; secundum vulgo tritum sermonem; quem ad modum vulgo dici consueuit; vt verus verbum vsurpem; vt adagio dictum est; vere hoc dicunt; quam caute sint adhibendae? secundum illustris GESNERI disciplinam beatus IO. GOTTL. SCHMIEDIVS docet.

QVAE quum ita sint, non est, quod librum hunc litterarum bonarum amatoribus etiam atque etiam commendemus. Quare nihil addimus nisi quod FROBENIVS addidit: Emite, euoluite, fruimini ac feliciter valete. Vitembergae a. d. XXVIIII Mart. A. R. S. CIↃIↃCCLVIIII.

M. IO. CHRIST. MESSERSCHMID.



ABERRAN-



ABERRANDI.

Quis aberret a ianua? Τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι; Aristot.
Dici solitum, vbi quis penitus aberrat a vero, totoque fallitur iudicio. Affine videtur huic prouerbio, quod apud Platonem legitur in Phaedro. Λυσίας τοῦ παντὸς ἡμάρτηκε, *id est*, Lysias prorsus aberrauit.

Tota erras via. Τῇ πάσῃ ὁδῷ ἀφαμαρτάνεσθαι. Terent.
Prouerbium est in eos, qui vehementer aberrant. Translatum a viatoribus, qui nonnumquam ita solent aberrare a via, vt non sine dispendio quidem, tamen quo tendebant, perueniant: nonnumquam sic aberrant; vt longe diuertant, et in diuersum tendant. Vnde et exorbitare dicuntur, qui a vero aberrant. Quin etiam hodie dictitant, eos in via esse, qui recto consilio quippiam instituunt, extra viam, qui, qua non oportet ratione, rem aggrediuntur. Sunt ferme prouerbiales et illae metaphorae, doctis vsitatissimae: Depellere a via, Reducere in viam, Monstrare viam, Facere viam, Sternere viam, Aperire viam, Praecludere viam, Intercludere viam. Celebre habetur et illud apophthegma: Bene currunt, sed extra viam; καλῶς μὲν τρέχουσιν, ἀλλ' ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ.

Macrob. *Toto caelo errare.* Huic confine est, quod vsurpat Macrobius Saturn. lib. III. *Numquamne*, inquit, *praetextate, tibi venit in mentem, toto, vt aiunt, caelo errasse Virgilium?* Sumtum videtur ex Aristophanis ranis. ἐνδὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐράνιον γὰρ ὅσον. Ab Euripide dicitur in Aeschylum, qui plurimum errasset in his quae dixerat. Metaphora ducta vel a Phaethontis, aut Cereris fabula, vel a nauigantibus, qui caeli, siderumque obseruatione cursum moderantur, proinde naucleri, cum vehementer aberrant, in caeli parte longe diuersa cynosuram imaginantur nonnumquam, totoque aberrant cursu. Nisi malumus caelum pro regione accipere; velut Horatius: *caelum non animum mutant, qui trans mare currunt.*

Ammian. *Extra calcem.* Exstat apud Ammianum lib. 12. de eo quod est extra propositum, quamuis videatur legendum: Extra callem, vbi quis digreditur a re proposita.

AB INITIO AD FINEM.

Plato. *Ab ipso lare.* Ἀφ' ἑστίας ἄρχου. Hoc est a domesticis ac familiaribus initium sumito. Recte dicetur in magistratus, et alienae vitae censores, quorum officium est, vt in primis suam suorumque vitam corrigant. Nam Graeci ἑστίαν vocant, quem nos Larem ac Vestam vocamus. Ductum a vetusto ritu sacrorum, in quibus primitiae laribus immolabantur, Aristocritus fabellam hujusmodi refert. Cum deuictis Titanibus, Iuppiter imperio potitus esset, Vestae permisit optionem, vt, quidquid vellet, eligeret e regni partibus. Illa primum virginitatem poposcit, deinde sacrorum omnium, quae diis immolarent homines, primitias. Inde abiisse in consuetudinem, vt in omni sacro primae partes lari tribuerentur. Dici solet de iis, qui ab ipso statim initio vel boni sunt, vel mali: quasi dicas

dicas ab ipsis incunabulis, quod lar statim nascentes excipiat.

A capite vsque ad calcem. Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. Homer.
Quum rem totam significamus; a capite vsque ad calcem dicimus. Cuius adagii triplex potest esse vsus. Aut enim ad corpus referetur, aut ad animum, aut ad rem, qui duo posteriores plus obtinent venustatis, nimirum quo plus habent figurae. Ad corpus, apud Homerum, Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, *id est*, a capite vsque ad pedes. Horat.

Talos a vertice pulcer ad imos.

Ad rem, vt apud Aristophanem in Pluto:

Ἄκουε τοίνυν ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα

Ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ, id est, *Audi ergo quando totum ego negotium a pedibus vsque tibi ad caput percenseo.* Hieronymus: *Contuli cum eo a vertice*, vt aiunt, *vsque ad extremum vnguem.* Ad animum hoc pacto poterit transferri. Ego tibi mores et ingenium illius, breuiter, hominem, quantus est, a summo, vt aiunt, capillo ad imum vsque calcaneum depingam. Huic affinia sunt: Tu hujus rei es caput. Caput tyrannidis, seditionum fons. Ad calcem venire. In calce operis. In extremo litterarum tuarum calce. Ab ipso ordiri capite. A calce ad caput recurrere. Atque id genus aliae loquendi formulae, quae passim apud auctores obuiae sunt.

A capite arcessere. A fonte ducere. Cum res ab eo repetitur quod est in negotio praecipuum, a capite arcessi dicitur. Cic.

Prora et puppis. Πρῶρα καὶ πρύμνη. Prora & puppi summam consilii nostri significamus: vt, Pietas studiorum nostrorum prora et puppis esse debet. Quibusdam omnium rationum prora & puppis est pecunia. Consimili figura dictum est in Apocalypsi: Ἐγώ εἰμι α καὶ ω. Ego sum α et ω Ego sum rerum omnium summa. Philostratus.

Euripid. *Venimus ad summam lineam.* Euripides in Antigone: Ἐπ' ἄκραν γραμμὴν ἥκομεν κακῶν. *Id est,* Deuenimus summam ad malorum lineam. Horat. Venimus ad summum. De linea stadiorum et lusus dictum est.

Aristoph. *A carceribus.* Ἀπὸ βαλβίδων. Interpres Aristophanis ostendit metaphoram mutuo sumtam a stadiis, in quibus carceres erant repagula quaedam, vnde cursus initium erat, quae Graeci βαλβίδας seu ἀφετηρίας appellant, iuxta has linea tendebatur, cui insistebant cursuri, vnde frequentes illae apud Latinos etiam scriptores formulae: A carceribus ad metam; A meta ad carceres.

Idem. *A carcere.* Ἀπὸ βαλβῖδος. Id est, Ab ipso rei principio. Sumtum e certaminibus equestribus, vbi cursus initium est a carceribus, i. e. repagulis, finis, meta. Itaque cum exorsum negotii significamus, ab ipsis carceribus, dicimus, cum finem, ad metam vsque. Veluti, si quis dicat, foedum esse, si quis artifex ab ipso statim carcere peccet, aut, neminem tam ignauum, qui non ἀπὸ βαλβῖδος strenuus esse videatur.

Cic. *Ad calcem peruenire.* Pro eo, quod est, ad metam finemque. Prouerbialem habet figuram, quoties ad aliud quippiam deflectitur, quam ad corpus humanum. Tullius: *Vt cum aequalibus possis viuere, cum quibus tamquam e carceribus missus, cum iisdem ad calcem, vt dicitur, peruenire.* Idem de Senectute: *Nec vero velim quasi decurso spatio a calce ad carceres reuocari.* Ad hanc formam etiam attinent: Vsque ad Plaudite, id est, vsque ad extremum finem. Extremum fabulae actum peragere.

Horat. *Ab ouo vsque ad mala.* Ab initio conuiuii vsque ad finem. Horat. Satyr. 3. *Si collibuisset,* inquit, *ab ouo vsque ad mala citaret Io Bacche modo summa Voce, modo hac resonat quae chordis quattuor ima.* Antiquitus enim coenam ab ouis auspicabantur, malis

malis finiebant. Erit venustius, si longius trahatur, pro toto opere, toto colloquio, tota nauigatione.

A linea incipere. Ἀπὸ γραμμῆς ἄρχεσθαι. Dicuntur, qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Sumta metaphora ab his, qui cursu certant in stadiis. Nam iis linea quaedam ducitur ad quam ex aequo stent, donec currendi signum accipiant. Tertul. lib. 1. aduersus Marcionem: *Age igitur ad lineas, et rursus ad gradum.* Ad lineas dixit, pro eo quod est, ab integro. Arist.

A teneris vnguiculis. Ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων. Pro eo quod est a prima pueritia. Translatum a catulis, quorum vnguiculi nondum duruerunt. Horat. *Et incestos amores de tenero meditatur vngui.* Plutarch.

Ab incunabulis. Eundem habet sensum, id est, a primis vitae rudimentis. M. Tullius Oratoris incunabula vocat primam illam a fundamentis institutionem. Vt Virgilius: *Gentis cunabula nostrae.* Similiter et crepundia pro prima aetate accipiuntur. Plautus.

Principium dimidium totius. Ἀρχὴ ἥμισυ παντός. Hoc adagio significatum est, maximam difficultatis partem in aggrediundo negotio sitam esse. Principium enim plus, quam dimidium totius esse videtur. Hor. Hesiod.

Dimidium facti, qui bene coepit habet.

Caput. Praecipuam negotii partem, aut auctorem rei, Caput vocamus. Terent. *Te esse huic rei caput.* Eumdem in modum et arcem dicimus rei cuiuspiam. Aristotel. Ὡς ἀκρόπολίς ἐστι σωτηρίας. Quoniam incolumitatis arx est. Plato: Κεφάλαιον δὲ παιδείας λέγομεν τὴν ὀρθὴν τροφήν. Caput eruditionis censemus rectam educationem. Plaut. *Ego caput huic argento fui hodie reperiundo. Ego pes fui. Quin nec caput nec pes sermonis apparet.* Terent.

Quodcumque in solum venit. Id est, Quidquid in rerum natura producitur. Tullius: *Hinc quod-* Cic.

cumque in solum venit, vt dicitur, effingis atque efficis. Ridet atomos Epicureorum, ex quibus illi cuncta progigni credunt, quidquid vsquam nascitur in vniuerso.

Plautus. *Exordiri telam.* Pleraeque metaphorae quae ducuntur a textrina, prouerbii faciem prae se ferunt. Rem enim, quam arte consilioque instituimus, exordiri dicimur. Et reteximus, quae denuo refingimus. Plaut. *Exorsa haec tela est non male omnino mihi.* Tullius dicit pertexere, pro perficere. *Pertexe modo*, inquit, *Antoni, quod exorsus es.*

Scindere glaciem. Est aperire viam, et in incipiundo negotio priorem esse. Translatum a nautis, quorum vnus aliquis praemittitur, qui flumine concreto glaciem praerumpat, reliquisque viam aperiat.

Cic. *Ea tela texitur. Id est*, eiusmodi negotium in manibus est, et res inceptantur tales. Translatio sumta a textoribus, telam instituentibus.

Quinctil. *Toto organo.* Ea toto organo instructa recte dixeris, quae numeris omnibus constant, et vndique quadrant. Sumtum et hoc a musicorum instrumentis.

Plato. *A fronte atque a tergo.* Πρόσω καὶ ὀπίσω. Est diligenter inspicere, et praeterita cum praesentibus ac futuris conferre. Hom. Οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω, καὶ ὀπίσσω: *id est*, *Nec nouit simul a tergo atque a fronte videre.* Antiquitas Janum bifrontem fingens regum prudentiam indicabat, quorum est et praeterita meminisse, perpendereque, et futura prospicere. Hanc ob rem et diuinitati duas addebant comites, ANTEVORTAM, ET POSTVORTAM, quas olim religiose colebant Romani, vt indicat Macrobius.

Plaut. *A caelo vsque ad terram.* Ἀπὸ οὐρανοῦ μέχρι γῆς. Prouerbialis figura, perinde valens, quasi dicas: quacum-

quacumque de re ab extremo initio vſque ad ſupremum finem.

Ne inter apia quidem ſunt. Οὐδ' ἐν σελίνοις ἐστίν. Ariſtoph.
Pro eo quod eſt, ne ingreſſum quidem aut initium rei attigerunt. Sumta metaphora ab iis, qui hortos ingrediuntur. Nam antiquitus extremus ille hortorum ambitus apio conſerebatur, quem qui nondum praeteriiſſent, velut in horti limine adhuc eſſe videbantur. Ariſtophanes in Veſpis: Οὐδὲ μὲν γ' οὐδ' ἐν σελίνῳ σ' οὖσιν οὐδ' ἐν πηγάνῳ. In apio nondum eſt vel ipſo, ſed nec in rutis adhuc, *hoc eſt;* Nec initium habet eorum, quae ſunt futura. Interpres et aliam quamdam hoc loco refert ſententiam, volens adagium ad gymnicum agonem pertinere: ad quod qui praepararent infantes, ſtatim vt eſſent nati, in apio collocare conſueuerunt. Itaque dictum videtur, *Ne in apio quidem:* quaſi dicas, ne in primis quidem rudimentis.

Fores aperire Ἀνοίγειν τὴν θύραν. Prouerbio Plinius.
dicebatur, qui rei cuiuſpiam ingreſſum initiumque patefaceret. Feneſtram aperire in eandem ſententiam eſt apud Terentium. Verum hoc non niſi in malam partem, aperire ianuam in bonam.

ABSVRDA, INDECORA, PRAEPOSTERA,

Fluuius, quae procul abſunt, irrigat. Ποταμὸς Diogen.
τὰ πόῤῥω ποτίζων, τὰ δ' ἐγγίον καταλάπει. De his dici conueniet, qui bene merentur de externis, et nihil ad ſe pertinentibus, ſuos negligunt. Apparet inde ductum, quod, vbi fluuius oritur, minor eſſe ſolet, minuſque argillae ſecum trahens, et quo longius receſſit a fonte, hoc eſt copioſior vberiorque.

Fruſtra habet, qui non vtitur. Τίπτ' ἐν τόξον ἔχεις Homer.
ἀνεμώλιον οὕτως; *id eſt,* Cur fruſtra tibi iam geſtatur

ſtatur inutilis arcus? Si quem increpare voles quod ingenio, diuitiis, litteris, non vtatur, cum habeat, conuenit illud.

Ariſtoph. *Aſinus auis*, Ὄνος ὄρνις. Sumtum ab omine quodam. Quidam enim conſultus de eo, qui aduerſa laborabat valetudine, forte fortuna conſpexit aſinum ſurgentem a lapſu, ſimulque alium quemdam audivit dicentem: βλέπε πῶς ὄνος ὤν ἀνίςη, id eſt, *Vide, quo pacto aſinus cum ſit, ſurrexit.* Id ominis arripiens ille, protinus reſpondit, fore, vt valetudinarius ille reualeſceret. Itaque iocatur Ariſtophanes, quaſi et aſinus auis eſſet, et augurii nonnihil haberet. Dicetur non intempeſtiue, cum ex indicio quopiam ridiculo quippiam colligimus.

Quinctil. *Herculis cothurnos aptare infanti.* Herculis perſonam aut cothurnos aptare puero, eſt minimis applicare maxima, quae nequaquam vel congruunt, vel deceant, veluti ſi quis rem humilem oratione Tragica proſequatur. Quinctilianus de Peroratione. *Nam in paruis quidem litibus has tragoedias mouere, tale eſt, quaſi ſi perſonam Herculis et cothurnos aptares infanti.* Plutarchus commemorat apophthegma quoddam Ageſilai, non admodum ab hoc alienum. Cui cum ſophiſta quiſpiam hoc nomine laudaretur, quod res minimas dicendi artificio maximas efficeret, negauit is, vel cerdonem bonum ſibi videri, qui paruo pedi magnum induceret calceum, ſignificans, orationem oportere cum re congruere, non aliter quam veſtis conuenire debet corpori.

Plutarch. *Lumen ſoli mutuas.* Τὸ φῶς ἡλίῳ δανείζεις. Cum docemus doctiſſimum, monemus vehementer prudentem: aut cum conamur exponere, quae per ſe ſunt clariſſima, aut ſermone celebrare, quae ſua ſponte ſat illuſtria ſunt. Sol enim fons omnis luminis putatur, qui lucem mutuare ſolet, non mutuo accipere.

Ranae

Ranae aquam. Βατράχῳ ὕδωρ. Subaudiendum ministras. Vbi quid exhibetur, quo vel praecipue gaudet is, qui accipit. Veluti si quem natura bibacem ad bibendi certamen prouoces, aut homini loquaci narrandi materiam et occasionem subministres. Recte accommodabitur, vbi quid datur abundanti. Nam ranis affatim est aquae. Theocr.

Soli lumen inferre. Quinctilianus dixit, eum soli lumen inferre, qui rem per se euidentissimam conaretur argumentationibus probare. Quinctil.

Sus Mineruam. Tritissimum apud latinos auctores adagium, ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, id est, Sus Mineruam, subaudiendum docet, aut monet, dici solitum, quoties indoctus quispiam atque insulsus eum docere conatur, a quo sit ipse magis docendus, aut, vt Festi Pompeii verbis vtar, cum quis id docet alterum, cuius ipse est inscius, propterea quod Mineruae artium et ingeniorum tutela tribuitur a poetis. Porro sue nullum aliud animal magis brutum, magisque sordidum, vt quod stercoribus impense gaudeat, vel ob iecoris magnitudinem, quae sedes est concupiscentiae ac libidinis, vel ob narium crassitudinem et olfactum hebetem, vnde fit, vt non offendatur foetore, tum adeo pronum ciboque deditum, vt si forte sursum aspicere cogatur, protinus stupore sileat ob insolentiam. Nec est aliud magis indocile, proinde non ad vsum aliquem, quem ad modum pecudes nonnullae, sed ad epulas dumtaxat a natura donatum videtur: cui rei testis est Plinius L. VIII. c. LI. Varro L. II. de R. R. Cicero L. V. de fin. bon. Aristoteles scribit exigua fronte homines indociles, et ad disciplinas ineptos videri, atque ad suum genus pertinere, tamque a docilitate, humanisque artibus longe omnium alienissimum. Nam reliqua ferme docilitatis esse capacia. Vnde nunc quoque vulgo insipidos istos et quasi ventri atque abdomini natos sues appellare consueuimus. Praeterea, si Cic.

quid indoctum atque illitteratum significare volumus, id ex hara productum dicimus.

Mercurius infans. Ἑρμῆς ἀμύθητος. Siue indoctus. Ironia prouerbialis, vbi quis fingit se rudem eius artis, cuius est callentissimus. Mercurius enim eloquentiae disciplinarumque parens est. In vulgaribus exemplaribus habetur, ἕρμης ἀμυκτος *id est*, Mercurius profanus et non initiatus. Quis enim mysteriorum peritior, quam Mercurius, interpres deorum, superis et inferis ex aequo communis, denique μυσαγωγὸς ipse, hoc est, mysteriis praefectus?

Theocr. *Sus cum Minerua certamen suscipit.* Ὗς ποτ Ἀθυναίαν ἔριν ἤρισε. Quoties indocti stolidique et depugnare parati, non verentur summos in omni doctrina viros in certamen litterarium prouocare.

Idem. *Vespa cicadae obstrepens.* Σφὴξ βομβῶν τέττιγος ἐναντίον, *idest*, Scilicet obstrepitans argutae vespa cicadae. Quadrabit in eum, qui certat longe impar cum superiore, Aut qui negotium facessit longe se praestantioribus. Consimilem sententiam habent: *Pica cum luscinia certat: Vpupa cum cygnis.*

Lucian. *Currus bouem trahit.* Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἐλαύνει. De re, quae praepostere geritur. Translata metaphora a plaustris per decliue retro labentibus, vnaque secum bouem auferentibus.

Cancer leporem capit. Καρκῖνος λαγωὸν αἱρεῖ. De re nequaquam verisimili, dictuque absurda. Veluti si quis dictat, ab indoctissimo superari doctum.

Homer. *Velocem tardus sequitur.* Κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν. In eum competet, qui viribus imbecillior arte atque ingenio vincit potentiorem. Natum adagium ex Odysseae θ, vbi lepidissima narratur fabula, quem ad modum Vulcanus claudus, cum suspectam haberet vxorem, quod furtim cum Marte congrederetur, nec vires suppeterent, quibus adul-

adulterum deprehenderet, ad artes atque ingenium confugit. Lectum suum adamantinis atque inuisibilibus catenulis circumiunxit, quod vbi fecisset, foras abire se simulat. Deinde cum in arctissimis essent complexibus, Mars et Venus vinculis illis hoc magis irretiti, quo magis se circumagerent, ecce tibi repente redit Vulcanus, et aduocato sole, deos omnes adhibet, deprehensi adulterii testes. Eodem pertinet Apologus de vulpe et coruo, praedam eamdem cursu petentibus, quam vulpes, celeritate impar, ingenio sibi vendicauit. Item de cancro cursu cum vulpe certante. Idem de corydo auicula, volatu certante cum aquila. Accidit huiusmodi quiddam et in piscibus, vt qui tardissimi sint, arte capiant velocissimos. Quorum de numero est Raia, quae abdens sese locis arenosis, aut limosis, capillamentis illis sus porrectis, pisces allicit, allectosque ad os vsque pertrahit. Item torpedo abscondit sese in arena, limoue, ac pisces forte incidentes, torpore afficit, atque ita depascitur. Qua quidem arte venatur etiam hominem. Occultat sese et pastinaca, Graecis trigonis dicta, sed diuersa ratione. Atque ita fit, vt cum sint ipsae segnes, tamen aliquando capiantur, mugilem habentes in aluo.

Virgultea scaphula Aegaeum transmittere. Ἐπὶ ῥιπὸς τὸν Αἰγαῖον διαπλεῦσαι. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam leui opera conficere tentant. Exstat et hic inter sententias prouerbiales, citatus item ab Aristophanis interprete. Lucian.

Θεοῦ θέλοντος κἀπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Deo fauente nauiges vel vimine.

Archilochi melos. Ἀρχιλόχου μέλος. Dicebatur hymnus, qui ad multos poterat accommodari, qualem ferunt Archilochi fuisse repertum, qui fuerit ante Pindarum, et alios hoc genus lyricos, qui singulos propriis laudibus exornabant. Archilochi

lochi carmen erat idem in omnes, quod cithara canebatur. Citharoedus tantum ad singula cantionis interualla victorum nomina sua voce repetebat. Veluti si Herculem laudabat, accinebat tenella Callinice; Χαῖρε ἄναξ Ἡράκλεις. Aut aliud, si quem alium canebat. Quadrabit in rem priscam ac rudem.

Plaut. *Agninis lactibus alligare canem.* Ballio in Pseudolo Plautina. *Quin pol qua opera credam tibi, una opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus.* Qui canem alligat intestinis agninis, is non modo canem amittit, verum et praedam vltro dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malae fidei, et rem perdit, et frustra obligatum habet eum, qui non est soluendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

Tacit. *Diserte saltare.* Cornelius Tacitus in Dialogo de Oratoribus, significat hoc conuicium fuisse iactatum in Oratores suorum temporum, qui lascivia verborum et leuitate sententiarum, licentiaque compositionis histrionales modos exprimebant, atque adeo laudis, et gloriae ingeniique loco iactabant, saltari cantarique commentarios suos, oratores temere dicere, histriones diserte saltare. Argutia dicti in hoc sita est: oratores histrionice dicebant, quod illis erat indecorum: histriones ad oratorum actionem sese accommodabant: ita factum est, vt illi peius dicerent, hi saltarent melius. Histrionum est saltare, Oratorum dicere: quod qui perite faciunt, diserti vocantur. Jocus autem duo diuersa coniunxit.

Hieron. *Eodem collyrio mederi omnibus.* Leges, admonitiones, et obiurgationes non oportet omnibus easdem admouere: sed pro gentium temporum et ingeniorum varietate sermonem attemperare. Hanc dexteritatem Beatus Hieronymus, enarrans Epistolam ad Ephesios, laudat in Apostolo Paulo, qui factus est omnia omnibus, vt omnes lucrifaceret. Verba Hieronymi citantur dist. 29. *Nec ad instar,* inquit,

inquit, *imperiti medici, qui vno collyrio omnium oculos vult curare.*

Praepostere. Cum censemus rem praepostere geri, veluti cum populus imperat principibus, aut discipulus docet praeceptorem, conueniet illud M. Tullii ex epistola ad Atticum libr. 1. (cuius initium est: Quaeris ex me) Ego inquit, respondebo tibi ὕστερον πρότερον Ὁμηρικῶς. Est autem figura Grammaticorum, quam illi πρωθύστερον siue ὑστερόπρωτον appellant, cum quod prius est natura, posterius refertur, veluti si quis dicat: Cornelia Gracchos educauit ac genuit. In Homero talis tropus frequenter est obuius. Cic.

Primas iactare hastas. M. Tullius lib. de Oratore 2. Primas iactare hastas dixit, pro velitari, quod ad Oratorem transfert, cuius dictio initio debet esse lenis ac sedata, vt paullatim incandescat oratio. παροιμιῶδες erit, si ad disputationis aut contentionis exordium transferatur. Idem vnico verbo dicitur, Velitari. Id.

Omissis fontibus consectari riuulos. In eodem lib. non sine prouerbii specie dixit, riuulos consectari pro eo quod est, minus ad rem pertinentia dicere, omisso eo, quod est negotii caput. M. Tullius: *Tardi est ingenii riuulos consectari, fontes rerum non videre.* Id.

In herba luxuries. Rustici semina copiosius, quam expedit, herbescentia dicunt luxuriari, eam praeproperam laetitiam appellant luxuriem, quam immissis in agrum iumentis aut pecudibus corrigunt; quod illi vocant depascere. Maro: Id.

Luxuriem segetum tenera depascit in herba. M. Tullius lib. 2. de Orat. *Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, vt in herbis rustici dicere solent in summa vbertate inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est.*

Sus saltauit. Ὗς ἐκώμασεν. Diogenianus ostendit dici solitum de iis, qui praeter decorum quippiam Diogen.

piam fecerent, quique rerum successu praeter meritum obiecto, semet insolentius efferunt. Est enim Graecis κωμάζειν, iuuenum amantium more, cantilenis, saltationibus, caeterisque iuuenilibus nugis lasciuire. Caeterum, qui rusticiore sunt ingenio, mirum quam haec dedeceant.

Quam in Tragoedia Comici. Vbi quis in aliena versatur arena, inducti dicentur in Tragoediam Comici. Diuersi generis sunt Tragoedia et Comoedia, nec fas est. Tragicas personas in Comoediam inducere, nec contra.

Lucian. Virgil. *Mulgere hircum.* Τράγον ἀμέλγειν. *Jungere vulpes.* Ζευγνύειν τὰς ἀλώπεκας. De re palam absurda dicitur. Lucianus in vita Demonactis inter huius festiuiter dicta commemorat et illud, cum Demonactes conspiceret duos quosdam Philosophos pariter indoctos, inter se disceptantes, et alterum quidem ridiculas quasdam quaestiones proponentem, alterum item aliena, nec quidquam ad rem facientia respondentem: *Quid inquit, amici? an non horum alter hircum mulgere videtur, alter cribrum supponere?* Virgilius in Thyrside.

Qui Bauium non odit, amet tua carmina, Maeui,
Atque idem jungat vulpes, et mulgeat hircos.

Nocte lucidus, interdiu inutilis. Ἐν νυκτὶ λαμπρός, ἐν φάει δ' ἀνωφελής. De praeposteris, qui sapiunt, vbi nihil est opus; cum opus est, ibi dormiunt. Arbitror ipse magis competere in eum, qui inter indoctos videatur aliquid esse in litteris, inter eruditos nihil sapiat.

Aristot. *Quum aqua fauces strangulet.* Ὅταν τὸ ὕδωρ τὸν φάρυγγα πνίγῃ, τί δεῖ ἔτι πίνειν. *Id est, Quum aqua fauces strangulet, quid iam opus est bibere?* Quadrat in eos, qui in absurdissima sententia pertinaciter manent, vel manifesta negantes; quibus cum frustra disceptes. Aqua enim faucibus siti arentibus est remedio, ac soluit praefocationem.

Tuum

Tuum tibi narro somnium. τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγῆμαι. *id est*, Narro tibi, quod ipse me rectius nosti. Traductum videtur ab iis, qui ὀνειροπόλους, id est, somniorum interpretes consulunt. A quibus nonnulli hoc quoque requirunt, vt quid somniarint, coniiciant, quasi parum sit, si interpretentur. Ad eum modum aegroti quidam imprudentes a medicis exspectant, vt viso dumtaxat lotio, diuinent et sexum, et aetatem, et omnem morbi naturam, vbi et vnde acciderit, quid sentiant, ac propemodum etiam quid in febri somniarint. Suid.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Heroicus est in eos, qui ad insaniam vsque impudentes non verentur et confessa negare, et manifesto falsa pro certis affirmare, denique quiduis dicere, ne victi in disputando videantur. Nimirum inter sanos conuenit, et nucem corticem habere durum, et baccam oleae lapillum intus durum. Proinde ludit operam, quisquis cum id genus hominibus disceptat, qui dicunt lucem tenebras, et tenebras lucem. Horat.

Iuppiter orbus. Ζεὺς ἄγονος. Vbi quis palam falsa asseuerat. Constat enim, Ioui quam plurimos esse liberos, vtpote Deo longe mulierosissimo, salacissimoque, qui non vna tantum corporis parte gignat, sed e femore Bacchum, e cerebro Palladem produxerit.

Balba non credit. Ἡ ψελλὴ οὐ πιττεύει. Iocus prouerbialis, vbi quis sua mala conatur dissimulare, quae prae se fert, etiam cum dissimulat: veluti, si quis neget se blaesum esse, idque ipsum non possit nisi blaese dicere. Dictum est enim πιττεύει pro πιστεύει: propterea quod qui linguae vitio laborant, in litteris duabus Sigma et Rho potissimum laborant. Suidas.

Iugulare mortuos. Pro eo, quod est, insectari defunctos et pugnare cum iis, qui iam exstincti sunt. Laert.

sunt. Translatum a bellis, in quibus ignauum ac ridiculum sit, prostratos atque interfectos iugulare. Fiet lepidior metaphora si paullo longius detorqueatur, vt si quis dicat eum jugulare mortuos, qui librum impugnet, a nullo non damnatum: aut disputet aduersus sententiam, omnium suffragiis iam olim reiectam, aut si quis vituperet rem omnibus per se detestatam. Aristophanes scripsit, Τὰς τεθνηκότας ἀποκτείνειν, *id est*, Defunctos occidere.

Mortuum vnguento perungis. Νεκρὸν μυρίζεις. De sumtu superuacaneo, siue cum sero quid adhibetur. Mos erat apud priscos, maxime Aegyptios, defunctorum cadauera, ne putrescerent, vnguentis perungere. Qui mos et his temporibus apud principes, sicut alia pleraque gentilium, magno stultitiae argumento durat.

Cato. *Ad consilium ne accesseris antequam voceris.* Μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθῃς, πρὶν ἂν κληθῇς. Haec sententia Catonis, teste Plutarcho, prouerbialis fuisse videtur, cuius haec sunt verba: Ridiculus igitur, inquit, et prouerbio obnoxius Menelaus, siquidem consultor factus est, non accersitus.

Pythag. *Aduersus solem ne loquitor.* Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ λαλεῖν. *Hoc est*, manifestis ne repugnes. Nam quod maxime constat, atque in confesso est, id sole clarius dicimus.

Galen. *Lanam in officinam fullonis.* Qui praepostere rem gerunt, veluti si quis theologo committat puerum in Grammaticis rudimentis instituendum, lanam in officinam fullonis ferre dicitur. Fullonum enim ars, non rudem lanam, sed iam contextum pannum tractat. Galenus de differentia pulsuum libro 2. *Quod si quis haec exacte velit assequi, prius exercitatum esse oportuit circa praedicamenta. Nam scitum est, quod dixit Arcesilaus, Nemo defert lanam in*

in officinam fullonis. Quemadmodum enim est ordo in operandis lanis, ita est et in disciplinis.

More Carico. Σχήματι καρικῷ. Fieri dicebatur quod sordide incompositeque fiebat, praesertim in rebus obscoenis: quod tamen ad alia transferri potest, veluti ad mores indecoros atque inciuiles, ad orationem inconditam. Legimus et, Πλοίῳ καρικῷ, *id est*, naue Carica.

Accepta candela. Diphilus apud Athenaeum lib. 15. in fabula, cui titulus Ἀγνοία. Ἅψαντες λύχνον λυχνεῖον ἐζητοῦμεν, *id est*, Accepta candela candelabrum quaerebamus. Cum res improuide geritur. Oportuit enim candelabrum esse paratum, antequam candelam attingeres. Diphil.

Nec aures habeo, nec tango. Nec aures habere nec tactum, prouerbio dicebatur, cui in manifestis ab omnibus reclamabatur. Hieron.

Sincerum vas incrustare. Hoc est, quae per se recta sunt, ea nominibus alienis impositis deprauamus & obtegimus. Potest etiam ad res per se decentes accommodari, quibus tectorium inducimus, quod tegat et obscuret natiuum decus, non augeat. Horat.

Iuxta fluuium puteum fodit. Παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύττει. De stultam et inanem sumente operam. Finitimum illi: In siluam importat ligna.

Per parietem loqui. Dicitur qui ridicule quid facit. Siue quod obstante pariete neuter alterum audit. Siue quod ad eum modum colloquuntur amantes.

Priusquam assa sit farina. Πρὶν ὀπτῆσαι ἄλευρα. Eustat.
Id est, Priusquam coxeris farinam, subaudiendum, inspergis, aut simile quippiam. Eustathius in Odyssea refert vtrumque tum hoc, tum illud proximum. Solita autem est assis carnibus apud quosdam inspergi farina.

Priusquam mactaris, excorias. Πρὶν ἐσφάχθαι δέρεις. Dicendum, vbi quid praepostere fieri vide- Idem.

tur. Videri poteſt ex Homero ſumtum, apud quem ſaepe excoriatur taurus, priuſquam occiditur, figura quam grammatici πρωθύστερον appellant. Finitimum illi quod alibi retulimus: Actum agere.

Hieron. *Prius antidotum, quam venenum.* Conueniet vti, quoties aliquis ſe purget antequam accuſetur. Antidotum enim aduerſus venena datur. Hoc nemo ſumit, niſi guſtato veneno.

Zenod. *Capra nondum peperit, hoedus autem ludit in tectis.* Αἴξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώματα παίζει. Qui poſtrema, perfectaque iam aggrediuntur, praeteritis iis, quae praeceſſiſſe oportuit. Aut qui gloriantur iam aſſecutos ſeſe, cuius ne fundamenta ſunt quidem iacta. Aut qui rem agunt praepoſtere.

Prov. 11. *Annulus aureus in naribus ſuis.* Vbi res quaepiam per ſe praeclara illic adhibetur, vbi minime addecet: Vt, ſi ſtulto contingant opes, fatuae forma, genus ignauo, eloquentia viro improbo, magiſtratus imperito. Inſeritur ſuillis naribus annulus aeneus, quo minus noceant agris roſtri ſuffoſſione, quae peculiaris eſt huic animanti. Quod ſi annulum aureum roſtro ſuillo inſeras, res ſit oppido quam ridenda.

Martial. *In mari aquam quaeris.* Ἐν θαλάσσῃ ζητᾶς ὕδωρ. Si quis in moribus ſceleſtiſſimi hominis vnum aut alterum admiſſum veſtiget, quum tota vita ſit contaminata. Aut ſi quis in ſcriptoribus indoctis pauca captet, quae reprehendat, quum nihil occurrat non reprehendendum.

Socrat. *Vmbram ſuam metuere.* Τὴν αὐτοῦ σκιὰν φοβεῖσθαι. Dicuntur, qui pueriliter trepidant, vbi nihil omnino ſit periculi. Translatum vel ab his, qui forte conſpecta corporis ſui vmbra, ſubito expaueſcunt, vel a melancholicis quibuſdam, qui propter oculorum imbecillos ſpiritus indere proximo,

ximo, veluti suam quamdam imaginem contemplantes, arbitrantur sese suos videre manes.

Furari littoris arenas. Dicitur, qui rem ab omnibus neglectam et incustoditam tollit. Ouid.

Canem excoriatam excoriare. Κύνα δέρειν δεδαρμένην. Suidas ait dici solere de iis, qui iterum ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti, aut in eos dicitur, qui frustra sumunt operam. Sunt qui putent, magis conuenire, cum quis affligit afflictum. Aristoph.

Nudo vestimenta detrahere. Pro eo quod est, ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem, quod auferri queat. Plaut.

Nudo mandas excubias. Γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττεις. Quoties negotii quippiam mandatur ei, cui deest praestandi facultas, obeundaeque prouinciae propter inopiam neutiquam idoneus est. Neque enim nudus commode potest excubias agere, propter rigorem nocturni frigoris, neque ad pugnam est idoneus inermis. Zenod.

Caput artis decere, quod facias. Id vsurpare licebit, non solum vbi quid fiet parum decore, veluti sit cantillet aut lusitet senex, si praeeat et obiurget iuuenis, verum etiam cum negabimus quibuslibet quiduis esse decorum. Quinct.

Gallos quid exsecas? Γάλλας τί τέμνεις. Quid actum agis? Nam Galli Cybelis sacerdotes, sua sponte sunt exsectis testibus. Ad quamuis inanem operam significandam conueniet.

In aere piscari. In mari venari. Quadrabunt simpliciter in eos, qui frustra moliuntur τὰ ἀδύνατα aut qui praepostere ibi quaerunt aliquid, vbi ne sperari quidem possit. Vt si quis in magistratibus vitam tranquillam, in voluptatibus beatam, in opibus felicem quaerat. Plaut.

Piscem natare doces, Ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκεις. Perinde est ac si dicas: Doctum doces. Diogen.

Suidas. *Lupi alas quaeris.* Λύκου πτερὰ ζητεῖς. De iis, qui quaerunt ea, quae nusquam sunt. Aut vbi quis verbo duntaxat territat, alioqui re numquam facturus, quod minatur.

Plutarch. *Boue venari leporem.* Τῷ βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν. Dicuntur, qui rem absurdam, stultam ac praeposteram aggrediuntur. Veluti, si quis in curia Romana citra pecuniam ambiat Episcopi dignitatem.

Idem. *Serenitati nubem inducit.* Εὐδίᾳ γὰρ ἐπάγει νέφος. De eo qui inter pocula ludoque virulentum aliquid admiscet, quod offuscata hilaritate frontem corruget, superciliaque contrahat. Ad eumdem modum Horatius de anu deformi, quae se puellarum choris admiscebat. *Et stellis nebulam spargere candidis.*

Horat. *Dum virent genua.* Studendum bonis litteris, dum adhuc viget ingenium. Haec figura, genu viret, prouerbialis est, quoties iuuentutem significamus.

Theoc. *Ceruus canes trahit.* Τὰς κύνας ὁ ἔλαφος ἕλκει. Inter adagia, quibus praeposterum quippiam significamus, adnumerandum. Praeposterum enim est, vt ceruus venetur canes.

Plutarch. *Aquam igni miscere.* Πῦρ ὕδατι μιγνύναι. Est, contra rerum naturam agere.

Idem. *Faber cum sis.* Τέκτων γὰρ ὢν, οὐκ ἔπραττες ξυλουργικά. *Id est*, Faber cum sis, opera haud facis fabrilia. Congruet in eum, qui tentat, ad quae non est idoneus, vel ob imperitiam, vel ob naturam alienam, vt si quis infans et ad persuadendum ineptus, suscipiat legationem, aut indiligens dispenset rem domesticam, aut senex, siue inualidus militiam capessat, si venetur sacerdos, rhetoricetur Scotista.

Lucian. *Elephantum ex musca facis.* Ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς. *Id est*, Res exiguas verbis multis attollis atque amplificas. Sumtum videri potest ex Homero,

mero, qui inter praelia deorum et heroum musicae improbitatem describit.

Ebur atramento candefacere. Est, genuinae formae cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud natiuum obscuretur magis, quam illustretur. Veluti si quis veritatem, qua nihil pulchrius, rhetorum pigmentis conetur exornare. Plaut.

Ex acta via viaticum quaerere. Quadrat in senes auaros. Laborat enim ea aetas plerumque hoc vitio, vt quo minus superest vitae, hoc magis sit deiuictu sollicita. Seneca.

Qui se se non habet, Samum habere postulat. "Ος αὐτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει Σάμον θέλει. Natum est ex historia quapiam, cuius meminit Plutarchus. Athenienses vrbe victori tradita, postularunt vt Samum duntaxat sibi relinqueret: atque is respondit ad hunc modum, Cum vestri fueritis, tum alios habere postulare. Quadrabit in eos, qui impudenter quippiam postulant, aut qui minora curant, maiorum negligentes. Plutarch.

Leonis exuuium super crocoton. Λεοντῆ ἐπὶ κροκωτῷ. Cum duo quaepiam copulantur, quorum alterum cum altero nequaquam congruit. Sumtum a Baccho, qui hoc ornatu descendit ad inferos, vt veste muliebri delicataque indutus esset, eique vesti leonis exuuium impositum gestaret, quo videlicet Hercules creditus, formidabilis videretur inferis. Aristoph.

Cantherium in fossa. Rusticum prouerbium, sed tamen e re militari natum. Hoc licebit vti, quoties quis ad id negotii trahitur, in quo nequaquam valeat, aut vbi res erit vehementer impedita periculosaue. Refertur a Liuio dec. III. L. III. Liuius.

Iocandum vt seria agas. Aristoteles libr. moralium Nicomachiorum 18. refert sententiam Anacharsidis, qui taxarit eos, qui seria agunt, Aristot.

vt iocentur, cum iocus in hoc interdum admittendus sit, vt seriis rebus vacare liceat. Aristoteles: *Studere vero ac laborare ludendi gratia, stolidum videtur, atque admodum puerile. At ludere, vt agas seria, iuxta Anacharsidis sententiam, recte videtur habere.*

Plautus. *Ex natali emortualem facere.* In Pseudolo Ballio lenio coactus reddere argentum, dicit: *Certum est mihi emortualem facere ex natali die.* Emortualem dixit, pro tristi ac funesto. Natalem, pro laeto ac felici.

Arist. *Ibyci equus.* Ἰβύκειος ἵππος. In iocum prouerbialem abiisse videtur de iis, qui nolentes praeter aetatem ac vires ad periculosum negotium adigerentur. Ibyci Poetae annosus equus, certaminibus detritus, cum ad certamen currui iungeretur, extimuit. Ridente populo Ibycus inquit: Equus domini similis est, nam et ipse senex ad amandum compellor, minus aptus ad amores.

Quinctil. *Caligare in sole.* Pro eo quod est, in re clarissima caecutire. Idque solet accidere vitiosis oculis, qui nihil vident in luce quam maxime perspicua, videlicet sensum debilem obruentem vi splendoris. Non inuenuste torquebitur in istos, qui velut obscurum causantur, quidquid eruditum fuerit.

Plautus. *Teipsum non alens, canes alis.* Αὑτὸν ἃ τρέφων, κύνας τρέφεις. In eum dicebatur, qui cum per inopiam sibi, quae sunt ad vitam necessaria, suppeditare non posset, conaretur aut equos, aut famulos habere domi. Apposite dicetur aduersus istos, quibus cum ob rei familiaris angustiam vix suppetit, quo vitam sustineant, tamen per ambitionem conantur fastu vestium reliquoque strepitu potentes et opulentos imitari. Breuiter, conueniet in omnes, qui, quae ad voluptatem aut splen-

ſplendorem pertinent, curant, neglectis his, quae magis ſunt neceſſaria.

Mari e foſſa aquam. Θαλάττῃ ἐκ χαράδρας ὕδωρ. Subaudiendum, infundis. Cognatum illi: In ſiluam vehere ligna.

Mus non ingrediens antrum, cucurbitam ferebat. Μῦς εἰς τρώγλην οὐ χωρῶν, κολοκύντην ἔφερε. In eum congruit, qui cum ipſe ſibi conſulere non poſſit, aliis conatur opitulari, aut qui conatur maiora viribus ſuis.

Solem adiuuare facibus. Gratianus cauſſa 6 q. 1. ex Anacleto Papa hoc prouerbium refert in eos, qui hic vſurpant ſibi diuinum iudicium, quod nullus hominum poterit effugere. Nam incerta ſunt hominum iudicia, neque ſecus ſe habent ad iudicia Dei, quam fax ad ſolem. Si omnia, inquit, in hoc ſaeculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis laborant impendiis, qui ſolem certant facibus adiuuare. Gratian.

Ad menſuram aquam bibunt, citra menſuram offam comedentes. Μέτρῳ μὲν ὕδωρ πίνοντες, ἀμετρὶ δὲ μάζαν ἔδοντες. Verſiculus oraculo proditus in Sybaritas, qui ob luxum immoderatum a Crotoniatis ſubuerſi ſunt. Vnde poterit accommodari in eos, qui ex ſummis deliciis opibusque rediguntur ad extremam inopiam, vel in eos, qui praepoſtere ſunt ſordidi, parciſſimi in rebus minutiſſimis, in magnis negligentes. Zenod.

Aliorum medicus, ipſe vlceribus ſcates. Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. In eos torquendum eſt, qui erratum caſtigant inceſſuntque alienum, intercutibus vitiis ipſi madentes. Illud vulgo tritiſſimum: Medice tibi medicus eſto. Plutarch.

Anus eriphus. Γραῖς ἔριφος. Apollodorus apud Zenotum ait, anum quamdam fuiſſe, quae vulgo dicta ſit Friphia, quod in virginitate conſenuiſſet, perinde quaſi eadem et anus eſſet per Zenod.

 aetatem,

aetatem, et puella, quod adhuc innupta. Sunt, qui tradant locustam agrestem, a nonnullis mantin appellatam in Sicilia γραυν ερίφον appellari. Aiunt autem quodcumque animal adspexisset, illi mali quidpiam accidere. Proinde in mulierem veneficam et fascinatricem quadrare videtur.

Titius. Titium saltare dicebantur, qui incomposite ac solute gestiebant. Fuit enim huiusmodi saltationis genus, quod a Titio quodam malo oratore nomen inuenit.

Anus saltat. Γραῦς χορεύει. In eum conuenit, qui indecore quippiam facit, veluti si senex ludat nucibus, vel Theologus rhetoricis flosculis lasciuiat.

Anus cothonissat. Γραῦς κωθωνιζομένη. *Id est,* Anus cothonizantes. Dicitur de vetulis indecore lasciuientibus. Cothon Graece temulentiam significat: inde fictum verbum κωθωνίζειν. Cothon est et poculi genus, Graeci etiam temulentam appellant Cothonem.

Martial. *In toga saltantis personam inducere.* Est quippiam facere neutiquam decorum, veluti, si senex aut theologus ineptiat, aut si quis seriis misceat ludicra.

Hieron. *Camelus saltat.* Vbi quis indecore quidpiam facere conatur, et inuita Minerua, vel, quis natura seuerus ac tetricus, affectet elegans et festiuus videri, naturae genioque suo vim faciens.

Diogen. Laert. *Lucernam adhibes in meridie.* Λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις. *Id est,* Facis quippiam non suo tempore, aut explicas, quae per se sunt clarissima. Natum a ridiculo Diogenis facto, qui adhibita interdiu lucerna, rogatusque, quidnam sibi vellet, respondit, ἄνθρωπον ζητῶ.

Plutar. *Claue findere ligna, et securi fores aperire.* Τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζειν, τῇ δὲ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρᾶς, quum res praepostere geritur. Veluti si quis liberos metu studeat emendare, seruos

seruos beneficiis sibi adiungere, aut si quis apud imperitos philosophicis rationibus agat, apud eruditos clamore et improbitate vincere conetur.

Cani das paleas, asino vero ossa. Κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀςία. Veluti si quis indocto manus mittat literarium, erudito flosculos, aut gladium, baltheumue.

Vulpes bouem agit. Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει. Suidas.
Cum res absurde geritur. Nihil enim vulpi cum agricolatione. Veluti si quis poeta de rebus sacris concionetur aut leno tractet rempublicam. Licebit ad eum torquere, qui non ex animo, sed alia spectans, fingit sese quippiam velle facere.

Ante barbam doces senes. πρὸ τῆς γενειάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας. Cum imberbis maiorem natu docet. *Odi puerulos, praecoci sapientia.* Horat.

Dasypus carnes desiderat. Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ. Dicitur in eos, qui ea requirunt ab aliis, quae ipsis affatim sunt domi. Dasypus est de genere leporum, dictus a pedibus hirsutis ac villosis.

Tute lepus es, et pulpamentum quaeris. Donatus exponit, indicans prouerbium hoc in molles conuenire, propterea quod lepus a posteriore parte, hoc est a lumbis et clunibus, pulpamentum de se praebeat, eaque corporis parte lautissimus sit, vel quod eum canes amatorum instar sequantur, vel quod lepus a physicis dicatur incerti sexus, modo mas, modo femina. Terent.

Sidera caelo addere. Pro eo quod est, Adiungere quibus ipsis summa est copia. Ouid.

Culicem colant. In superstitiosos quosdam et praepostere meticulosos dictum est a praeceptore nostro Iesu, qui vel ignorantes vel dissimulantes, quibus in rebus sita sit vera Christianaque pietas, Matth. 23.

in nugis sibi nunc placent, nunc trepidant, in maximis securi, pleni iudaicarum superstitionum, vera caritate vacui.

Smaragdus in luce obscurus. Ἀρίγνωτος σμάραγδος ἐν μὲν τῷ φαεῖ σκοτεινός. In eos dici solitum, qui praepostere ibi semet occultarent, vbi maxime conueniebat edere virtutis specimen. Inter smaragdorum varietates commemoratur, qui dicti sint caeci, quod colore sint obscuriore.

ACCESSIO PVSILLA AVT NIMIA.

Cic. *Croesi pecuniae teruncium addere.* M. Tullius lib. de Finib. 4. Itaque, in quibus propter earum exiguitatem obseruatio consequitur, saepe accidit, vt nihil interesse nostra fateamur, sint illa, nec ne sint: vt in sole, quod a te dicebatur, lucernam adhibere, nihil interest, aut teruncium addere Croesi pecuniae. Teruncii nummi, a tribus vnciis dicti, vilitas prouerbio locum fecit. Croesus Lydorum rex inter prodigiose diuites celebratur.

Arist. *Piscis eget sale.* Ἰχθὺς δεῖται ἁλός. De re absurda et incredibili. Nec enim verisimile est, pisces in mari agentes opus habere sale.

Diogen. *Holerum appositiones.* Αἱ τῶν λαχάνων προθῆκαι. De re nullius momenti. Sumtum videtur ab holeribus appositis in mensa, vili nimirum cibo, vel auctariis holerum, quae nonnumquam emtores sordidi ac tenues requirunt.

Gleba aruum. Βῶλος ἄρουρα. Vbi quis exigua maximis apponit, credens sese nonnihil iuuare. Nihil enim adfert momenti, si gleba aruo adiungatur.

Gutta vini. Σταλαγμὸς οἴνου μυρίοις χοεῦσιν ὕδατος οὐ μίγνυται, *id est*, Gutta vini non miscetur aqua saepius infusa. Cum paullulo boni nimia mali

mali vis admiſcetur. Diluitur enim et euaneſcit, ſi pauxillum vini plurima corrumpas aqua.

Ne maior thylaco acceſſio. Hoc vti licebit proverbio, cum digreſſio longior eſt, quam ipſa res. Translatum eſt a mulionibus qui praeter legitimum onus vaſcula quaedam ſuperimponunt. Thylacus enim culeus eſt, ſiue mantica parata geſtandis oneribus. Lucian.

AD REM PERTINENTIA.

Nunc in regionem veni. Νῦν εἰς χώραν ἦλθον. Ab iis dictitari ſolitum, qui tandem ſua ſponte illuc, quo oportuit, perueniunt, cum diu non quiuerunt. Plutarch.

Ipſum oſtii limen tetigiſti. Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τῆς θύρας. Dici ſolitum, quoties ad rem ipſam peruenitur. Ariſt.

Rem acu tetigiſti. *Pro eo quod eſt*, Rem ipſam diuinaſti, nihil aberrans. Metaphora ſumta videtur a luſu, quo diuinator, id quod alius notaſſet, ſumma acu tangebat, aut lineam, aut calculum, aut aliud quiddam ſimile. Igitur acu tangere, perinde eſt, quaſi dicas, Ipſiſſimum punctum attingere. Nam minutiſſima puncta denotantur acu. Plaut.

Ædibus in noſtris, quae praua aut recta geruntur. Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται. Quo verſu monemur, vt ea potiſſimum, quae ad nos ipſos pertinent, curemus, externa atque aliena ne inquiramus. Hom.

Ipſi curandum. Αὐτῷ μελητέον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν οἶκον. *Ideſt*, Ipſi curandum eſt, ſed in domum. Natum autem ab aedibus quibusdam maximis, quae locabantur conducere volentibus. Graeci ſcriptores torquent in eos, qui rebus alienis liberius vtuntur; vt ſolent, qui in conducto habitant. Ariſtoph.

Omiſſis

Omiſſis nugis, rem experiamur. Qui conuiciis omiſſis iubebit ipſa re periculum fieri, vter vincat aut vincatur, non inepte accommodauerit illud Iliados χ:

Hom. Βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν, ὅττι τάχιστα.
Εἴδομεν, ὁπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ. i. e.
Sed praeſtat pugnam committere cominus, vt mox,
Palleat, Vtri Iuppiter eſſe velit laudemque decuſque.

Cic. *Pedem conferre.* A militia ſumtum. Vſurpatur vbi proprius acceditur ad rem.

Ab vnguibus incipere. Ἐκ τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι. Dici ſolitum, quoties a leuiſſimis, minimeque ad rem pertinentibus, ordimur. Huic contrarium: A capite incipere, cum illud quod praecipuum in cauſa eſt, aggredimur.

ADVLATIO.

Cic. *Mercenarium praeconium.* Laudes non ex animo tributas, ſed commodi gratia per adulationem oblatas, M. Tullius actione in Verrem. 3. mercenarium praeconium appellat.

Ariſt. *Saluete, equorum filiae.* Apparet ioco vulgari fuiſſe iactatum in eos, qui emolumenti gratia blandiuntur.

Ariſtoph. *Verbis coquinariis.* Ῥήματα μαγειρικά. Venuſte dixit Ariſtophanes in Equitibus pro verbis mollibus blandis ac dulcibus. Coquorum enim eſt, condimentis edulcare cibum per ſe ſubauſterum.

Ariſtoph. *In oſtio formoſus.* Ἐν θύρᾳ καλός. De iis, qui adamantur, vulgoque gratioſi habentur. Sumtum a veterum conſuetudine, qui formoſorum

aut

aut amasiorum nomina arboribus, foliis ac parietibus inscribebant.

Pithon formosus. Πίθων καλός. Pithon pro simiolo ponitur animali. Conueniet, vbi quis per adulationem falso laudatur. Est φιλαυτία peculiaris huic animanti, adeo vt laudes sentiant, et speculis delectentur, et suos catulos contrectari gaudeant, ipsique catulos suos complexu enecent. Pindar.

Myosobae, Μυοσόβαι. Myosobae, muscarum abactores. A Persarum deliciis natum adagium, vt indicat Athenaeus, qui in conuiuiis Myosobas adhibebant, quod apud Italos iam vulgare. Dicetur recte in eos, qui in friuolis cuipiam obseruire conantur. Athen.

Haudquaquam difficile, Atheniensem, Athenis laudare. Dixit Socrates, Οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθήναις ἐπαινεῖν. *Id est,* Haud difficile est Athenienses Athenis laudare. Dictum est autem propter encomia orationesque panegyricas, quae Athenis ex more exhibebantur iis, qui fortiter oppetiissent in bello: in quibus quia plurima dicebantur in laudem populi Atheniensis, pronis auribus audiebantur, propterea quod suis quisque laudibus fauet. Aristot.

Cura esse, quod audis. Conuenit in diuites, qui ita demum felices fuerint, si id studeant esse, quod audiunt ab adulatoribus. Horat.

Ficum cupit. Σῦκον αἰτεῖ. In eum dicebatur, qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Athenienses agricolis blandiri solebant, vt ab illis ficos praecoquos acciperent, bene ominantes ac precantes, vt in annum sequentem fici feliciter prouenirent. Rustici vero sentientes ciuium blandiloquentiam eo spectare, vt ficos acciperent, commodi spe adulantem ficos petere dicebant. Aristoph.

De fera comedisti. Ἀγρίας βέβρωκας. Dicebatur olim oscitanti. Nam vulgo creditum, carnem ferinam comesam crebras oscitationes exci-

tare.

tare. Venuſtius erit, ſi commode transferatur ad ſupinos, oſcitabundos, et negligentes.

Ἀδελφίζειν. Dicuntur, qui vocabulis adoptivis alicui blandiuntur, et fraterculum appellant. Hor. *Frater, Pater adde: Vt cuique eſt aetas, ita quemque facetus adopta.*

Quinct. *Demulcere caput.* Pro blandiri: ſumtum ab adulantium geſtu. Hieronymus ad Auguſtinum: Prætermitto ſalutationis officia, quibus meum demulces caput.

Homer. *Refutantis laudem immodicam.* Οὔτοι ἐγώ θεός εἰμι τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις. *Id eſt*, Nullum ego ſum numen: quid me immortalibus aequas? Plutarchus monet, vt hoc Homericum carmen ſemper habeamus in promtu, tamquam pharmacum aduerſus venenum adulationis, aut vbi quis nos magnificentius quam pro merito laudat.

Ariſtoph. *Cauda blandiri.* Κέρκῳ σαίνειν. Dicitur, qui ſpe commodi cuipiam adulatur.

Cic. *Praeſtat habere acerbos.* M. Tullius in dialogo de Amicitia: Scitum eſt enim illud prouerbium Catonis: Multo melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur. Equidem vt praeclaram eſſe ſententiam fateor, ita prouerbium eſſe negauerim. Primum, quod nullam omnino prouerbii ſpeciem, prae ſe ferat, deinde quod prouerbia vulgi ſunt, non huius aut illius. Tamen aſcribendum putauimus, ne quis indiligentia praetermiſſum exiſtimaret.

Diog. *Benignior pellace vulpe.* Ὦ πλεῖον ἥλωος αἱμύλης ἀλώπεκος; *Id eſt*, Pellace quanto eſt blandior vulpecula? De eo, qui commodi ſui cauſa ſimulat benevolentiam.

Letale mulſum. Θανάσιμον μελίκρατον. Dicitur, quidquid ita iucundum eſt, vt idem ſit perniciosum. Legimus et mellitum venenum, apud Plinium.

Chre-

Chrestologus. Χρηστολόγος. Chrestologi dicebantur, qui probe loquuntur, et improbe faciunt. Paulus in Epistola ad Romanos, huiusmodi blandiloquentiam χρηστολογίαν vocat. Paulus Apost.

Io Paean. Athenaeus sic citat: Ἴη Παιάν. Acclamatio prouerbialis, qua consueuimus vi, regnauiter et feliciter peracta. Natum hinc existimant, cum Latona ex Chalcide Euboeae ciuitate Dianam et Apollinem in Delphos transportaret, euenit forte fortuna, vt iuxta specum, in quo Pytho latitare dictus est, praeteriret. Vbi vero iam prosiliens Pytho impetu ferretur in illos, Latona mulierum more territa, filii auxilium inclamauit his verbis, ἰὲ παῖ, *id est*, iaculare fili. Ibi Apollo, qui tum forte gestabat arcum, misso telo, Pythonem interemit. Inde vox deflexa est, vt diceretur ἰὴ παιῶν. Idque quum ter iterari consueuerit in sacris Apollini factis, quidam arbitrantur primum ortum esse carmen hexametrum heroicum et iambicum trimetrum. Etenim si pronuncies primis productis syllabis, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, hexametrum erit meris constans spondeis. Sin primis correptis, iambicum erit trimetrum puris iambis absolutum.

Polycrates matrem pascit. Πολυκράτης μητέρα νέμει. Hoc adagium ex historia petunt, narrantes, Polycratem Samiorum tyrannum, matres militum, qui in bello interiissent, recensuisse, easque locupletioribus ciuibus nutriendas tradidisse, vnamquamque his commendans verbis, σοὶ ταυτην μητέρα δίδωμι. Ego puto non incommode posse vsurpari, quoties aliquis in commendandis amicis est benignior officiosiorque. Aut vbi quis alieno sumtu de quopiam bene mereri studet, ita vt aliis nummos impendentibus, ipse praeter officiosa quaedam verba nihil insumat; qui mos hodie quoque vulgo principibus manet. Si quidem ministros, annis iam ad aulicum vsum, inutiles, Zenod.

tiles, monasteriis, aut ciuium ditioribus alendos mandant.

Ipse semet canit. Ἀυτὸς ἀυτὸν αὐλεῖ. *Hoc est*, ipse, cuiusmodi sit, factis ipsis declarat. Tibicines enim olim laudes fortium virorum decantabant. Proinde qui recte gestis sibi satis magnam gloriam comparat, quorsum huic necessum est, conducere buccinatorem laudum suarum? Adagium in vtramlibet partem poterit applicari, bonam vel malam. Nihil huic opus tibicine, qui suis egregie gestis, sat illustris est. Aut nihil opus huius vitam insectari, satis per se foedam atque infamem.

Aesop. *Magis ipse Phryx.* Μᾶλλον ὁ Φρύξ. Equidem coniicio dictitatum, quoties ea magis probarentur, non quae veriora sint, sed quae adulantius dicta. Croesus Lydorum rex percunctatus fuerat septem sapientes, cuinam primum felicitatis titulum tribuerent. Cum vero varie responderetur, aliis dicentibus, feras indomitas sibi videri felicissimas, quod pro tuenda libertate, mortem oppeterent, aliis ciconias, quod citra legem, suapte natura ius piumque seruarent, Solone vero negante, quemquam appellandum felicem, priusquam ex vita decesserit, assistens Phrygius ille fabulator Aesopus: Tanto, inquit, rex caeteros antecellis, quanto mare praestat fluuiis. Id rex audiens, respondisse fertur: Μᾶλλον ὁ Φρύξ.

Plato. *Pulcre dixti. Belle narras.* Καλῶς ἔλεξας. Huc pertinere videntur ironiae illae prouerbiales passim in comoediis obuiae. Dixti pulcre, Belle narras De re dictu vehementer absurda. Plato in Euthyd.

Plutarch. Athen. *Climacides.* Κλιμακίδες. *Id est*, Scalulae. Per iocum vocari poterunt, qui se diuitibus ad quidvis obsequii submittunt, etiamsi sordidissimum, fit. Vulgato conuicio sic sunt appellatae mulierculae

culae quaedam Cypriae, adulatrices apud Syros, quod regum vxoribus submitterent sese, vt per eas ceu per scalas currum conscenderent.

Glossogastores. Qui linguam habent venalem, ea loquentes, quae ventri conducunt. Cic.

Ex coborte Praetoris. Qui ad omnem nutum praesto sunt, et cum auctoritate deliguntur ad hoc aut illud exsequendum, ex cohorte Praetoris appellari dicuntur. Ministri praetorum non egent alia excusatione, quam vt dicant, se quod fecerunt, illorum iussu fecisse: vt iam in praetorem sit actio, non in ministros. Simile imperium in quosdam cibo officiisque sic deuinctos, vt nihil ausint recusare. Idem.

Consessus in ludo talario. Nec prouerbii specie caret, quod habetur in epistola ad Atticum lib. I. Consessus talarius, pro conuentu hominum parum honoratorum. Nam consessus, Graece συνέδριον, proprie dicitur Senatus, aut Iudicium, qui solent ex honestissimis deligi. In consessu talario, qui nequissimus est, primas tenet. Verba Ciceronis haec sunt. *Non enim vnquam turpior in ludo talario consessus fuit: maculosi Senatores, nudi Equites, Tribuni non tam aerarii, quam, vt appellantur aerati: pauci tamen boni inerant, &c.* Quamquam et is iocus est prouerbialis, quod ait illos vulgo appellari solere pro tribunis aerariis, tribunos aeratos, hoc est, obaeratos aut certe bene numatos peculatu. Idem.

AEQVALITAS.

Aequa concertatio. Cum significabimus duos ex aequo paratos ad disceptandum, rixandumue, licebit accommodare carmen illud ex Iliados quinto libro: Home

Τῶ μὲν δὴ χεῖράς τε καὶ ἔγχεα ὀξυόεντα.
Ἀντίον ἀλλήλων ἐχέτην μεμαῶτε μάχεσθαι.

C Id

Id est, Illi inter sese iam iam pugnare parantes. Obtendunt, pariterque manus, peracutaque pila.

Cic. *Par pari referre.* Ἴσον ἴσῳ ἐπιφέρειν. Dicimus, vbi quid ex aequo moderatum significamus. Ductum a compotationibus veterum graecorum, apud quos aequalibus cyathis bibere mos erat. Sed olim aequalitas erat, vt tantumdem adderent aquae, quantum est vini.

Plinius. *Pari iugo.* Pro eo quod est, pari studio pari-que conatu. Translatum a bubus idem plaustrum aequali iugo trahentibus. Quadrabit in eos, qui negotium commune certatim ac simili contentione agunt.

Homer. *Pertinax contentio* Quoties ostendemus obstinatam ac muliebrem aequalium inter ipsos contentionem, cum neuter altero vult inferior videri, conueniet illud, quod Iliad. 3. libr. Iuno dicit ad Iouem:

Καὶ γὰρ ἐγὼ θεός εἰμι, γένος δέ μοι ἔνθεν, ὅθεν σοί.

Id est, *Ipsa etiam dea sum, genus inde mihi, vnde tibi ortus.*

AEQVANIMITAS.

Plaut. *In re mala, animo si bono vtare, adiuuat.* Fortiter ferendo vincitur malum, quod euitari non potest.

Solon. *Magistratum gerens, audi et iuste et iniuste.* Ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως κἀδίκως. Sumtum aiunt ex Solonis elogiis. Admonet, vt qui in tractandis Reipubl. muneribus versatur, patientissimis sit auribus, aequoque animo, et bene et male audire consuescat, neque facile populi vel laudibus vel conuiciis a recto dimoueatur.

Iuuen. *Iactare iugum.* Est incommode ferre seruitutis necessitatem. Translatum a bobus nondum assuetis iugo.

Ad

Ad finem vbi perueneris, ne velis reuerti. Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τῆς ὅρυς ἐλθόντα. Finem vitae aequo animo feras, neque turpi vitae cupiditate exanimeris, ne dixeris illud Virgilii: Plutarch.

O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos!

ALIA ALIIS PLACENT.

Felix Corinthus, at ego sim Teneates. Εὐδαίμων γε Κόρινθος, ἐγὼ δ' ἄην Τενεάτης. Tenea, vicus quidam haud procul a Corintho, nemorosus et amoenus. Porro Corinthiorum opulentia insignis fuit. Tempestiuum fuerit hoc vti, quoties in contentione duorum; non inficiabimur alterum per se praestantius, verum alterum magis arridere placereque animo nostro. Strabo scribit hunc versum oraculo proditum fuisse. Strabo.

Quot homines, tot sententiae. Item: *Suus cuique mos est.* Persius item: Terent.

Mille hominum species, et rerum discolor vsus:
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Suum cuique pulcrum. In eos, quibus sua qualiacumque sunt, tamen studio magis quam iudicio placent. Est autem a communi mortalium ingenio sumtum, quibus vsque adeo insita est illa Philautia, *id est*, amor sui, vt neminem tam modestum, tam attentum, tam oculatum inuenias, quin in propriis aestimandis, quadam animi propensione corruptus, caecutiat atque hallucinetur.

Asinus asino, et sus sui pulcher. Ὄνος τ' ὄνῳ κάλλιστος, ὗς δὲ τῷ ὑΐ. Simile simili placet. Conueniet, vbi inter inhonestos similitudo morum et instituti conciliat beneuolentiam, veluti, cum miles placet militi, aleator aleatori, potator po- Alcim.

tatori, ſophiſta ſophiſtae. Eodem pertinet, quod alibi dixit Horatius:

Horat. *Turpia decipiunt caecum vitia, aut etiam ipſa haec*
Delectant, veluti Balbinum polypus Agnae.

Nam Balbino ſtulte amanti, etiam polypus Agnae amicae ſuaue quiddam olere videbatur. Eſt autem polypus vitium narium graue olentium, itidem vt hircus alarum. Vnde et polypoſos et hircoſos dicimus. Eandem ſententiam Plautus diuerſis verbis, ſed nimis quam eleganter extulit, *Suus*, inquit, *rex reginae placet, ſua cuique ſponſa ſponſo.*

ALIBI DIMINVTVM, ALIBI REDDITVM.

Athen. *Claudus optime virum agit.* Ἄριστα χωλὸς οἰφᾷ. Dici ſolitum, vbi quiſpiam ſuam ſortem; vel parum egregiam anteponit alienae, tametſi praeſtantiori. Natum ab Amazonum apophthegmate, quibus mos fuit quondam, vt pueros maſculos detorta tibia coxaue claudos efficerent. His cum bellum eſſet aduerſus Scythas, atque illi eas conarentur illicere, vt ad ſeſe deſciſcerent, dicentes futurum, vt poſthac non cum claudis ac mutilis, ſed cum integris viris rem haberent, Antianira Amazonum dux reſpondit ad hunc modum: ἄριστα χωλὸς οἰφᾷ.

Virgil. *Non omnia poſſumus omnes.* Prouerbialis ſententia ſumta videtur ex Homero, apud quem Polydamas Iliad. V. Hectorem ſic alloquitur.

Haudquaquam poteris ſortirier omnia ſolus.
Namque aliis Diui bello pollere dederunt,
Huic ſaltandi artem, voce huic citharaque canendi.
Rurſum alii inſaeuit ſagax in pectora magnus
Iuppiter ingenium, at multis eſt vtilis ille.

Facta

Facta iuuenum, conſilia mediocrium, vota ſenum. Heſiod. Ἔργα νέων, βυλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. Senſus per ſe liquet. Nempe ad rem gerendam adhibendos iuuenes. Nam viribus ea aetas praepollet. In conſilium adſciſcendi mediocris aetatis viri, propterea quod in his nonnihil detrito virium vigore, valeat tamen vſu rerum aucta prudentia. Senes vtpote religioſi, ſolent a ſuperis optima precari.

Marinam auditionem fluuiali abluit ſermone. Plato. Ἀλμυρὰν ἀκοὴν ἀπεκλύσα ποτο τίμῳ λόγῳ. Quod audire erat moleſtum, id diuerſa oratione edulcatur. Quod erat guſtus, id traductum eſt ad aures. Etenim quod palato aqua marina, id auditui ſermo non placidus nec benignus.

Quod alibi diminutum, exaequatur alibi. In eum, Homer. in quo deſideratur virtutis aliquid, ſed cuius iacturam alia quapiam dote compenſet. Veluti, ſi quem intelligi velimus parum eloquentem, ſed admirabili tamen iudicio. Aut qui ſit indoctus quidem, ſed bene nummatus, competet illud ex Iliados κ:

Ὃς δὲ τοι εἶδος μὲν ἔα ἔην κακὸς ἀλλὰ ποδώκης.

Id eſt, Qui ore quidem deformis erat, pedibus tamen acer.

Semper ſeni iuuenculam ſubiice. Ἀεὶ γέροντι νέαν Diogen. ἐπιβάλλειν κόρην. Admonet, vt prouectioris aetatis viri puellam ducant magis, quam anum, ne, ſi frigus acceſſerit frigori, languente Venere, ſteriles exiſtant nuptiae; quamquam non inepte trahatur ad alios item vſus, quoties ſignificabimus ita rerum coniunctionem temperandam, vt, quod alibi diminutum ſit, aliunde ſuppleatur.

Non omnis fert omnia tellus. Prouerbium erit, Virgil. ſi traducatur ad diuerſas ingenii dotes. Theocritus. Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τα δὲ γίγνεται ἐν χειμῶνι, *id eſt*, Illa quidem producit hiems, illa

educat aestas: cum significabimus, aliud agendum iuueni, aliud seni, aliis atque aliis temporibus, diuersis moribus vtendum.

ALIENA RE.

Lucian. *Nihil ad Versum.* Οὐδὲν πρὸς ἔπος. De iis, quae longe discrepant ab iis, quae proposita sunt. Translatum videtur a scena, vbi histrio saltatu gestuque carminis genus repraesentat.

Idem. *Nihil ad fides.* Οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν. In eos, quorum vita vehementer est inaequalis, quorumue mores ab oratione dissident.

Nihil ad Bacchum. Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Vbi quis ea nugatur, quae ad rem praesentem nihil attinent. Adagionis origo varia traditur. Zenodotus ait antiquitus in choris Dithyrambos in Bacchum cani solitos. Deinde poetas mutata consuetudine Aiaces, Centauros, atque id genus fabulas coepisse describere. Proinde spectatores per risum acclamasse: Nihil ad Bacchum. Quo conuicio moniti, deinceps satiros inducere coeperunt, ne dei prorsus obliti viderentur. Strabo scribit euersa funditus a Romanis propter violatos legatos Corinthiorum vrbe, milites in opera quoque nobilia, quibus ea ciuitas praeter ceteras abundabat, ludibriis insaltasse, citatque Polybium testem, qui praedicet praesentem sese vidisse, tabulas quasdam abiectas in solum, in quibus milites talis luserint, quarum vna fuit ab Aristide depicta. Argumentum erat Bacchus. Hinc quidam aiunt manasse prouerbium. Suidas refert Epigenem quemdam Sicyonium tragoediam de Baccho scripsisse, quae quum indigna Deo videretur, quosdam e spectatoribus acclamasse: nihil ad Bacchum. Quidam dicunt quondam poetas de Baccho fabularum argumenta consuesse tractare, eaque demum actitari solita.

Deinde

Deinde paullatim ad tragoedias scribendas conversos, alias fabulas et historias scriptitasse, praetermissa Bacchi mentione, spectatores igitur acclamasse: nihil ad Bacchum. Plutarchus ostendit ab Aeschylo et Phrynicho natam paroemiam, qui fabularum argumenta ad historias et calamitates deflexerint. At Theaetetus scribit Parrhasium pictorem, Bacchum summa arte finxisse. Itaque quum apud Corinthios pictorum inter ipsos de arte certamen ageretur, et complures Bacchum pictum proferrent, quorum nullus ad Parrhasii Bacchum accederet, succlamasse populum: nihil ad Bacchum. Quidam cum Coroebum, Vlyssem illum vafrum et versipellem vocasset, audiit: canem adducis ad praesepe, et nihil adfers ad Bacchum.

Mira de lente. Quoties res humilis et pusilla magnificis laudibus attolleretur. Opinor Graecis efferri hunc in modum: Δεινὰ περὶ φακῆς. Rudol. Agricol.

Quid ad farinas? Τί πρὸς τ' ἄλφιτα; *Id est,* Quid attinet ad parandas facultates? Id recte detorquebitur ad artes steriles, vt poeticen. Aristoph.

Alia Menecles, alia Porcellus loquitur. ἄλλα λέγει μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. Vbi quis multum verborum effutit, quae nihil ad rem pertineant. Lucill.

Neque coelum, neque terram attingit. Οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται. De re vehementer absurda atque aliena, quaeque nulla vicinitate pertineat ad id, de quo agitur. Metaphora sumta ab iis, qui in medio pendent aëre, vtrimque liberi. Lucian.

Quid ad Mercurium? Τί πρὸς τὸν Ἑρμῆν; *Id est,* nihil ad rem. Nam Mercurius orationis est auctor.

Ego tibi de alliis loquor, tu respondes de cepis. Ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυα ἀποκρίνεις. Cum aliud respondetur, quam rogaris. Vel contra:

cum inepte respondetur inepte sciscitanti. Confinia sunt inter sese cepe et allia.

Falces postulabam. Ἄμας ἀπῄτουν. In eos, qui respondent id, quod ad rem non attinet. Videtur hinc natum, quod agricolae cuipiam a vicino falcem commodato petenti, negauerit ille sibi ligonem esse domi.

Suidas. *Extra chorum saltare.* Ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι. Dicitur, qui dicit aut facit a re, quam proposuit, alienum aliquid. Qui choros agunt, certis limitibus et numeris adstricti mouentur, vt liberum non sit euagari quo libet. Quod si quis discrepet a lege chori, ridiculus habeatur.

Vltra septa transilire. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν. Congruit in eos, qui a proposito digrediuntur.

Plato. *Extra oleas fertur.* Ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται. Vbi quis terminos praescriptos transgreditur, aut aliena nec ad rem pertinentia facit, dicitur. Stadia in quibus currendi certamina peragebantur, oleis per seriem positis vtrimque sepiebantur, quas praeterire non licebat.

Gregor. Nazi. n. *Incita equum iuxta nyssam.* Κίνει τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν. *Id est*, Stimula equum iuxta lineam. Dicebatur, vbi sermo loquentis aberrat ab eo, quod esset institutum. Sumtum ab equestri cursu, qui intra praescriptas metas ac lineas agebatur, quas transilire nefas erit.

Aristot. *Haud contra ostium.* Οὐ κατὰ θύρας. Pro eo quod est, non proprie ad rem, et apte ad id, de quo agitur.

Nihil ad rem. In eum, qui dixerit absurde quippiam, et alienum a proposito, quadrabit illud Homer. Νήπιος εἶς, ὦ ξεῖν᾽, ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας. *Id est*, Hospes stultus es, aut longinquis aduena ab oris Nuper ades.

Meos corymbos necto. Τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω. Vbi quis respondet, quod nihil pertinet ad interrogata. Desumtum ex aliqua Comoedia, in

in qua persona per dissimulationem diuersa respondęrit.

Omissa hypera, pedem insequeris. Ἀφεὶς τὴν ὑπέραν, τὴν πόδα διώκει. Conuenit, vbi quis omissis his, quae magis ad rem attinebant, leuicula quaepiam curat. Hyperae nautici funes sunt, quibus antemnarum cornua traducuntur. Pedem autem vocant imam claui partem. *Verum earum vsus maximus in nauigando.* Hyper.

De curru delapsus. Ἐξημαξωμένος. In hodiernum quoque diem vulgo durat adagium in eum, qui oblitus propositi, alio se transfert, aut qui in sententia labascit, vt de curru delapsus dicatur; quemadmodum, Ab asino delapsus. Natum a fabula Phaetontis, quem ferunt curru excussum. Siquidem animus velut auriga corporis est, et corpus ceu vehiculum. Aristoph.

Quo terrarum raperis? Qui non sunt attenti ad rem propositam, negantur esse domi. Qui longius aberrant a vero, in aliena regione esse dicuntur.

Me mortuo terra misceatur incendio. ἔμου θανόντος γᾶλα μιχθῆτω πυρί. Eadem sententia hodie vulgo durat inter mortales: Mihi, inquiunt, morienti, mundus vniuersus moritur, qua significant, nihil sua referre quid posteris accidat vel boni vel mali, cum ipsi tollantur e vita, nequaquam sensuri. Seneca.

Mihi istic nec seritur nec metitur. *Id est*, Ista res nihil ad me pertinet, vt quae neque meo fiat periculo, neque emolumento, metaphora notissima est. Etenim qui sementem facit, is suo impendio suoque periculo facit, qui metit, compendium accipit et in tuto est. Plaut.

Non luctu, sed remedio opus in malis. In malis non lamentis, sed auxiliis vtendum. Ad id conuenit illud ex Iliad. ω.

Homer. *Οὐ γάρ τι πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο.*
Quippe nihil miseri fletus lamentaue prosunt.

Galen. *Omni pedi eumdem calceum inducere.* Galenus lib. Therapeutices. 9. Ἐκεῖνοι μεν ὔτε ζητῦσιν, ὔτε ἴσασιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἑνὶ καλάποδι πάντας ὑποδέυσι. *Id est*, Isti quidem igitur neque inquirunt, neque sciunt. Quin magis iuxta prouerbium, eodem calceamento calceant omnes. Loquitur de quibusdam medicis imperitis, qui non habita ratione morborum, eadem remedia admouent omnibus, cum diuersa mala diuersam curationem desiderent.

Aristoph. *Respublica nihil ad musicum.* Haec persuasio quemadmodum olim multorum animos occupavit, ita nunc quoque multis inhaeret, vt credant, doctos ac probos viros non esse accommodatos ab gubernandam Rempubl. Plato abstinuit, Socrates frustra tentauit, Demostheni et Ciceroni parum feliciter cessit, cet. Id venuste expressit Aristophanes in Equit. Nam illic principatum recusanti, quod musices esset imperitus, ita respondetur:

Ἡ δημαγωγία γὰρ ὐ πρὸς μυσικῦ
Ἔτ' ἐςὶν ἀνδρός ὐδὲ χρηςῦ τοὺς τρόπυς.

Id est,

At gerere nunc Rempubl. non est viri
Qui musicus sit ac probatis moribus.

Musices nomine omnem liberalem eruditionem designabant veteres.

Ἐξορχεῖσθαι Qui fugiunt, ab eo quod agitur, alio sese vertunt, Graecis ἐξορχεῖσθαι dicuntur: sumta metaphora a saltationibus, praesertim sacris, vnde subtrahere sese inauspicatum erat.

ALIE-

ALIENA CVRANTIS.

Bellum Cononi curae fuerit. Πόλεμος Κώνωνι μελήσει. Conon dux Atheniensium belli negotiis exercitatus. Proinde conueniet ad hunc modum respondere curanti negotium, quod ad se nihil attineat.

In alieno choro pedem ponere. Ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεσθαι. Est sese miscere negotiis alienis, et aliorum sibi vendicare partes. Plutarch.

Ne depugnes in alieno negotio. Vbi significabimus nos nolle nosmet admiscere liti alienae, quae nihil ad nos pertineat, sed permissuros, vt ipsi inter sese suo decertent periculo, quorum negotium agitur, versiculo fuerit locus ex Iliad. 2. lib. Homer.

Οἴους ἀμφ᾽ Ἑλένῃ καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι, *id est*, Proque Helena proque omni re decernere soles. Dictum est Menelao et Paride singulari certamine congressuris.

Quae supra nos, nihil ad nos. Τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Dictum Socraticum deterrens a curiosa vestigatione rerum caelestium et arcanorum naturae. Torqueri potest in illos, qui de negotiis Principum, aut theologiae mysteriis temere loquuntur. Vertere licebit et in contrarium: Quae in franos, nihil ad nos, vbi significamus res leuiusculas, quae vt nobis curae esse debeant.

Vtere curru, de asinis nihil laborans. Ἀπόνημεν γὰρ σῆς ἁμάξης τῶν δ᾽ ὄνων οὐδὲν μέλει. Hoc prouerbio monebant, vti suarum quisque rerum curam ageret, iisque frueretur, alienarum negligens atque incurius. Metaphora ducta, quod, quibus plaustrum est domi, nihil necesse habent deportandis oneribus asinos aliunde conducere.

Stultior Morycho. Μωρότερος τοῦ Μορύχου. Prouerbium in eos, qui ridicule, stulteque quippiam Suidas.

piam faciunt. Mihi videntur peculiariter obnoxii, qui domesticorum negotiorum negligentes, foris agunt, aliena curantes. Apud Siculos Baccho nomen erat Morycho, idque inde datum, quod in vindemiis huius dei facies, musto, ficisque virentibus oblini, μορύξαι enim est contaminare, consueuerit. Bacchus autem vbique ridiculus introducitur a poetis.

ALIIS SAPERE.

Homer. *Aliis prospiciens, non sibi.* Si libebit in quempiam iocari, qui aliis sua mala praedixerit, suum ipsius malum non praeuidens, non inconcinniter accommodabimus illud ex Hom. Boeotia:

Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσσατο κῆρα μέλαιναν.

At non auguriis fatum sibi depulit atrum.

Terent. *Facile, cum valemus, recta consilia aegrotis damus.* In admonendo sapimus omnes, verum vbi peccamus ipsi, non videmus propria: omnes aegrotantibus recte praecipiunt quid fugiendum, quid agendum; et obiurgant nonnunquam, quod salutis causa non obtemperent bene monentibus. Ipsis posteaquam in morbum inciderint, non succurrunt illa praeclara monita, sed aliis item monitoribus et obiurgatoribus est opus.

Eustat. *Quarta luna nati.* Ἐν τετράδι γεγενῆσθαι. Dicuntur, qui parum feliciter nati sunt, propterea quod Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis vita voluptatum omnium expers ac laborum plena fuit. Dici potest et in eos, qui laboribus sibi neutiquam frugiferis fatigantur, Herculis exemplo, qui iuuandis aliis sudauit sibi inutilis.

ALIENO PERICVLO.

De alieno ludis corio. Prouerbio dicitur de iis, qui securius agunt, sed alieno periculo, vt apud Plautum:

Plautum: de meo tergo luditur corium. *Id est*, Res meo fit periculo. Sumta allegoria vel a coriariis, vel ab Apologo quopiam, vel a seruis, qui si quid peccatum sit, tergo dant poenas.

Non est meum negotium, multum valeat. Οὐκ ἐς' ἐμὸν τὸ πρᾶγμα πολλὰ χαιρέτω. Quoties negabimus nos laborare de re, quae nihil ad nos pertineat. Diogen.

Alienam metis messem. Ἀλλότριον ἀμᾶς θέρος. In hos, qui negotium non suum parum diligenter curant. Fit autem hominum more, vt in suopte quisque negotio longe sit attentior, quam in alieno. Aristoph.

Innocuus alium aspiciam, meum habentem malum. Ἐξάντης λεύσω τὐμὸν κακὸν ἄλλον ἔχοντα. Hoc est, ex aliorum malis ipse rebus meis consulam. Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit.

AMICITIA.

Amicitiae stabilium, felicitas temperantium. Aristoteles hanc sententiam velut e medio sumtam refert. Amicitiam esse stabilium, et felicitatem eorum qui sua sorte contenti sunt. Ὀρθῶς λέγεται, ὅτι ἡ φιλία τῶν βεβαίων, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονία τῶν αὐταρκῶν· Amicitia virtute, non pecuniis aut fortuna concilianda est. Etenim si rebus caducis concilietur, caduca sit et ipsa necesse est. Nihil autem in rebus humanis stabile praeter vnam virtutem: quae sola fortunae ludibriis obnoxia non est. Deinde felicitas hominis non est in facultatibus sita, quae cupiditatem animi non explent, sed irritant, verum in hoc, vt suam quisque fortunam boni consulat. Aristot.

Ama tamquam osurus, oderis tamquam amaturus. Δεῖ φιλεῖν ὥσπερ μισήσοντα, μισεῖν δὲ ὥσπερ φιλήσοντα. Cicero de Amicit. *Hoc quidem praeceptum, cuiuscumque est, ad tollendam amicitiam valet.*

Illud

Illud potius praecipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis; vt ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus.

Terent. *Amantium irae.* Τῶν φιλούντων ὀργαί. Vbi qui non ex animo indignantur inuicem, aut de iracundia neutiquam duratura. Atque huiusmodi dissidiola, quae nonnunquam incidunt inter amicos, modo absit amaritudo, quasi renouant amicitiam, excusso diuturnae consuetudinis taedio. Mimus: *Discordia fit carior concordia.*

Porphyr. *Mores amici noueris, non oderis.* Versum hunc nos inter Graecas sententias repertum restituimus. Est enim huiusmodi. φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσης δὲ μή. Admonet in amicorum moribus quaedam vitia dissimulanda, sic vt intelligantur quidem, sed tamen tolerentur, ne seuerior et oculatior in obseruandis amici malis subvertas amicitiam. Praeceptum locum habebit in leuioribus morbis, non his, quae ad famam aut ingens periculum pertinent amicorum.

Herm. Barbar. *Nouos parans amicos, ne obliuiscere veterum.* Νέους φίλους ποιῶν, λῶστε, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου. Torqueri potest et ad mutata studia, ad quae convenit nonnumquam respicere, etiam posteaquam diuersae te addixeris disciplinae.

Theocr. *Non potes Thetydem simul et Galateam amare,* οὐ δύνασαι τέθυος τε καὶ γαλατείας ἐρᾶν. *Id est,* non potes idem diuersa sequi, velut litteras et pecuniam, voluptatem et gloriam, mundum et Christum. Nam Galateae fluuio male conuenit cum marinis fluctibus.

Vnus Deus, et plures amici. Εἷς Θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι. Prouerbium monet quam plurimos parandos esse amicos, quod hi secundum Deum plurimum opitulari possint. Opinor a vulgo mutuo sumtum, non ex auctoribus.

Mus non vni fidit antro. Locus erit adagio, si quem admonebimus, vt sibi plures amicos paret,

ret, aut vna cum opibus ſtudeat philoſophiae, vt ſi fortuna, quod ſuum eſt, eripiat, in litteris ſit praeſidium.

Neque nulli ſis amicus, neque multis. Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι. Hesiod. Cirra vllius amici conſuetudinem viuere, ferinum atque iniucundum eſſe videtur. Rurſum nec vehementer amare poſſumus ſimul multos, nec pluribus morem gerere.

Ne cuiuis dextram inieceris. Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. Plutarch. *Hoc eſt*, ne temere quemlibet in familiaritatem admittas, ſed deligas quem diligas.

Amicorum omnia communia. Τὰ τῶν φίλων κοινά. Pythag. Aulus Gell. teſtatur Pythagoram non ſolum huius ſententiae parentem fuiſſe, verum etiam huiuſmodi quamdam vitae ac facultatum communionem induxiſſe, qualem Chriſtus inter omnes Chriſtianos eſſe vult. Nam quicunque ab illo in cohortem illam diſciplinarum recepti fuiſſent, quod quiſque pecuniae familiaeque habebant, in medium dabant, quod re atque verbo Romano appellatur coenobium, nimirum a vitae fortunarumque ſocietate.

De manu in manum. Cicero: *Totum denique* Cic. *hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum tuam iſtam, et victoria et fide praeſtantem.* Traduntur et qui commendantur.

Ex ſinu illius. Quos ex intima familiaritate Idem. volumus intelligi, hos e ſinu illius eſſe decimus.

Χρήσει καὶ κτήσει. Qui ſe totum alicuius haberi volebat, dicebat χρήσει καὶ κτήσει tuus ſum; Curius. hoc eſt, vſufructu et proprietate. Siquidem in poſſeſſionibus ſaepe numero fit, vt penes alium ſit dominium, penes alium ſit vſusfructus. M. Tullio Curius lib. 9. *Si vales bene eſt, ſum enim* χρήσει μὲν *tuus*, κτήσει δὲ *Attici noſtri. Ergo fructus eſt tuus, mancipium illius.*

Ipſis

Aristoph. *Ipsis et Chiis.* Ἀυτοῖς καὶ χίοις. Non obscurum est, has voces ex sollemni more vulgo iactatas, quoties aliquis sibi bona precabatur, et amicis.

Vultu saepe laeditur pietas. M. Tullius in oratione pro Roscio, obiter citat sententiam a sapientibus iactatam. *Etenim*, inquit, *si id quod praeclare a sapientibus dicitur; vultu saepe laeditur pietas: quod supplicium acre satis reperietur in eum; qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularit, iura diuina atque humana cogebant.* Prouerbium admonet, pietatem erga parentes adeo religiose colendam, vt non solum non offendamus eos verbis aut factis, sed ne vultu quidem atrociore aut contumaciore. Habent enim oculi, frons, et ipse vultus suum sermonem. Euangelium altius repetit, nimirum ab ipso fonte cordis, in quo concipitur ira. Ea erumpit in vocem indignationis, sed incertam: proximus gradus est manifestum conuicium, tertius homicidium.

Aeschin. *Sal et mensa.* Apud Priscos hospicii ius fuit sanctissimum. Id contrahebatur salis et mensae consortio. Quemadmodum apud Germanos acceptus a propinante cyathus adimit omne ius agendi iniuriarum. Aeschines de perperam obita legatione: Τό γὰρ τῆς πόλεως ἅλας καὶ τὸν δημοσίαν τράπεζαν, περὶ πλείστου δὴ φησί ποιεῖσθαι. *Id est, Etenim ciuitatis salem, publicamque mensam ait, se plurimi facere.* Manent huius hospitalitatis publicae vestigia in hunc vsque diem apud Germanos.

Plutarch. *Philothesius crater.* Κρατὴρ φιλοτήσιος. Dicuntur in conuiuiis conciliari amicitiae. Qui mos etiamnum durat apud Germanos, quibus turpissimum est, post acceptum Philothesium poculum veterum offensarum quantumuis capitalium meminisse, qualem ne iudices quidem admitterent

rent actionem iniuriarum. Hesychius indicat, hanc φιλοτησίαν solere adhiberi post coenam, cum in signum amicitiae ex eodem poculo de eodem vino bibunt omnes. Qui mos apud nos nondum exoleuit, sed rarior est ob metum nouae leprae, qua plerique laborant.

Amicitia aequalitas. Amicus alter ipse. Τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχὴν, τὸν φίλον ἕτερον αὐτόν. *Id est,* Amicitiam aequalitatem esse, et eandem animam, et amicum alterum ipsum. Neque quidquam non commune, vbi fortunarum aequalitas, neque dissensio, vbi idem animus, neque diuortium, vbi coagmentatio duorum in vnum. Pythag.

Amicus amico φίλος τῷ φίλῳ. Quadrabit in eos, qui nullum officium refugiunt, modo gratum faciant amicis. Terent.

Amicus magis necessarius, quam ignis, et aqua. Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. Hyperbole prouerbialis, admonens, neminem esse tam diuitem, aut potentem, quin opus habeat amicorum officiis. Quemadmodum enim citra ignem et aquam non constat hominum vita: ita nec sine consuetudine atque opera familiarium, quos ob id ipsum Latini necessarios vocant, vt amicitiam necessitudinem. Nihil est enim neque iucundius igne, neque vtilius aqua. Innuitur duo quaedam maxima commoda colligi ex amicitia, voluptatem et vsum. Plutarch.

Naaera et Charmione. Ναιάρα καὶ Χαρμιόνη. De fidis amicis dici solitum, scripsit Zenodotus: quique non dubitarent vel mortis comites esse amicis. Erat autem hoc amicitiae genus laudatum apud Aegyptios, quod appellabant συναποθνησκόντων, *id est*, commorientium. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, ii hac lege copulabantur, vt, si alteri fatale quippiam accidisset, alter vltro mortis socium sese adiungeret. Naaera Zenod.

aera et Charmione duae erant Cleopatrae reginae pedissequae, quae spontaneam Cleopatrae mortem sunt imitatae, ac semiuiuae repertae sunt, dominae iam mortuae coronam capite delapsam reponentes.

Plutarch. *Qui circa salem et fabam.* Περὶ ἅλα καὶ κύαμον. In eos dicebatur, qui se simularent scire, quod nescirent. Siquidem diuina responsuris fabam et salem apponebant. Vnde qui de rebus arcanis communicarent, τοὺς περὶ ἅλα καὶ κύαμον appellabant.

Diogen. *Salem et mensam ne praetereas.* Ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. *Id est*, ne negligas amicorum consuetudines, aut ne violes amicitiae iura. Nam his rebus olim conciliabantur amici, et familiares antiquitus mutua inter sese conuiuia actitabant.

Suidas. *Intempestiua beneuolentia nihil a simultate differt.* Ἄκαιρος εὔνοι᾽ οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει. *Id est, Par odio importuna beneuolentia.* Quadrabit in eos, qui cum officiosi student esse, non habita temporis ratione nocent aut molesti sunt sedulitate, veluti, qui non apto tempore obiurgant amicum, aut qui immodicis et intempestiuis laudibus conciliant homini inuidiam, aut pecuniam suppeditant adolescenti, qua fit deterior.

Athen. *Non sunt amici, amici, qui degunt procul.* Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶ φίλοι. Est omnino ex amicis, qui adsunt, vberior amicitiae fructus, propter officia mutua, consuetudinemque quotidianam. Vulgo enim fit, vt, simul atque e conspectu necessariorum seiuncti sumus, nescio quomodo obrepat obliuio quaedam familiarium, vt id iam omnibus in ore sit: Qui semotus est ab oculis, eundem ab animo quoque semotum esse.

Aristot. *Multas amicitias silentium diremit.* Πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. Admonet adagium, assiduo conuictu ac frequentibus alloquiis neces-

situ-

ſitudines ali, intermiſſione et abſentia diſſolui. Απροσηγορία enim hic non ſimpliciter ſilentium ſignificat, ſed illud ſilentium, cum quis non appellat ac ſalutat amicum.

Abiit et taurus in ſyluam. Ἔβα καὶ ταῦρος ἀν ὕλην. Paſtorale prouerbium, allegoria ſubturpicula, ſignificans diuortium, ac neglectum veteris amicae. Tametſi licebit in vſum verecundiorem trahere hoc modo, ſi per iocum accommodabitur ad eos, qui priſtinos amicos negligere videntur et a familiarium congerronumque grege deſueſcere, aut in illos etiam, qui a ſolitis deſciſcunt ſtudiis, diuerſumque vitae ſequuntur inſtitutum. Deſumtum a tauris qui aggregantur cum vaccis et in iiſdem verſantur paſcuis, appetente coitus tempore, nec conueniunt cum reliquis taurorum armentis, ſed dimicant cum iiſdem. At nullo feminarum deſiderio tacti, a vaccarum armentis ſecedunt, reliquis aggregantur tauris, aut ſolitarii per nemora vagantur. Theocr.

Vbi amici, ibi opes. Senſus eſt, potiores eſſe amicos, quam pecuniam, et ad vitae praeſidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quam abſque amicis opes. Plaut.

Vſque ad aras amicus. Μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἰμί. Admonet prouerbium, nonnumquam, quo conſulamus amicorum commodis, eorumque voluntati morem geramus, fas videri paullum a recto deflectere. Verum eatenus, ne propter hominem amicum, Numinis reuerentiam violemus. Aul. G.

Amicorum eſt admonere mutuum. Sententia prouerbialis videtur: quam legimus Iliad. Λ Ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου. *Id eſt*, Bonus eſt effatus amici admonitoris. Hanc licet vſurpare, ſi quando dicemus amici munus eſſe, vt amicum, ſi quid erret, liberius admoneat. Homer.

Plutarch. *Animo aegrotanti medicus est oratio.* Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶν ἰατροὶ λόγοι. Huc allusit Horat. *Sunt verba et voces quibus hunc lenire dolorem possis, et magnam morbi depellere partem.* Vt enim in corporum morbis pro ratione valetudinis alia atque alia adhibentur pharmaca, itidem in animi malis non eadem adhibenda est oratio. Sed interim blandius monendum, interim acrius iurgandum, nonnumquam dissimulandum, et imprudenti pharmacon admouendum.

Homer. *Fidus amicus.* Fidus amicus non est posthabendus germano. Homerus Odyss. Θ.

Εἴ τις πῶ καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδὼς,
Ἐσθλὸς, ἐπεὶ οὐ μέν τι κασιγνήτοιο χερείων, id est.

Si quis forsan amicus sit, gratusque, bonusque
Quandoquidem is non inferior vel fratre putandus.

In aere meo est. Quem nobis officiis obstrictum significamus, ita vt iam totus certoque noster sit, eum in aere nostro dicimus esse. Nam antiquitus omnis pecunia aerea erat, auri vsu nondum reperto, in feriendis numismatis.

Aristoph. Ἀμφιθαλὴς ἔρως. *Id est*, Vtrinque florens amor, olim dicebatur, quoties vterque pariter esset incolumis, ac mutuo responderet amore. Nam dimidiati dicimur, quoties amicus distrahitur, velut altera pars nostri.

Plutarch. *Syncretismus.* Συγκρητισμός. Cretico prouerbio dicebatur, quoties fieret, vt qui modo videbantur hostes acerrimi, repente in summam concordiam redigerentur. Id quod frequenter euenire solet, maxime si quando malum aliquod inciderit vtrique commune. Plutarchus: Cretenses quum factionibus et bellis intestinis inter se pugnarent, inuadentibus aliunde hostibus omissa

omissa contentione coniuncti sunt, atque is erat, quem illi Syncretismum appellabant. Adagium recte accommodabitur et in illos, qui amicitiam ineunt, non quod sese ex animo diligant, sed quod alter alterius opis egeat, aut quo veluti coniunctis copiis communem inimicum pessundent.

Conciliant homines mala. Συνάγει τὰς ἀνθρώπους κακά. Sententia prouerbialis, quae declarat, quod vulgo fit, ex hostibus nonnumquam amicos fieri, propter malum aliquod incidens vtriusque commune. Huc quoque potest deflecti prouerbium, vt dicamus indoctum docto favere, infantem infanti, nepotem nepoti. Neque enim bonarum modo rerum similitudo conglutinat necessitudinem, verum etiam ex malis communibus saepe numero mutua nascitur benevolentia. Aristot.

Cum amico non certandum aemulatione. Cum amico et bene merito non est suscipiendum certamen, ne quid obscuretur amicitia propter aemulationem huiusmodi, comitem contentionum. Id innuit Homerus Odyss. θ.

Τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο; *Id est,* Homer.

Quis namque benigno cum hospite pugnet?

Queruli in amicitia. Οἱ φιλομεμφέες εἰς φιλίην οὐκ εὐφυέες. Id est, *Qui queruli sunt in amicos, non sunt ad amicitiam idonei.* Conniue ad amicorum vitia, haec res et iungit iunctos et seruat amicos. Herod.

Lingua amicus. Ἀπὸ γλώττης φίλος. Qui verbis ostendit, non re praestat beneficium, aut qui non amat ex animo, sed beneuolentiam oratione prae se fert. Theog.

Felicitas multos habet amicos. Εὐτυχία πολύφιλος. Notior est sententia, quam vt requirat interpretem.

Cic. *Oculis ferre, in ſinu, in capite.* Prouerbialia ſunt et illa, ſi quis quem inſigniter amat, fouetque. Tranſlatum a matribus tenere liberos ſuos amantibus, a quibus non dimouent oculos, ſolicitae, ne quid illis accidat incommodi, geſtantque in ſinu atque in complexu. Non diſſimile eſt, quod eſt apud Platonem lib. de Republ. 10. Ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρειν, *Id eſt, ſuper capite ferre.*

Felicium multi cognati. Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. Id hodie vulgo dicunt, locupletum plurimos eſſe cognatos.

Enn. *Amicus certus in re incerta cernitur.* Quo ſignificatum eſt, amici fidem in rebus aduerſis explicari. Nam quod cum periculo coniunctum eſt, id dubium appellant, pro quo Ennius potuit incertum, affectans ἐναντίωσιν et προσονομασίαν, quibus ſchematis impendio delectatus eſt.

Ollae amicitia. Χύτρης φιλία. In amicos iſtos vulgares quadrabit, quos patina, non beneuolentia conciliat.

Ariſt. *Viri infortunati procul amici.* Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκ ποδῶν φίλοι. Notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu pro ratione temporum aduolant ac deuolant, aduolant, vbi res ſecundae, deuolant, ingruente tempeſtate rerum.

Plutarch. *Plures adorant ſolem orientem, quam occidentem.* Πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα ἢ δύνοντα. Iuneni magis adhaeretur, quam ſeni. Mos erat antiquis adorare ſolem, vt Deum. Hunc orientem ſalutabant religionis cauſa, ſalutabatur et occidens, ſed a paucioribus.

Ariſtoph. *Ad felicem inflectere parietem.* Πρὸς τὸν εὐπράττοντα τοῖχον ῥέπειν. Ariſtophanis interpres tranſlatum exiſtimat ab iis, qui naui vehuntur, qui, ſi quando nauis alterum latus fluctu deprimatur, protinus in alterum latus tranſcurrunt, quod altius

tius exſtat ab vndis. Dicetur et in hos, qui commodi ſui reſpectu ſemper ad potentiores ac fortunatiores amicos applicant ſeſe, ac quem ad modum muſcae ad culinae nidorem aduolant, reuolantque, ita fortunam potiorem in amicitia non fidem ſequuntur, aut qui, dum eſt anceps exitus belli, quietem agunt. Porro ſimul atque iam inclinarit fortuna, vt appareat, vtra pars ſit victoriam reportatura, protinus ad eam adiunguntur.

Nudae Gratiae. Αἱ χάριτες γυμναί. Admonet, vt candide ac benigniter impertiamus amicis, nec quid inter amicos fictum aut fucatum ſit. Conueniet in eos, qui ſua benignitate rediguntur ad inopiam, largientes amicis, quidquid nacti fuerint, quid quod ad ingratos, quod ab iis gratiae veluti deſpolientur, dum beneficii ſemper auferunt quippiam, nihil rependunt. Horat.

Sapientes tyranni ſapientium congreſſu. Σοφοὶ τύραννοι τῇ σοφῶν συνουσίᾳ, *Id eſt*, Commercio ſapientium princeps ſapit. Plato.

Amicitias immortales eſſe oportet. Verum eo rediere mores mortalium, vt ſimultates ſint immortales, amicitiae plus quam vitreae. Cic.

AMOR.

Caunius amor. Καύνιος ἔρως. De foedo amore dicebatur, aut vbi quis ea deſideraret, quae neque fas eſſet concupiſceret, neque liceret aſſequi Biblis Caunum fratrem impotenter adamauit: a quo cum eſſet repulſa, ſibimet necem conſciuit. Diog.

Liberorum amantior, quam Gello. Γελλῶς παιδοφιλοτέρα. Dici ſolitum vel in eos, qui morte praematura periiſſent; vel in eos, qui mira quidem caritate filios proſequerentur, ſed eoſdem indulgentia, deliciisque corrumperent. Aiunt, Gello vir-

virginem quampiam fuisse, quae puella adhuc vita decesserit. Huius spectrum oberrare Lesbiis creditum est, ac pueros impetere. Vnde puerorum mortem, qui praematura fato perirent, huic Gello imputabant.

Iniuria soluit amorem. In Graecorum epigrammatibus prouerbii titulo citatur, Ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε. *Id est*, Iniuria siue contumelia soluit amores: quod contemtus amor plerumque vertitur in iram, ira in odium.

Lucil. *Mansum ex ore.* Quos tenere amamus, his mansum ex ore dare dicimus, quod a matribus ac nutricibus mutuo sumtum est.

Plaut. *Medullitus, Oculitus.* Intimum affectum veteres variis modis exprimebant: ex corde, ex animo, toto pectore; penitus, ex intimis praecordiis, medullitus, animitus, oculitus.

Plato. *Vt lupus ouem.* Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ. Qui sui commodi gratia simulat amorem. Nam is vulgo dicitur amor, quum reuera sit odium.

Plutarch. *Vt Phrygius amauit Pieriam.* Plutarchus, in lib. Περὶ γυναικῶν ἀρετῶν, ostendit ad suam vsque aetatem durasse consuetudinem, vt vxores optarent sic amari a viris. Ὡς Φρύγιος ἠράσθη Πιερίας. *Id est*, quemadmodum Phrygius amauit Pieriam. Phrygius Nelei filius captus Pieriae amore bellum inter Myuntios et Mylesios quod erat ortum, composuit.

Homer. *Cestum habent Veneris.* Τὸν Κυπρίδος κεστὸν habere dicuntur, qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. Iuno concubitura cum suo Ioue, Venerem adit, atque ab ea cingulum gratiarum et amorum conciliatorem commodato petit.

Diogen. *Ex aspectu nascitur amor.* Ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. Senarius prouerbialis, admonens oculos amorem potissimum conciliare. Non enim amatur incognitum: ex conuictu oritur amor

amor mutuus. Et oculi praecipue sunt ad amandum illices. In his enim peculiaris animi sedes, et in his aiunt poetae cupidinem excubantem iacula mittere.

Adamantis tenere. In eum, qui tenere diligit quempiam vel adamat magis, ita vt non patiatur vel leuissimis incommodis a quopiam affici, non inscite torseris illud Homeri Iliad. 4. Hom.

Ὡς ὅτε μήτηρ
Παιδὸς ἐέργει μυῖαν ὅθ' ἡδέϊ λέξεται ὕπνῳ. id est,

Non secus atque genetrix
Muscam arcet puero somno officiosa cubanti.

Paruus semper tuus pullus. Μικρὸς ἀεί ὁ σὸς πῶλος. Conueniet in eos, qui tametsi natu grandiores, tamen verborum deliciis affectant videri iuuenculi, aut cum ob amorem cascus cascam puppam vocat, et ipse vicissim puppus audit. Dioge.

Aureae compedes. χρυσαῖ πέδαι Dicitur seruitus splendida et amabilis qualis est in aulicorum vita. Plutarch.

E Creta raptus. Apparet furtiuum amorem his verbis olim significatum fuisse, quod aliquoties illinc virgines a negotiatoribus aueherentur. Plutarch.

Capite gestare. Ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρειν. Quos tenere amamus capite gestare dicimus. Translatum apparet a matribus ac nutricibus, quae infantulos cunis impositos capite portant.

Qui non zelat, non amat. Augustinus indicat vulgo hoc iactatum; quod sane hodie fertur, cum negant illic esse amorem, vbi non est Zelotypia.

Musicam docet amor. Μουσικὴν ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν. Id est, *Musicam docet amor, etsi fuerit indoctus prius.* Sensus est, amorem ad industriam excitare animum.

Iynge trahor. Ἴυγγι ἕλκομαι ἦτορ. *Id est*, Iynge trahor animo. Qui vehementi et impotenti desiderio trahuntur ad aliquid, a Iynge trahi dicuntur. Iyngem ajunt fuisse filiam Echus, alii Pithus, quae cum amatoriis venenis Pindar.

 inci-

incitasset Iouem in amorem Iüs, a Iunone irata versa est in auem.

ANCEPS ET DVBIVS.

Necessarium malum. Ἀναγκαῖον κακόν. De iis, quos neque reiicere possis, quod quibusdam in rebus opus sit eorum opera, neque commode ferre, quod viri sint improbi. Natum ex Hybreae oratoris Apophthegmate, qui de Euthydamo, quia tyrannicum quid habebat, at ciuitati erat vtilis, vt cum vitiis virtutes paria facere viderentur, ita locutus: *Malum es ciuitati necessarium, nam nec tecum viuere possumus, nec sine te.* Torqueri poterit et in vxores, cum quibus incommode viuitur. Sed absque his respublica omnino consistere non potest. Potest et ad rem accommodari, veluti, Si quis dicat pharmacon, rem quidem molestam, necessariam tamen.

Aristoph. *Neque cum malis, neque sine malis.* Aristophanes apud Suidam in Lysistrata: Οὔτε σὺν πανωλέθροισιν, οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων. Id est, Nec simul cum pestibus, nec rursus absque pestibus. De vxoribus dictum, cum quibus incommode sane viuitur: sed nec citra has constant familiae. Simile illi quod est in epigrammatibus: *Nec tecum possum viuere, nec sine te.*

Plutarch. *Polypi caput.* Πολύποδος κεφαλή. In hominem varium, et in quo pariter et vitia quaedam, et virtutes inuenias. Competit et in rem, ex qua non parum commoditatis capere queas, sed quae eadem nonnullis incommodis noceat. Allegoria ducta est ab eius piscis capite, quod esu quidem suauissimum, et esculentum, caeterum somnia parit tristia et prodigiosa. Vnde huius esum interdicebant iis, qui ex somniis cupiebant praescire futura. Proinde poeticen. Polypi caput vocant, in qua sicut sunt permulta cognitu tum iucun-

iucunda, tum frugifera, ita sunt nonnulla, nisi caueas, pestilentia. Porro ex huiusmodi rebus id quod inest commoditatis, conueniet excerpere, quod noxium vitare.

Gaudium dolori iunctum. Cum pariter accidit quod et gaudeamus et doleamus, quod genus, si cui parentes opulenti vita decesserint, partim excruciatur morte suorum, partim gaudet haereditatis obuentu, atque accessione libertatis conueniet illud Odysseae T. Homer.

Τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα.

Id est,

Laetitia huic moerorque simul praecordia cepit.

Plus aloes, quam mellis habet. *Id est*, plus molestiae quam voluptatis. Aloë fructus est odore graui, gustu amarissimo. Apuleius in Florid. *Verum verbum est profecto, quod aiunt, nihil quidquam tam prospere diuinitus hominibus datum, quin et tamen admixtum sit aliquid difficultatis.* Iuuen.

Quid primum aut vltimum? Τί πρῶτον, ἢ τι ὕστατον; Quoties aut rerum copiam tantam significamus, vt haesitemus, vnde potissimum exordiamur, aut quum perplexi dubitamus, quid primum agere debeamus. Lucian.

Etiam capillus vnus: Etiam capillus vnus habet vmbram suam. Quantumuis pusillum commodum iuuat, quantumlibet exiguum delictum nocet. Publian.

Vtroque nutans sententia. Δίχωλοι γνῶμαι. Conuenit vtique in hominem lubricae fidei et incertarum partium. Zenod.

Volens nolente animo. Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. Nonnunquam de ambigente animique incerto dicitur. *Tu voluntate coactus es tua:* Terent. in Andria. Homer.

Nolens

Euripid. *Nolens volens.* Euripides in Hecuba: Ὁ δ᾽ ἐ θέλων τε καὶ θέλων id est.

Atque ille nolens pariter ac volens.

Vnica filia duos parere generos. Vbi quis idem beneficium in duobus simul pollicetur, aut pro eodem officio, quod alteri praestiterit, a duobus gratiam reposcit.

Inter pueros senex. Ἐν παισὶ μὲν γέρων. Convenit in hominem grandiusculum, maiorem, quam vt puer videri possit, minorem, quam vt vir. Accommodare licebit ad hominem sic eruditum, vt inter idiotas videri possit doctulus, inter eruditos indoctus.

Aut cucurbitae florem, aut cucurbitam. Ἢ κρίνον, ἢ κολοκύντην. Id perinde valet quasi dicas aut mortem, aut vitam, aut lucrum, aut damnum. Incertum autem, vtrum mox euanescat, an flos cucurbitam sit pariturus.

Hieron. *Aut Plato philonissat, aut Philo platonissat.* Ἢ πλάτων φιλονίζει ἢ φίλων πλατωνίζει. Per allegoriam torqueri poterit ad quoslibet inter sese vehementer similes. Hieronymus Philonem Iudaeum eloquentiam et omnem Graecanicam eruditionem assecutum esse dicit, vt Platonicam in dicendo maiestatem sic expresserit, vt eum alterum Platonem appellet.

Aut oportet Tragoedias agere omnes aut insanire. Ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας, ἢ μελαγχολᾶν. Dici solitum de iis, qui semper quasi stupent frigentque, et nec gaudere possunt ex animo, nec dolere. Porro Tragoedia vehementissimis constat affectibus, ita vt Tragoedias agere videatur esse quiddam insaniae simillimum.

Athen. *Oportet testudinis carnes aut edere, aut non edere.* Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Hoc dictum a Ter. sic ne profectum est. Adiunt, testudinis carnem, si modice edatur, ventris tormina facere, rursum si copiose, lenire. In eos qui

qui negotium ſuſceptum frigide ducunt, neque explicantes, neque relinquentes.

Aut mortuus eſt, aut docet literas. Ἢ τοὶ τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα. Significabant olim cuipiam omnino male, tametſi parum liqueret, quid rerum ageret. Id hac occaſione venit in vulgi ſermonem. Athenienſes duce Nicia parum feliciter aliquando pugnauerunt aduerſus Siculos, permultis occiſis atque captis. Qui fuga elapſi redierant Athenas, rogati quid hic aut ille faceret, reſpondebant: Aut periit, aut docet literas. Nam captiui Siculorum filios literas docere coacti ſunt. Zenod.

Aut quinque bibi, aut tres, aut ne quatuor. Ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. Praeſcribit modum diluendi vini. Haec autem temperatura maxime placebat antiquis, vt quinque vini Cyathis duo adderentur aquae, aut duobus vnus. Athen.

Excubias agere in Naupacto. Φρουρῆσαι ἐν Ναυπάκτῳ. Achiui, capta Naupacto, Pauſaniam excubiis cuſtodiaeque praefectum interfecerunt. Vnde res in iocum vulgi videtur abiiſſe, aduerſus eos, qui pereunt ignauia ſua, aut, qui munus odioſum ac plenum diſcriminis adminiſtrant. Zenod.

Quocumque pedes ferent. Ἔνθ' ἄν οἱ πόδες φέρωσιν. Quadrabit, vbi nihil certum ſpectatur, ad quod noſtri dirigantur conatus. Homerus in Odyſſ. Homer.

Ite pedes quocumque ferent, quocumque per vndas.

In triuio ſum, Ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν. In eos qui dubitant, quique incerti ſunt animi. haeſitantes, quid potiſſimum eligant. Tranſlatum ab iis, qui faciunt iter, et ſi quando triuium occurrerit, addubitant, quam viam oporteat ingredi. Nam viam pro ratione conſilii frequenter apud Graecos autores reperies. Theogn.

Anci-

Ancipitis consilii. Ad significandum hominem perplexum: et ancipitis sententiae, suspensumque animo, congruet illud Homeri, Iliad. ι.

Μεσσηγὺς γαίης τε, καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος. Id est, *In medio terrae simul et stellantis Olympi.*

Ancipitis animi. Animus anceps et incerti consilii indicatur hoc versu, qui est Iliad. π.

Διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὁρμαίνοντι. *Huc animus mihi versanti inclinabat et illuc.*

Suidas. *Hasta caduceum.* Δόρυ κηρύκειον. Dici solitum, quoties aliquis simul et minaretur, et ad concordiam inuitaret. Inde natum est. Admoniti erant Gephyraei, vt sequentes Atheniensium exercitum, vbi illos defessos conspicerent, ibi manerent. Itaque quum Athenienses ab Eumolpo oppugnarentur, ad Tanagran iter instituerunt, hac specie, vt dux caduceum praeferret, iuuentus armata a tergo consequeretur. Vt simul et pacem petere viderentur, et ad bellum nihilo segnius parati, si quis lacesseret.

Arist. *Delphicus gladius.* Δελφικὸν ξίφος. De re dicebatur ad diuersos vsus accommodabili. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, vt eodem simul et sacras mactarent victimas, et nocentes afficerent supplicio. Licebit et in serium sensum accommodare prouerbium, vt si quis eruditionem, Delphicum appellet gladium, quod in omni aetate, omni vitae conditione sit vsui. Nam literae iuuenibus sunt necessariae, senibus iucundae, pauperibus opes suppeditant, opulentis adiungunt ornamentum, in rebus aduersis solatio sunt, in secundis gloriae, claro natis genere splendorem augent, obscuro genere natis claritatis initium conciliant. Quadrabit et in pauperes, qui ob

ob penuriam eamdem veftem aut aliam rem quampiam ad varios vfus accommodant, aut in vitiofum prooemium, et diuerfis caufis applicabile.

Iisdem e literis Comoedia et Tragoedia componitur. Ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδία γίνεται καὶ κωμῳδία γραμμάτων. Conueniet in eos, qui eadem de re norunt diuerfa fingere, aut, qui eadem opera diuerfa poffunt.

Nauis aut galerus. Πλοῖον ἢ κυνῆ. De re ancipiti dicitur. Nec inuenufte dicetur in eos, qui cultu moribusque diuerfam perfonam prae fe ferunt. Sumtum a triremium genere, quas hodieque vulgo galeas dicunt, veluti galeratas, quod fummo malo galerum feu petafum inftar Mercurii praeferrent. Ariftoph.

Tertium caput. Τρίτη κεφαλή. In onerum baiulos dictum, qui non humeris modo, verum et capite geftant onera. Plutarch.

Triceps Mercurius. Τρικέφαλος Ἑρμῆς. Dictum videtur in ambiguos ancipitesque, aut in vehementer aftutos. Mercurius triceps fingebatur vel quod plurimam vim habet oratio, vel quod idem Deus index viae, proinde in fingulis capitibus infcriptionem habebat, quo duceret haec, quo illa via. Philochorus.

Pfecas aut ros. Ψέκας ἢ δρόσος. In crebrius expuentes dictitabatur. Pfecas enim afperfio illa ac velut irroratio vocatur, quoties minutiffimis guttulis irrigamur, vt pluuia rori fimilima. Vocantur enim Pfecades ancillae, quae delicatarum matronarum capillos medicato fuco confpergunt. Diogen.

APERTE ET CRASSE.

Praemanfum in os inferre. M. Tullius in oratore fuo prouerbii vice hoc vfurpat, pro eo quod eft, Cic.

est, rem in docendo nimis enucleate, nimisque frustulatim tradere. Quod facere quidam assolent, qui veluti ingeniis auditorum diffidant, ita nihil omittunt, inculcantes etiam minutissimas nugas. Sumta est figura a nutricibus, quae pueris adhuc edentulis cibum praemansum in os inferunt.

Columel. *Crassa Minerua. Pingui Minerua.* Minerua artibus atque ingeniis praesidet. Dicitur pinguiore Minerua fieri, quod inconditius, simpliciusque quasique indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura.

Quinct. *Crassiore Musa.* Παχυτέρᾳ Μούσῃ. Inuenitur aliquoties apud scriptores non inidoneos: *Pinguiore formula*, pro eo quod est planius atque intelligibilius.

APPROBANDI.

Plinius. *Premere pollicem. Conuertere pollicem.* Antiquitus in pollice fauoris erat studiique significatio. Qui faueret, pollicem premebat: qui minus faueret pollicem conuertebat.

Aristoph. *Album calculum addere. Et similes figurae.* Λευκὸν ψῆφον προσθεῖναι. Pro Approbare subinde legimus apud doctos. Inde sumtum, quod antiquitus missis in vrnam calculis, ita ferebantur a iudicibus sententiae, vt albis absoluerent, nigris damnarent. Qui si forte fortuna fuissent aequales, tamen liberabatur reus.

Horat. *Creta notare. Carbone notare.* Creta notare, pro eo quod est approbare. Et, Carbone notare, quod est damnare.

Hesiod. *Momo satisfacere.* Τῷ Μώμῳ ἀρέσκειν. Prouerbialis est hyperbole. Hesiodus in Theogonia et Momi cuiusdam meminit, quem ait Nocte matre, Somno patre progenitum. Huic Deo mos est, ipsum quidem nihil operis edere, sed

ſed aliorum deorum opera curioſis oculis contemplari, et ſi quid eſt omiſſum aut perperam factum, id ſumma cum libertate carpere. Nam μῶμος Graece reprehenſionem ſonat. Ergo prouerbii ſpeciem habebunt omnes id genus formulae. *Haud dubitem tecum, vel Momo iudice, decertare. Inculpatior eius viri vita; quam vt vel Momus ipſe poſſit carpere. Haec vel Momo ipſi ſatisfaciant.*

Pedibus in ſententiam diſcedere. Translatum a veteri conſuetudine, quoties erat ingens turba ſuffragia ferentium. Prouerbii formam accipiet, ſi ad quamlibet transferatur alienae ſententiae comprobationem. Haec ratio ferendorum ſuffragiorum Diſceſſio vocabatur. Veluti ſi quis dicat: *Non eſt viri prudentis, quidquid vxori libuerit, protinus in illius ſententiam pedibus diſcedere. Aut par eſt, vt affectus in rationis ſententiam pedibus diſcedat, non contra.* Aul. Gel.

Omne tulit punctum: Omnium calculis. Legimus pro eo, quod eſt omnium ſententia et comprobatione. Prius tranſlatum a conſuetudine comitiorum, vbi in tabella circumlata puncto appoſito ſignificabant, cui candidatorum ſuffragarentur. Poſterius a iudiciorum ſortibus. Horatius: Horat.

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Vno ore, pro ſummo conſenſu, paſſim apud auctores obuium eſt. vt Terent. *Vno ore omnes, omnia bona dicere.*

Vt Phydiae ſignum. Quae primo ſtatim aſpectu probantur omnium ſuffragiis, vt Phydiae ſignum placere dicuntur. Phydias inſignis fuit ſtatuarius Athenienſis.

Ne Iupiter quidem omnibus placet. Οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς. Οὔθ' ὕων πάντας ἀνδάνει, οὔτ' ἀνέχων. *Id eſt*, Neque Iupiter ipſe, ſiue pluat, ſeu non, vnicuique placet. Hodieque vulgo dicunt: Ne- Theog.

minem inueniri, qui satisfaciat omnibus. Nam alia aliis probantur.

Aristoph. *Seruum haud veho.* Δῦλον ὖκ ἄγω. Serui cum pugnant, quoniam nullas habent possessiones, pro vita duntaxat dimicant.

Plato. *Si tibi amicum, nec mihi inimicum.* Plato in Theaeteto: Ἀλλ' εἰ οὕτως, ὦ Θεόδωρέ, σοι φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρὸν φασίν οἱ παροιμιαζόμενοι, Id est, *si istud tibi amicum Theodore, nec mihi est inimicum: quemadmodum prouerbio dicunt. Hoc est,* si tibi res placet, mihi non displicet. Vsus erit, quoties alienae obsequimur voluntati.

ARROGANTIA IACTANTIAQVE.

Theocr. *Sine, vt incolumis redeat.* Habet prouerbii specimen, quod est apud Theocritum in Hodoeporis.

Εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις, καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις ζῶντ' ἄφες. id est.

Dic age, si quid dicis, et, hospes vt, vnde profectus, viuus eo redeat, permittito. Sic et hodie dicimus iis, qui verbis minacibus et conuiciis ferociunt. Eia, sine hominem viuere.

Cic. *Arcem ex cloaca facere.* Qui rem hominemue nimis laudibus magnificis attollunt, dicuntur arcem ex cloaca facere.

Seneca. *Gallus in suo sterquilinio multum potest.* In alieno timidiores sumus omnes, in suo quisque regno ferocior et animosior.

Iuuenal. *Tollere cristas.* Translatum ab auibus cristatis, in quibus cristae erectiores alacritatis atque animorum indicia sunt, nisi ad militum cristas referre malumus, quo sane hominum genere nihil nec insolentius, nec stolidius.

Plinius. *Attollere supercilium. Ponere supercilium.* In his pars animi, his negamus, annuimus. Haec maxime

maxime indicant fastus. Superbia alicubi conceptaculum, sed hic sedem habet, in corde nascitur, hic subit, hic pendet.

Nauphracton tueris. Ναύφρακτον βλέπεις. Nauphract. n Graece, classis est ad bellum instructa. Solent autem in triremibus magna quaedam inesse foramina, oculorum instar, per quae remos inserunt. Vnde velut aenigmatice dictum, *Classis more intueris*, de his, qui latis ac praegrandibus, aut toruis et minacibus oculis quempiam adspicerent. Videtur dictum in turgidos et arrogantes. Aristoph.

Tollere Cornua. Pro eo quod est, animo efferri. Translatum a pecoribus, quae cornibus minantur. Ouidius: *Tunc pauper cornua sumit.* Ouid.

Arrogantia non ferenda. In eos, qui intoleranda sunt arrogantia, non inscite torquebitur illud Odyss. ο. ab Eumaeo dictum in porcos: Τῶν ὕβρις τε βίητε σιδήρεον οὐρανὸν ἥκει. Id est. *Horum visque animusque ferox contingit Olympum.* Homer.

Tuo te pede metire. Monet adagium, ne quis se dilatet vltra conditionem suam, neue se ipsum ex assentatorum laudibus aut vulgi opinione, aut fortunae fauore, verum propriis ac veris dotibus animique virtutibus aestimet. Translatum ab iis, qui corporis humani modum pedum numero aestimant. Iusta cuiusque hominis mensura septem ipsius pedibus constat, si quid pictoribus et statuariis credimus. Horat.

Vltra peram sapere. Ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν. Quadrabit vel in pauperem, vel in Philosophum, sed praecipue in Christianum, quem Iesus vetat cogitare de crastino. Lucian.

Videberis me videns plane Martem videre. Βλέπειν γάρ ἄντικρυς δόξῃς μ' Ἄρην. De his, qui strenue pollicebantur opitulaturos, ac Martem quemdam acturos. Aristoph.

Amaxiaea. Ἁμαξιαῖα. Prouerbiali verbo dicebantur ampla, magnificaque. Perinde sonat,

 quasi

quasi Latine dicas plaustralia, *Id est*, tanta, vt iustum plaustri onus videri possint.

Plinius. *Sophocles*, *Laudiceni.* Qui ad ostentationem dicebant, aut recitabant, vulgato conuicio Sophocles et Laudiceni dicebantur. Sophocles enim graece dicitur ἀπὸ του σόφος καὶ κλέος.

Plaut. *Basilica facinora.* Quidquid magnificum esset, appellari solet βασιλικὸν, vt valere βασιλικῶς; et magnificas aedes, basilicas appellabant. Plautus in Trinummo de seruo nullius rei, sed philosophica quaedam loquente: *Dii*, inquit, *immortales, basilica hic quidem facinora inceptat loqui.*

Cic. *Campana superbia.* Felicitatis comes esse solet ferocia. Campaniam autem Italiae quondam fuisse regionem longe beatissimam, testantur tum alii complures, tum Plinius lib. 3. cap. 5. Constat autem Capuam olim cum Roma de principatu concertasse. Hinc Campana superbia, et Campana arrogantia in prouerbium venit.

Aristoph. *Dea excogitauit.* Aristophanes in Equitibus.

Τὸ μὲν νόημα τῆς θεῶ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμὸν, *id est.*

Excogitauit dea, meum sed furtum erat. Non sine prouerbii specie dictum est in Rhetores, qui apud populum iactabant, Mineruam ipsis, quod suaderent, misisse in mentem, et tamen rerum gestarum gloriam sibi vindicabant. Color sumtus est ex Homero, vbi quoties facti ratio reddi non potest, Pallas dicitur suggessisse. Pallas Atheniensium erat protectrix. Comicus autem ioci gratia pro πρᾶγμα posuit κλέμμα, notans Cleonis capacitatem.

Cic. *Laureolam in mustaceis quaerere.* M. Tullius in epistolis ad Atticum: *Bibulus coepit laureolam in mustaceis quaerere*, hoc est: *ex friuolis negotiis captare famam haud praeclaram neque magnificam.* Est autem mustaceum siue mustaceus, cibi genus, cui aliquid additur de virga lauri derasum,

ac

ac decoquitur suppositis lauri foliis, vt indicat Cato lib. de Agricult.

Palmarium facinus, Pro insigni ac triumpho digno, dixit Terentius in Eunucho: *Tum hoc alterum, id vero est, quod mihi puto palmarium.* Terent.

Pulcrum sepulcri elogio. Non videbatur in prouerbiorum classem referendum, nisi nominatim prouerbii titulo referretur apud Procopium lib. de bello Persico I. *Mihi autem antiquum placet prouerbium: Quam pulcrum est in sepulcri elogio imperatorem adscribi.* Quosdam noui, qui in extremo vitae magnis impendiis redemerunt galerum cardinalicium, vt in sepulcro titulus adscriberetur. Procop.

Phaniae janua. Φανίε θύρα. Eustathius in Odyss. 23. ostendit dictum de iis, qui simulant sese congestas opes habere, quae nusquam sunt. Dictum a Phania quodam, qui falsam de se praebuerit opinionem, quasi multam diuitiarum vim domi constructam ac reconditam haberet. Eustath.

Sybarithae per plateas. Συβαρῖται διὰ πλατείας. Contra fastuosos ingredientes per viam, seseque velut ostentantes. Sumtum a fastu luxuque Sybaritharum. Venustius erit, si paullo longius detorqueatur, veluti si de homine insolentius se gerente, aut arrogantias de se loquente, aut de stilo phaleratiore dicas. Suidas.

Cicadis pleni. Τεττίγων ἀνάμεστοι. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac iam desitis vtentes. Antiquitus Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere, vnde et τεττιγοφόροι dicti sunt, hoc indicio significantes, se indigenas esse, quemadmodum Cicadae aliunde non commigrant. Aristoph.

Ex Academia venis. Ἀκαδημίηθεν ἥκεις. De severo et composito seu docto. Sumtum a Platonis schola quamquam per ironiam torqueri poterit Athen.

terit in fastuosum et vultu tetrico philosophum agentem, quin in nitidos et cultu insigni, quod his Plato delectaretur munditiis.

Idem. *Ingredi Junonium.* Βαδίζειν ἠρῷον ἐμπεπλεγμένον. *Id est*, Ingredi complicatum Iunonis sacrum. Dictum apparet in fastuosum ac lentum quorumdam incessum.

Aristoph. *Summis vnguibus ingredi.* Ἐπ' ἄκρων ὀνύχων. In eos, qui auidius auscultant. Nam ii solent semet in summos pedes erigere. Summis ingrediens pedum vnguibus, in fastuosos.

Virgil. *Caelum territat.* Conuenit in minaces ac feroces, Thrasonesque magniloquos. Sumta videtur a bello Giganteo.

Plato. *Ex vno multa facere.* Ἐξ ἑνὸς πολλὰ ποιεῖσθαι. In eos qui rem quampiam minutim secabant. Quadrabit in eos, qui idem aliis atque aliis modis variant, vt non iam vnum, sed plura videantur.

Cic. *Caelum digito attingere.* Dicuntur, qui longe supra mortalium conditionem ac diis proximi esse videntur. Cognatum illi: *in caelo esse.*

Suidas. *Iovis sandalium.* Τὸ Διὸς Σανδάλιον. Per ironiam dicebatur in eum, qui magni quippiam videri vellet, propter principis alicuius familiaritatem. Velut si quis insolens sit ac ferox, quod regius sit coquus, aut imperatoris satelles, aut pontificius tonsor. Nihil autem vetat, quo minus et ad rem accommodetur, vt, si quis equum regium aut vestem miretur, quemadmodum vulgus facere consueuit, non ob aliud, nisi quod regis sit.

Imperitus subligaculo indutus, omnibus id ostentat. Ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιθέμενος, πᾶσι ταύτην ἐνδύκνει. In eum, qui propter insolentiam, etiam ineptissimis rebus effertur. Nam rerum imperitis, quicquid peregrinum ac nouum est, videtur elegans.

Fastu-

Fastuosus Maximus. Κομπὸς Μάξιμος. In eum dicebatur, qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. Sumtum a moribus Maximi cuiuspiam arrogantis, et sibi immodice placentis. Graecis κόμπος arrogantiam insolentiamque significat. Diog.

Tanquam Argiuum clypeum abstulerit, ita gloriatur. Ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελὼν σεμύνεται. In fastuosos et magnificentius sese gerentes dicebatur. Aiunt apud Argiuos sacrum quemdam esse clypeum clauis affixum, vt facile detrahi non possit. Alii dicunt, apud eos ordinem ac delectum iuuenum viribus antecellentium ἀσπίδα vocari. Zenod.

Homo bombylius. Βομβύλιος ἄνθρωπος. Dicitur verbosus multique strepitus, caeterum inutilis. Bombylius Graecis, apis genus, a sonitu appellatum, ad mellificium inutile, fauos sibi nectit e luto. Idem.

De pulmone reuellere. Pro eo, quod est, stultam, et arrogantem opinionem animo eximere. Tumorem animique fastum in pulmone collocant. Persius.

Ipse dixit. Αὐτὸς ἔφα. Quoties tantam cuiuspiam auctoritatem significamus, vt ea vel citra rationem ad quiduis credendum sufficiat. Adagium a Pythagora natum, qui quo plus venerationis et auctoritatis sibi suisque conciliaret, in dissertationibus dicere solitus est, αὐτὸς ἔφα, perinde quasi non sua referret, sed ab oraculo quopiam accepta Tullius vero rem secus narrat. Illud admonendum videtur in hac paroemia, perinde valere, quasi dicas: *Dominus dixit:* vt Pythagoras ab Aegyptiorum vatibus videatur didicisse figuram prophetis familiarem. Pythag.

Auro loquente, nihil pollet quaeuis oratio. Prouerbium indicat munera vbique longe plurimum valere.

Horat. *Ne mihi Suffenus essem.* Ne mihi ipsi blandire ac stulte me ipsum admirarer. Suffenus erat pöeta longe ineptissimus, in aliorum vitia dicax, ad sua caecus. Itaque prouerbium receptum, vt qui sibi inaniter placerent, Suffeni dicerentur.

Idem. *Pennas nido maiores extendere.* Pro eo quod est, Rem fortunamque, quam mediocrem aut tenuem a maioribus acceperis, auctiorem reddere. Quod quidem si virtute fiat, summa laus est. Translatum ab auium pullis, qui sic grandescunt subnascentibus plumis, vt materno nido capi non possint.

Plinius. *Ne sutor vltra crepidam. Id est,* Ne quis de his iudicare conetur, quae sunt ab ipsius professione aliena. Adagium ab Apelle nobilissimo pictore natum. Hic perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens vitia quae notabant, auscultabat. vulgum diligentiorem iudicem quam se praeferens. Feruntque a sutore reprehensum, quod in crepidis vna intus pauciores fecisset ansas. Eodem postero die superbe emendationem pristinae admonitionis cauillante circa crus, indignatum prospexisse, denunciantem ne supra crepidam sutor iudicaret.

Ouid. *Caenei hasta.* Caeneus e puella versus est in virum, annuente Neptuno, cui illud etiam donatum est, ne saucius vllis vulneribus fieri, ferroue occumbere posset. Ferunt hunc certasse cum Apolline: praeterea morem huic fuisse. vt qui ad sese venirent, iuberet per suam hastam iurare.

Gigantum arrogantia. Γιγάντων ἀπόνοια. Dicebatur vbi quis viribus suis fretus temere, nulloque consilio res non tentandas moliretur. Tractum a notissima gigantum fabula. Admonet, inauspicato cedere, quaecumque citra consilium, aduer-

aduersus deos, pietatem, ius et aequum per vim instituuntur.

Magis sibi placet, quam Peleus in Machaera. Μεγαφρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ. In eum competit, qui praeter modum re quapiam insolens est ac tumet. Aiunt autem hunc gladium a Vulcano fabrefactum, a diis dono datum fuisse Peleo virtutis illius ac prudentiae symbolum. Quo quidem ille vtens et in praeliis et venatibus consequebatur, quidquid optabat. Zenod.

Hic Rhodus, bic saltus. Αὐτοῦ Ῥόδος, αὐτοῦ πήδημα. Vulgo iactatum de iis, qui sese de negotiis iactarent insolentius, cuius fides non exstaret. Sumtum ex Apologo. Adolescenti cuidam iactanti se, quod quum Rhodi esset, admirabiles fecisset saltus, quidam ex auditoribus interpellato sermone respondit Ἰδοὺ ῥόδος, ἰδοὺ πήδημα, Ecce Rhodos, ecce saltus. Conueniet igitur, vbi quis iubetur re praestare, quod alibi se fecisse iactat. Aesop.

Atticus in portum. Ἀττικὸς εἰς λιμένα. In eos dicebatur, qui illic virtutem ostentare solent, vbi tutum, atque vbi nihil opus est. A nautis Atticis sumtum, qui portum ingressuri, ostentandi sui gratia, magnifice sese gerebant, in ipsa re non perinde strenui.

Calliphanes. Καλλιφάνης. Calliphanes, ridicula quaedam huius nominis ambitio prouerbiali ioco fecit locum. Aiunt enim huic fuisse pöetae morem, vt diuersorum carminum, et orationum initia conscriberet, ad tres aut quatuor versus, eaque pronunciaret, ostentaretque, quo commento ignorantibus multiscius et eruditus videretur. Athen.

Bullatae nugae. Ventosa atque inania, bullata dicuntur, itemque inanis perstrepentium vocum congeries; in quibus nihil subsit solidioris sententiae. Persius.

Persius:

Bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat.

Vino vendibili suspensa hedera nihil est opus. Hoc est, vera virtus, non eget alienis praeconiis. Aut res praeclarae per se placent, neque desiderant exoticam commendationem. Sumtum apparet a cauponum more, qui vinariis tabernis signum hederaceum solent praetendere.

Suidas. *Selissare.* Σελλίζειν. Prouerbiali ioco dicebantur gloriosi, fastuque praeturgidi. Suidas admonet sumtum a moribus Selli cuiuspiam, qui cum re esset perquam tenui, tamen affectabat haberi diues. Torqueri poterit et in eos, qui se doctrinae iactitant ac venditant opinione, quum a litteris alieni sint.

Plato. *Diuinum excipio sermonem.* Θεῖον ἐξαίρω λόγον. Quoties, opinor, gloriosius aliquid dictum esset, ominis gratia Deos excipiebant, qui nihil non possunt, et quibus nemo praescribit. Homer. Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται id est, *Diui tamen omnia possunt.*

ASPERITAS.

Homer. *Inexorabilis.* In exoratu difficilem ac praefractum suoque relinquendum ingenio, vel in eum, cuius operam nihil moramur; apposite torquebitur illud Iliad. I.

Ἀλλ' ἤτοι κεῖνον μὲν ἐάσομεν, ἤκεν ἴῃσιν, Ἦκε μένῃ. id est.

Quin magis ipsius hunc animo, ingenioque sinamus,
Siue venire velit, siue his remanere.

Horat. *Ferreus, Aheneus.* Ferrea atque ahenea dicuntur, quae solida firmaque significamus.

Plutar. *Versatilis Artemon.* Ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων. Aiunt dici solitum de his, quorum gratia vehementer decertatur. Nam Artemonem adolescentem

tem fuiſſe quempiam, certatim adamatum a mulieribus ob inſignem formam, quem ſuſpicor ob id dictum περιφόρητον, vel quod circumferretur in ore omnium verſans, vel quod paſſim obambularet, velut oſtentans ſeſe. Alii malunt Artemonem machinarium fuiſſe fabrum, in arte praecellentem, temporibus ferme Periclis. Qui quum claudus eſſet, paſſim ſuas machinas circumferebat. Dictum in hominem ſui diſſimilem, ac moribus inaequalibus praeditum.

Cornea fibra. Cornea et duriſſima ſunt, et ſenſu carent. Vnde qui carent humanis affectibus, robur, adamantem, ſilicem, ferrum, cornu in pectore geſtare dicuntur. Perſius.

Scytharum oratio. Σκυθῶν ῥῆσις. Graeci quidquid agreſte, quidquid barbarum ac ſaeuum intelligi vellent, id Scythium appellabant. Lucian.

Pandeletias ſententias. Πανδελετάκς γνώμας. Pandeletiam ſententiam appellat in deterioribus Cratinus, vt citant, moroſam ac moleſtam. A Pandaleto quopiam Sycophanta, ex eorum genere, qui quo quaeſtum faciant, dicas impingunt grandes, et ſimili ſtudio ferunt ſuffragia.

Thymbra victitans. Θυμβροφάγοι, adagio dicebantur, vel qui tutius ac liberius vitam agerent, vel qui moribus eſſent parum blandis, vel qui hilariter citraque ſollicitudinem paruo contenti viuerent, quod thymbra herbae genus ſit, ſaporis ſubamari, in agris paſſim proueniat. Pratenſis hortenſi eſt praeſtantior. Suidas.

Scabroſior leberide. Κεντρότερος λεβηρίδος. De vehementer aſperis et inſuauibus. Nam Leberis Graecis dicitur exuuium illud vel ſerpentum, vel piſcium exuentium ſenectam. Id autem aſperrimum eſſe conſtat, ob ſummam ſiccitatem. Suid.

Totus echinus aſper. Ἅπας ἐχῖνος τραχύς. In moroſos et iniucundis moribus quadrat. Echinus piſcis et item Erinaceus vndique ſpinis obſeptus, Ariſtoph.

ſeptus, vt nuſquam impune poſſis attingere. Eſt hominum huiuſmodi genus, cum quibus nulla ratione poſſis agere citra litem.

Durus alloquiis. Ἄτηκτος ἄνθρωπος προσηγορήμασιν. *Id eſt*, Immobilis alloquio. Ductum a cera, quae tractando molleſcit. Ἄτηκτον autem dicitur, quod non queat liquefieri. Competet igitur in hominem inexorabilem.

Plin. *Echino aſperior.* Ἐχίνου τραχύτερος. In hominem intractabilem et inſuauibus moribus dictum. Metaphora ſumta ab animante, cuius duplex eſt genus, terreſtre, ſpinis obſitum, et maritimum, pinnata vndique teſtudine, ac ſpinis obductum, quibus ſe pedum vice voluit, auctore Plinio.

Strabo. *Corinthus et collibus ſurgit, & vallibus deprimitur.* Id adagium vbinam poſſit eſſe vſui, non ſatis video, niſi quis detorqueat ad hominem intractabilem, et aſpero ingenio. Strabo ſcribit: Corinthios opibus et artibus egregiis praecelluiſſe, caeterum regionem illorum non admodum fuiſſe feracem, quod inaequalis eſſet et aſpera ac petricoſa.

Etiam quercus bacchatur. Καὶ δρῦς μαινὰς ἐγένετο: *Id eſt*, Etiam quercus Maenas facta eſt. De iis, qui vix deliniuntur. Ab Orphei fabula, quercus ſua cithara demulcentis. Maenades ſunt mulieres afflatae Baccho.

Agamemnonis hoſtia. Ἀγαμέμνονος θυσία. Quondam in duros ac perſuaſu difficiles dicebatur. Inde natum, quod Agamemnone rem diuinam in Troia facturo bos effugerit, vixque multo negotio comprehenſus, reductus ſit. Videtur et huc referri poſſe, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam ſacrarit, ſed admodum inuitus. Quadrabit etiam in eos, qui volentes et adacti quippiam agunt. Olim in ſacris ſpectabatur, vt hoſtia lenis ac volens adſtaret. Quodſi refracto fune profugiſſet, infauſtum omen habebatur.

Matio-

Matioloechus. Ματιολοιχός. Vulgato conuicio dicebatur liguritor, et in minimis etiam rebus exquisitus. Quod pusillum est, id Graecis dicitur μάτιον. Aiunt autem esse cibi genus. Proinde quadrat in eos, qui per fraudem minimis e rebus sectantur compendium.

Ne moue festucam. Μὴ κάρφος κίνει. Vbi quis omnis strepitus impatiens est. Quosdam videas vsque adeo morosos, et quidquid agas, offendantur, etiamsi stipulam duntaxat moueas.

A lasso rixa quaeritur. Apparet dictum in quosdam morosiores, et ad rixandum procliuiores, non quod offendantur, sed quod alioqui animo male affecti sint, vt sunt difficiles ac submorosi, quibus fortuna aduersa est. Senec.

Difficilis vir. Δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο. *Forsan et innocuum culpet vir saeuus et acer.* Hunc Homeri versiculum olim in Demosthenem vulgo iactatum fuisse, multorum auctorum testimoniis constat, propterea quod accepta pecunia nonnumquam et malos defenderet, et oppugnaret bonos. Homer.

Durus et implacabilis. In hominem impendio rigidum et implacabilem recte torquebis illud Homeri Odyss. κ. Plutarch.

Σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστί.

Id est,

At tibi non vmquam placanda in pectore mens est.

Κεράσβολος. Plutarchus docet homines praefractos, et asperis moribus et intractabiles, κερασβόλους vocari solitos. Sumta metaphora ab agricolis, apud quos semina, quae priusquam in terram decidant, in boum cornua incidunt, κεράσβολα dicuntur, παρὰ τὸ εἰς κέρατα βάλλεσθαι. Haec aiunt prouenire caeteris multo duriora. Idem.

Etymo-

Etymolog. scribit vocem sumtam a leguminibus, quae nec igni nec aqua mollescunt, cuiusmodi quaedam videmus admixta leguminibus minuta, nigraque. Porro cur id accidat, vt semina, quae in cornua boum impegerint, aut non proueniant, aut proueniant ficciora durioraque, Plutarchus hanc adfert causam, quod ea, quae a manu calida statim excepta terra fouentur, magis adiuuantur calore, qui seminibus est amicus, at quae in cornua incidant, proiecta magis videntur quam seminata, et mora frigus colligunt.

Aeschin. *Scytha malus.* Tanta erat barbaries Scythicae gentis, vt ipsa etiam appellatio cesserit in prouerbium, quemadmodum hodie crudelem hominem appellamus Turcam, et immane facinus, Turcicum. Aeschines in oratione *περὶ παραπρεσβείας: καὶ δέομαι σῶσαί με, καὶ μὴ τῷ λογογράφῳ καὶ Σκύθῃ κακῷ ὄντι παραδοῦναι.* *Id est, obsecro seruetis me, neue logographo, maloque Scythae me tradatis.*

Homer. *Inexorabilis et durus.* In durum et inexorabilem competet illud ex Odyss. ψ.

Σοὶ δ' αἰεὶ κραδίη στερεωτέρη ἐστὶ λίθοιο. Id est,

At tibi perpetuo cor saxo durius omni est. Ita Telemachus ad matrem.

ASSIDVITAS.

Minutula pluuia imbrem parit. Ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι. Quoties res initio pusilla crescit in maius. Quare in minutis vigilandum, ne paulatim incidamus in maxima incommoda. Est enim psecas tenuis irroratio, qualem reddunt et nebulae densiores.

Assidua stilla saxum excauat. Ῥανὶς ἐνδελεχοῦσα κοιλαίνει πέτραν. Admonet nihil esse tam durum, quod non emolliat, nihil tam arduum, quod non

non efficiat aſſiduitas. Quandoquidem ſtilla aquae, nimirum reſtam tenuis ac leuis ſaxum etiam duriſſimum exhauriat, quod vix ferro poſſis euincere. Plinius tradit inueniri ſilices formicarum pedibus attritas, idque grauiſſimum exemplum eſſe putatur, quantam vim habeat aſſiduitas.

Bis ſeptem plagis Polypus contuſus. Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς Πολύπους πιλούμενος. Zenod. Dici ſolitum, vbi quis multo tandem malo fit emendatior. Aiunt Polypum piſcem captum, diu multumque tundi, caedique ſolere, quo mitior fiat, et ad eſum accommodatior.

Dicendo dicere diſcunt. Ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν πορίζεται. Quadrat ad cuiusuis rei peritiam, quam potiſſimum vſus ſuppeditat, optimus omnium rerum magiſter. Proinde prouerbiales omnes erunt id genus: Fabricando fabricam diſces. Canendo muſicam. Scribendo diſces ſcribere. Syrianus, Hermogenis interpres, Euagoram ſophiſtam, taxat, qui dicendi facultatem non putarit ratione, ſed vſu duntaxat conſtare, fierique vt dicendo conſequeremur dicendi facultatem.

Latum vnguem, ac ſimiles hyperbolae prouerbiales. Cicero. Tranſuerſum digitum aut vnguem diſcedere, frequenter eſt apud Ciceronem, pro eo quod eſt, quam minimo ſpacio. Fit autem feſtiuior metaphora, quoties his verbis perfectam imitationem ac plenum vndequaque conſenſum ſignificamus. Metaphora partim ſumta videtur ab iis, qui tabulam aut ſaxum aut ſimile quiſpiam digitis latis metiuntur, quoties exquiſitae rei modus ſpectatur; nam reliqua cubitis metiri ſolemus; minima menſurarum latus digitus eſt, partim a iugerum menſoribus, qui ſtadiis, paſſibus et vt minima menſura, pedibus ſoli ſpatium metiuntur. Similes hyperbolae ſunt; *Digitum pro-*

progredi non possum. Digitum transuersum. Digitum non discedo. Pedem egressi non sumus. Ne puncto quidem atque vngue transuerso ab illius sententia, recedo. Culmum latum, i. e. ne tantulum quidem.

Petron. *Taurum tollet, qui vitulum sustulerit.* Adagium in fornice natum, vti videtur, sed quod ad vsum verecundiorem commode torqueri possit, si quando significabimus maiora peccaturum adultum, qui puer vitiis minoribus assueuerit.

Homer. *Noctesque diesque.* Νύκτας τε καὶ ἤματα. Qua figura assidua et infatigabilis diligentia passim significatur.

Plaut. *Velut vmbra sequi.* Ὥσπερ σκιὰ ἕπεσθαι. Dicitur, qui nusquam deest. Nam vmbra corpus assectatur, velit nolit. Vnde asseclas indiuiduos, vmbras vocamus.

Lucian. *Ne altero quidem pede.* Μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα. Annumerandum illis: Latum vnguem, cet.

Lucian. *Saxum volutum non obducitur musco*, Λίθος κυλινδόμενος τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ. Qui non potest eodem loco consistere, raro fit vt ditescat.

Diog. *Multis ictibus deiicitur quercus.* Παλλαῖσι πληγαῖς δρῦς στεῤῥὰ δαμάζεται. De re factu quidem ardua, quae tamen assidua industria pervincatur.

Laert. *Exercitatio potest omnia.* Μελέτη πάντα δύναται. Significat nihil esse tam arduum, quod diligentia curaque non efficiatur. Virgilius in Georg. *Labor omnia vincit.*

Improbus et duris vrgens in rebus egestas.

Philost. *Ne genu quidem flexo.* Οὐδὲ γόνυ κάμψας. Dictum est pro eo, quod est, ne tantillum quidem. Etenim qui iam incipit ad quietem componere sese, primum genum flectit. Itaque perinde valet, quasi dicas: *Citra respirationem, sine omni intermissione.*

ATTEN-

ATTENTIO ET CONTRA.

Purgatis auribus. Pro attentis auribus et vacuis. Nam sordes in auribus collectae auditum hebetant, exemtae reddunt acriorem. Plaut.

Mens peregrina. Νῦν τὸν ξένον. Mentem peregrinam habere dicuntur cogitabundi, nec satis ob id attenti ad ea, quae coram aguntur. Terent.

Praesens abest. Παρὼν ἀποδημεῖ. In eum dicendum, qui non animaduertit ea, quae dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata. Aristoph.

Auribus arrectis. Ὦσὶν ἱςῶσιν Quadrabit in illos, qui sitienter et auide auscultant, quae dicuntur, aut exspectant, quid dicendum sit: ducta metaphora ab animantibus, quorum plerisque mos est, si quando quid eminus audierint, aures surrigere. Diogen.

Erecti. Accommodum erit, vbi significabimus aliquem toto pectore attentum ad rem quampiam. Erigunt enim se totos, et summis nonnumquam insistunt pedibus, qui auscultant aut spectant auidius. Athen.

Ausculta et perpende. Quoties significabimus nos aliquid dicturos, quod ad rem pertineat, quodque ratum ac certum futurum sit, conueniet illud Homer. Iliad. I. Homer.

Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι, id est.

Immo aliud quiddam, tu mente recondito, dicam,

Hoc age. Quum aliquem iubemus esse attentum dicimus: *Hic esto.* aut: *Hoc age.*

Consulendum, et consiliis parendum. Cum admonebimus quempiam, vt vicissim et rectum consilium aliis det, et ab aliis accipiat, aut, vt et secum rem diligenter perpendat, et alienam sententiam auribus attentis audiat, non intempestiuum erit illud ex Illiados B. Idem.

Ἀλλ᾽ ἄγ᾽ ἄναξ, αὐτὸς δ᾽ εὖ μήδεο, πείθεο τ᾽ ἄλλῳ, id est,

Ipse, age rex, bene consulito, et pareto vicissim.

Ceram auribus obdis. Κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφεις. Qui recusant audire, vel aequa vel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas et sociorum aures obturabat, aduersus Sirenum cantus.

AVDACIA.

Cic. *Fortes fortuna adiuuat.* Propterea quod id genus hominibus fortuna quasi faueat, infensa iis, qui nihil audent experiri, sed veluti cochleae perpetuo latent intra testes.

Homer. *Animus praesens.* Animi praesentia vtilis vbique, propterea quod timiditas vel a conscientia, vel ab animi prauitate videatur proficisci. Huic sententiae suffragatur Homericum illud ex Odyss. η.

Θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
Ἔργοισιν τελέθει, εἰ καὶ πόθεν ἄλλοθεν ἔλθοι, id est,

Omnibus in rebus potior vir fortis et audax,
Sit licet hospes, et e longinquis venerit oris.

Idem. *Animus heptaboëus.* Θυμὸς ἑπταβόειος. De magno fortique et inuicto dictum. Epithetum sumtum a clypeo Aiacis, quem Homerus heptaboëon appellat, quod septem boum tergoribus esset obductus, atque ob id impenetrabilis. Ouid. Dominus clypei septemplicis Aiax.

Zenod. *Aqua praeterfluit.* Ὕδωρ παραῤῥεῖ. Zenodotus et Suidas admonent dici solitum de eo, qui nihil negotii recusaret, et quidlibet quod mandatum esset, effecturum sese polliceretur, quippe

pe vſque adeò promtus ad quiduis ſuſcipiendum, vt nec nauim perfluentem ingredi grauaretur.

Martis pullus. Ἄρεος νεοττός. Martis pullum vocant ad bella magnopere propenſum. Gallus Marti ſacer eſt, quod omnium auium ſit pugnacisſimus bellicoſiſſimuſque, vnde et criſta et calcaribus armatus, vel quod is olim fuerit adoleſcens Marti in deliciis habitus, qui conſueuerit obſeruare, Marte cum Venere cubante, ne quis deorum interueniret. Deinde quum illo dormiente, ſol aduenisſet, Marſque turpiter eſſet deprehenſus, iratus, Gallum adoleſcentem in auem commutauit, manentibus etiamnum priſtinae naturae veſtigiis. Ariſtoph.

Alter Hercules. Οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς. De viro praeſtrenuo, ac laborum tolerantisſimo. Ariſtot.

Non abiicit animum. De eo qui ne in afflictisſimis quidem rebus ſpem, aut conſilium abiicit, ſed de recipiendo ſe vtcunque cogitat, appoſite dicetur, quod de Vlyſſe dictum Odyſſ. E. Homer. Ariſt.

Ἀλλ' ὅδ' ὡς σχεδίης ἐπελήθετο πειρόμενός περ.
Id eſt,
Ac neque ſic licet afflictus obliuia cepit Nauigii.

Ne quid moueare verborum ſtrepitu. Qui monebit aliquem, ne ſaeuis verbis ac minis deterreatur, quo minus experiatur, accommodabit illud Homeri ex Iliad. γ. ab Apolline dictum Aeneae. Ariſt.

Ἀλλ' ἰθὺς φέρε χαλκὸν ἀτειρέα μηδέ σε πάμπαν
Λευγαλέοις ἐπέεσσιν ἀποτρεπέτω καὶ ἀρειῇ. Id eſt,
Quin rigido ferro magis obuius ito, nec vmquam
Te ſaeuis dictis deterreat ille miniſque.

In diſcrimine apparet qui vir. De re perictilosa difficilique, et eiuſmodi quae virum corda- Idem.

 tum

tum ac ſtrenuum requirat, conueniet illud ex Iliad. N.

Ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη, id eſt,

Illic qui vir iners, qui ſtrenuus ipſa docet res.

Idem. *Non cedendum malis.* Si quando admonebis, non oportere cedere vel aduerſariis, vel aduerſae fortunae inſultibus, aut non eſſe certandum cum fugitiuis, non inſcite detorſeris illud ex eodem lib.

Aul. G. Οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος οὐδ' ἐνὶ νώτῳ.

Ἀλλά κεν ἢ στέρνων ἢ νηδύος ἀντιάσειε, id eſt,

Ne feriat iaculum ceruicem aut terga, ſed ipſum

Aut ventrem, aut pectus feriat aduerſa ſagitta.

Achilles. Inſigni fortitudine duces appellabibus non inuenuſte Achilles. Sic Lucius Siccius Dentatus Romanus Achilles appellatus eſt, quod centum et viginti praeliis cum hoſte pugnaſſet, nec vllam haberet cicatricem auerſam. Gellius.

Achilleum Argumentum. Rationem et Argumentum Achilleum vocabimus, quod ſit inſuperabile et inſolubile.

Homer. *Qui cum contemtu vitae inuadunt.* In eos, qui gladiatorio, ſicut ait Terentius, animo quempiam impetunt, vt aut perdant, aut pereant, conueniet illud ex Iliad. M.

Ἀγροτέροισι σύεσσι ἐοικότες, id eſt,

Similes agreſtibus apris.

Tradunt enim venatores hos prouocatos recta impetere prouocantem, nec lancea vitata.

Neque terrae motus timet neque fluctus. Ariſtoteles libro moral. Nicomach. docens eos, qui non

non habitu virtutis, sed immanitate quadam naturae nihil omnino formidant, nequaquam appellandos esse fortes, sed μαινομένους καὶ ἀναλγήτους, *Id est*, insanos et stupidos, sensuque expertes: εἴη δὲ inquit, ἄν τις μαινόμενος καὶ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο μήτε σεισμὸς, μήτε κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς. *Id est*, *Fuerit autem quispiam insanus ac doloris sensu vacans, si nihil metuat, neque terrae concussiones, neque fluctus, quemadmodum de Celtis praedicant.* Nihil enim horribilius mari commoto, terrae vero concussio videtur inferorum ad superorum sedem eruptionem minitari, Tanta autem erat quorumdam Galliae Germaniaeque gentium immanitas, vt ne his quidem terrerentur, quae maxime sunt natura horrenda.

Imbrobitas muscae. In improbum et subinde redeuntem, etiamsi turpiter repellatur, quadrabit illud ex Iliad. P. *Atque illi muscae vim intra praecordia misit, Quae quamuis de pelle viri sit saepe repulsa, Assultat morsura tamen.* **Homer.**

AVXILIVM INFIRMVM.

Lunae radiis non maturescit botrus. Plutarchus hunc Ionis senarium ceu prouerbialem adfert, differens quod Luna, quoniam radios habet imbecilliores, quam sol, excitare possit humores, concoquere non possit. **Plutarch.**

Μέλας γὰρ αὐταῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς. id est,
Neque enim his niger maturus efficitur botrus.

Conuenit in eos, qui conantur quod ob defectum virium non queunt perficere. Accedet plus veneris, si volentes significare disciplinas humanas non praestare felicitatem, dicamus Μέλας γάρ. cet. In αὐταῖς subaudiendum est, ἀκτῖσιν, id est, radiis.

Plato. *Per fluuium traducere.* Διαβιβάζειν τὸν ποταμόν. Dicebantur, qui difficultatem explicabant rei, quam ineruditiores aut inualidiores explicare non poterant. Translatum a torrentibus, aut fluuiis profundioribus, quam vt cuiuis tutum sit traiicere. Itaque qui sunt robustiores, pueros, mulieres, aut imbecilles susceptos in humeros transmittunt.

Athen. *Sacer manipulus.* Ἱερὸς λόχος. Olim dicebatur, quemadmodum dicimus sacram ancoram iaciendam, aut rem ad triarios rediisse. Apud Thebanos exercitus pars ita dicta, quae constabat ex amantibus et amatis, in quibus praecipuum belli robur, quod amor reddat fortissimos.

Hesych. *Coriaceum auxilium.* Σκυτίνη ἐπικουρία. Apud Atticos infirmum et imbecille dicebatur.

Aristoph. *Ficulnum auxilium.* Συκίνη ἐπικουρία. Pro inualido atque inutili. Ficus enim lignum est inutile, fragile et inualidum.

BENEFICIVM CORRVPTVM.

Homer. *Perdidisti vinum infusa aqua.* Ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. Verba sunt Polyphemi, Sic enim increpat Vlyssem vinum aqua temperantem. Antiquitus merum bibebant non sine noxa, donec Staphilius Sirrheni filius ostendisset vinum aqua diluere. Dicetur in eos, qui initio quaedam recte faciunt, deinde benefacta malefactis subuertunt, quamuis leui de causa. Vinum largius dilutum illud habet noxae, quod in posterum diem grauis dolet caput, qui biberit, quam si merum bibisset. Aristoteles id esse putat in causa, quod vinum per se crassius, accessione aquae factum subtilius, citius penetrat angusta capitis foramina, meri noxam, cuius adhuc multam vim obtinet, eodem transmittens, praeterea concoctu difficilius est.

Capra

Capra Scyria. Αἲξ Σκυρία. Conuenit in eos, qui beneficium maleficio corrumpunt, aut, qui virtutes adiunctis vitiis contaminant, atque obscurant, quiue recte instituta non recte finiunt. Veluti capra Scyria, quod fera sit, mulctrum quod lacte impleuerat, ipsa rursus euertit, atque hoc modo beneficium quod dederat eadem perdidit. Alii putant, dici in eos, vnde plurimum emolumenti capitur, propterea quod eius regionis caprae maximam lactis vim reddere dicantur. Zenod.

Panis lapidosus. Seneca lib. de beneficiis II. Panis lapidosus. Sic enim Fabius Verrucosus appellabat beneficium ab homine duro aspere datum, quem esurienti necessarium sit accipere, durum et acerbum esse. Ita quidam contatione, toruitate vultus, asperitate orationis, ostentatione molesta, corrumpunt beneficium, vt nemo sit accepturus, qui possit eo carere.

BIBACITAS.

Vinaria angina. Festus Pompeius indicat, ioco iactatum in eos, qui vino praefocantur, laborare vinaria angina, quam οἰνάγχην possis dicere. Festus. Pomp.

Madusa. In Pseudolo Plautina seruus ebrius ita loquitur: *Ego probe nunc habeo madusam.* Festus Pompeius indicat apud priscos madusam dici solere temulentum, dubitatque, vtrum a Graecis deductum sit, quibus ebrius est μέθυσος, an a latino verbo madere, quod probe poti vino madidi dicantur. Quod si madusa sonat ebrium, non ebrietatem, absurdus est sermo, habeo madusam. Vnde sic legendum arbitror: *Ego nunc probe habeo madusam, ita victu excurato.* Seruus in Plaut.

in ebrietate videtur sibi felix, vt solutus omni metu, curisque et omnium tristium oblitus.

Parthi quo plus biberint. De Parthis vetere prouerbio dictum est, quo plus biberint, eo plus sitire. Habet hoc temulentia, vt pote aquam obsurduit palatum, magis ac magis cupiat haurire. Apte dicetur in auaros, aut studiosos; crescit enim discendi cupido cum eruditione.

Athen. Καρηβαρᾶντες. Dicuntur, qui crapula grauatum caput habent. Conuenit in temulentum ac somnolentum.

Idem. *Ranarum more bibere.* In eos qui deditissimi ad pocula sunt, nihil interim vel parum comedentes, recte et non inuenuste quadrat illud Athenaei;

Οἱ πίνουσι μόνον βατράχων τρόπον, οὐδὲν ἔδοντες,
id est,
Qui absque cibo viuunt ranarum more bibentes.

Id. *Nec Elephantus ebiberet.* Οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι. De poculo praegrandi, quum Elephantus proboscide immensam aquarum vim, quum libet, hauriat.

Idem. *Cothonissare.* Κωθωνίζειν *siue* κωθωνίζεσθαι. Dicebantur, qui largius biberent: et potionem largiorem κωθωνισμὸν appellabant. Cothon autem poculi genus est.

Idem. *Calicum remiges.* Κυλίκων ἐρέται. Dicti sunt, qui assidue perpotarent, vinum pro remo ducentes.

Κυαθίζειν. Dicebantur qui poculis indulgebant, quasi dicas, cyathissare. Mihi videtur potius in eos conuenire, qui parce bibunt, nec sextarios hauriunt, sed cyathis subinde repetitis, tamen inebriantur.

Idem. *Argenteus puteus.* Φρέαρ ἀργυροῦν. Athenaeus lib. XI. indicat olim ingens poculum dici solitum puteum argenteum; nam cyathi pusilli erant.

BONAE

BONAE FORTVNAE COPIAE, FELICITATIS AVT OMINIS.

Asinus in paleas. Ὄνος εἰς ἄχυρα. Subaudiendum, incidit. Dici solitum, vbi cuipiam fortuna lautior praeter spem obtigerit, aut nactus forte fuerit aliquid, quo vel praecipue gaudeat. Iucundius fiet, si longius transferas, puta, si quis cupienter legat poetam, quo peculiariter delectetur. Conueniet et in hunc vsum, vbi quis inscitia rem contaminat. Gaudet enim asinus volutatione et omnia confundit hac lasciuia.

Nunc illa aduenit Datidis cantilena. Νῦν τοῦτ' ἐκεῖν' ἥκει τὸ Δάτιδος μέλος. Dicebant vbi quid laetum ac festiuum accidisset. Datis quispiam erat Persarum Satrapes, excellens in rei bellicae gloria. Is Graece loqui conatus consueuit dicere, ἥδομαι καὶ εὐφραίνομαι καὶ χαίρομαι, id est, *Delector, gaudeo, laetor.* Ea cum saepius ac male pronunciaret, in vulgi jocum abiit. Hinc Datismus vsurpatur pro barbarismo, quia χαίρομαι dixit pro χαίρω. Suidas.

Procridis telum. Πρόκριδος ἀκόντιον. De iis qui veluti certis telis quicquid animo destinant, assequuntur. Sumtum a notissima fabula, vel Ouidio narratore, de Cephalo qui certo iaculo emisso, Procridem vxorem interemit, ratus feram esse. Ouidius.

Albae gallinae filius. Feliciter natum, albae gallinae filium dicimus. Laeta et auspicata Latini alba vocant, vel quod prouerbium alludit ad fatalem illam gallinam, de qua meminit Suetonius in Galba. Conueniet igitur adagium in eos, qui rara et fatali quadam felicitate successuque rerum vtuntur. Iuuen.

Aut piscem olet aut florem. Aut piscem olet, aut timallum. Dictum in eum, qui bene ole- Ambros.

ret: quod timallus piſcis ſit odore gratiſſimus, et aeque fragrans eiusdem nominis flos.

Cic. *Virgula diuina.* Quoties quid citra humanam operam quaſi diuinitus nobis ſignificamus contigiſſe. Propterea quod antiquitas quemadmodum in annulis, ita et in virgis ferendis exiſtimauit aliquam fatalem, ac ceu magicam ineſſe virtutem. Natum videtur adagium a virga Homerica, quam ille Palladi tribuit.

Lucian. *Gygis annulus.* Γύγη δακτύλιος. Quadrat vel in homines inconſtantibus moribus, vel in fortunatos, qui veluti virgula diuina, quicquid optant, id ſuo arbitrio conſequuntur. Huius adagii mentionem facit Lucianus in votis, vbi quispiam optat ſibi complures annulos eiusmodi, quales habebat Gyges, alium, quo diteſceret, alium, quo gratus et amabilis redderetur, alium per quem liceret volare quocumque libitum eſſet. Nam priſcorum ſuperſtitio plurimum tribuit annulorum efficaciae. Gyges paſtor annuli beneficio rex factus eſt. Cic. lib. Offic. 3.

Zenod. *Orci galea.* Ἄϊδος κυνέη. Dictitari ſolitum in eos, qui ſemet arte quapiam occultarent. Plutoni erat galea, quam qui geſtaret, quoscumque voluiſſet, videbat, ipſe nemini conſpicuus.

Lucian. *Secundo aeſtu.* Κατὰ ῥοῦν προχωρεῖν. Sumta metaphora a nautis, quibus facilior curſus, quum flumen aut etiam maris aeſtus ſecundus eſt.

Horat. *Bonis auibus. Malis auibus.* Cum rem feliciter aut ſecus cedere ſignificamus. Ab augurum obſeruatione ſumtum.

Homer. *Omnia ex ſententia cedunt.* In magnopere fortunatos, quibus et recte et ſecus inſtituta feliciter cedunt. Homerus;

Spicula cuncta horum feriunt, ſeu torſerit illa
Ignauus, ſeu vir fortis, quia Jupiter ipſe dirigit.

Secun-

Secundis ventis, Ἐξ οὐρίου φέρεσθαι. Secundis ventis nauigare dicitur, cui res ex ſententia ſuccedunt. Horatius: Suid.

Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundo;
Non tamen aduerſis aetatem ducimus Auſtris.

Datyli dies, Δατύλου ἡμέρα: Vbi res feliciter ſucceſſerunt. A Datylo quodam, qui apud Athenienſes ſummos eſt honores conſecutus.

Diis hominibuſque plaudentibus. Pro eo quod eſt feliciter atque auſpicato. Apud Poëtas paene ſollemne, Deum atque hominum fidem, Diis atque hominibus inuiſus. Cicer.

Semper feliciter cadunt Iouis taxilli. Ἀεὶ γὰρ εὐπίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι. Dici ſolitum in eos, quibus res omnes perpetuo quodam fortunae fauore ex animi ſententia cederent. Quia antiquitus obſeruatum Iouis talos feliciores eſſe. Nam mos erat, iactibus alearum, ominis cauſa, deorum aut hominum nomina praefari. Niſi malumus ad Iouis victoriam Iunoniſque victae fabulam referre. Sunt, qui putent, quadrare in eos, qui factis ſuis dignas poenas dependerint, quaſi Ioue non ſinente culpam inultam. Mihi videtur non abſurde dici poſſe et in viros fortunatos ac praepotentes, quorum etiam parum recte factis applauditur.

Sapiens ſua bona ſecum fert. Ὁ σοφὸς ἐν αὐτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν. A Biantis, ni fallor, apophthegmate natum, qui rogatus, cur nihil exportaret rerum ſuarum ex incendio patriae? Ego vero, inquit, omnia mea bona mecum porto. Significans ea, quae nobis bona inſunt, vera eſſe bona et vere noſtra, velut eruditionem et virtutem. Suidas.

Contingit et malis venatio. Δίδοται καὶ κακοῖσιν ἄγρα. Vbi quid feliciter obtigit immerenti, quod Idem.

quodque fortunae magis quam illius industriae sit acceptum ferendum. Allegoria sumta a venatu, in quo vel praecipue dominatur fortuna.

Idem. *Iecit Achilles duas tesseras et quatuor.* Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβους καὶ τέσσαρα. Hunc versum Suidas ex Euripide citat. Quid autem sibi velit adagium, nullus explicat, nisi quod coniectare licet, dictum fuisse de iis, qui in omni re vincerent, propterea quod is tesserarum iactus felix esset.

Seneca. *Tranquillo quilibet gubernator est.* Aliqui aiunt illic, fortunam aduersam ac rerum difficultatem, non solum non obesse sapienti, verum etiam virtutem in his maxime proferre sese, quae rebus secundis ac pacatis latebat. Non magnum est administrare Rempub. cum omnia pace constant.

Zenod. *Effugi malum, inueni bonum.* Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Dici solitum, si quando fortuna lautior cuipiam contigisset. Natum aiunt a caeremoniis nuptialibus. Athenis puer quidam in nuptiis inducebatur spineis frondibus et quernis glandibus opertus, coronatusque, cunas gestans panibus impletas. Dicebat autem haec; ἔφυγον cet. quae vos bene ominabatur sponso sponsaeque, tamquam ad meliorem vsque fortunam profecturis. Malum enim vocabat spinas et glandes, panes bonum, quod steriles spinae et glandibus victitabant illi prisci. Reperto frumentorum vsu glandium esus fastidiri coeptus.

Plaut. *Inueni, non quod pueri in faba.* Strophylus seruus in Aulular. Plauti ollam auri plenam a sene defossam furto sustulerat, eamque rem gestiens indicare hero: Reperi, inquit. Et rogatus, quid reperisset: prouerbiali nimirum figura, magnum quiddam reperisse sese significans. Est enim Midas vermiculus quidam, qui fabis innasci-

innascitur, hunc si quando nacti sunt pueri, gestiunt atque exclamant, perinde quasi magnum quiddam inuenerint.

Sardi venales. Σαρδιανοὶ ὤνιοι. De negotio infinitae prolixitatis, atque inexplicabili. Idque hinc ortum esse tradunt, quod Tiberius Sempronius Gracchus, quum altero consulatu Sardiniam domuisset, tantum ex ea captiuorum abduxit, vt longa venditione res in prouerbium abierit. Zenod.

Bonorum mare. Ἀγαθῶν θάλασσα. Dicitur de magnis et vehementer cumulatis commoditatibus. Eo quod ipsum mare ministret innumerabiles opes rerum, puta piscium gemmarumque, vel quod amplissimum profundissimumque sit, adeo vt nec exhauriri possit, nec redundet vnquam, quum tanta fluminum vis in ipsum influat.

Thassus bonorum. Θάσσος ἀγαθῶν. Natum adagium a loci fertilitate. Nam Thassus insula est iuxta Thraciam, vt Zenodotus refert. Callistratus orator demigrans Athenis, persuadere conatus est Atheniensibus vt regionem, quae ex aduerso erat, incolerent, multa splendida de eius feracitate iactans, et quod auri venas haberet, et quod glebam optimam. Denique in summa, inquit, Thassus bonorum est. Hinc in vulgi sermonem abiit. Thassus bonorum, de iis, qui splendida pollicentur. Idem.

Bonorum aceruus. Ἀγαθῶν σωρός. De operibus ingentibus; vnde et frequenter exstructas dapes; exstructas opes, et cumulatas opes pro copiosis legimus, tamquam aceruatim congestas, neque pondere neque numero, sed ipso cumulo infusas. Cicero.

Horna messis. Prouerbiali figura dicitur, pro maximo emolumento, quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris. Plaut.

Bonorum myrmecia. Ἀγαθῶν μυρμήκια. De immensis opibus. Nam myrmecia Graece significant

ficant cauernam aut agmen formicarum. Antiquitus formicarum coetus opulentiam portendit.

Suidas. *Dathus bonorum.* Δάτος ἀγαθῶν. In eamdem sententiam dici consueuit. Est autem Dathus Thasiorum colonia, iuxta Strymonem; cum alioquin opulenta ac florens, tum quod habet etiam auri venas, vt hinc in prouerbium abierit: Dathus bonorum, de conferta rerum opulentia.

Idem. *Gargara bonorum.* Innumerabilem hominum, rerumue vim prisci gargara dicebant, ficta, ni fallor, voce, a strepitu, quem facit hominum congregatorum multitudo, aut rerum effusarum copia. Vnde et Gargaro verbum, quod significat perstrepo prae multitudine.

Bona terrae. Τὰ τῆς γῆς ἀγαθά. De bonis immensis, et omnigenis, quasi dicas quidquid terra progignit, omnium rerum parens.

Homer. *Ingens rerum multitudo.* Cum admirandam hominum, aut rerum seu malorum multitudinem indicare volemus, conueniet illud Homericum:

Quot frondes, et quot sunt verno tempore flores.
Vtque globatarum muscarum examina multa.

Lucian. *Bonorum glomi.* ἀγαθῶν ἀγαθῖδες. De opibus exstructis, et affatim cumulatis. Sumta metaphora a glomere textorio, cui fila sunt obuoluta, aut certe ligno illo textorio, cui filorum maxima vis est obuoluta.

Copiae cornu. Ἀμαλθείας κέρας. Cum affatim omnia superesse significamus, Copiae cornu dicimus. Iouem duae nymphae caprae cuiusdam lacte cui nomen fuerit Amalthea, nutricauerunt. Iuppiter adultus capram intra sidera retulit; ac alterum huius cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officii praemium, adiiciens hanc facultatem,

tatem, vt quidquid optasset, id illis ex eo cornu largiter suppullularet.

Lac Gallinacium. Ὀρνίθων γάλα. Eumdem habet sensum. Dicitur enim in opulentos, et quibus quiduis rerum suppeditat. Aut de raris inventu, atque ob id pretiosis, vt sit hyperbole significans nihil omnino deesse. Eustat.

Extis pluit. Ἄλλασιν ὕει Sermo est prouerbialis de prodigiosa rerum copia. Qui iocus etiam hodie durat apud idiotas. Siquidem Ἀλλᾶς Graecis exti genus est, ex quo frustulatim conciso farta conficiuntur.

Capram coelestem orientem conspexerunt. Αἶγα τὴν οὐρανίαν ἐπιτέλλουσαν ἐθεάσαντο. Hoc dici solitum in eos, quibus omnia feliciter, eque animi sententia succederent, propterea quod antiquitus opinione vulgi comprobatum est, qui capram illam Iouis altricem, et ob id in siderum relatam numerum conspexissent, quidquid votis conciperent, eius compotes futuros. Plutar.

Bonae fortunae. Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Subaudi, nomine. Sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediunda. Festiuius erit, quum ad iocum trahetur de eo, qui rem incoeptat, leuem quidem illam, sed perinde laborans quasi esset maxima. Prouerbium hinc est natum, quod olim peracto conuiuio sublataque mensa meracum inferri consueuit, isque calix ἀγαθοῦ δαίμονος appellabatur. Athenaeus demonstrat a lotione, qua coenati vtebantur, calicem inferri solere, qui ita dicebatur. Hunc calicem quisquis accepisset, praebibebat alteri cuipiam. Erat autem mos apud veteres, vt propinantes aut bibituri Deum quempiam aut hominem ominis causa praefarentur, eumque gignendi casu proferebant. Alii aliter. Aristoph.

Oculus dexter mihi salit. Ἄλλεται ὀφθαλμός μοι ὁ δεξιός. Vbi spes est visuros nos laetum Theoc.

quip-

quippiam, et vehementer exoptandum. Hodieque per iocum aiunt, sibi dextram tinniisse aurem, significantes alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude.

Homer. *Bona spes ostensa.* Cum bona quaepiam spes affulget alicunde perficiendi quod proposuimus conueniet illud ex Odyss. lib. ι.

"Ως ἄρα οἱ ἀπιόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις, id est,
Sic fato felix a dextris aduolat ales.

Deus vndecumque iuuat, si modo propitius. Deus vbique praesens est, si faueat, neque refert vbi gentium agas, illo propitio. Ad hanc sententiam accommodes licebit illud Homeri.

Ῥεῖα Θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι.
Si libeat seruare procul quoque Numina possunt.

Lux affulsit. Vbi melior rerum spes ostendi coeperit, lucem affulsisse dicunt. Porro lumen fausti ominis apud veteres fuisse, testis est M. Varro lib. de Lingua Latina II.

Zenod. *Noctua volat.* Γλαὺξ ἵπταται. Priscis Atheniensibus noctuae volatus victoriae signum ac symbolum existimabatur, propterea quod auis haec Mineruae sacra crederetur, quae quidem dicta est etiam male consulta Atheniensium bene fortunare. Inde rebus feliciter atque ex animi sententia succedentibus dici consueuit, Noctua volat.

Suidas. *Laureum baculum gesto.* Δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν. Suidas tradit ita solere loqui eos, qui essent ab aliquibus insidiis appetiti, feliciterque periculum effugissent, propterea quod laurus credita est aduersus venena remedium habere.

Idem. *Midas in tesseris consultor optimus.* Μίδας ὁ ἐν κύβοισιν εὐβουλότατος. Prouerbium a tesserarum ludo natum. Est enim Midas, iactus vocabulum.

lum. Accommodari poterit adagium ad rem quae forte fortuna bene cadit.

Boues messis tempus exspectantes. Βοῦς ἄμητον ἐπιτηρῶντες. Dici solitum, vbi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. Inde ductum quod boues messis tempore, maiore laborant fructu, propterea quod inter trituram pascuntur interim, et pabulum largius apponitur, contra, quum vere aut hieme proscindunt aruum, hoc molestior est arandi labor, quod nullo praesenti fructu leniatur.

Bos apud aceruum. Βοῦς ἐπὶ σωρῷ. De splendide ampliterque viuentibus, quique in vbere rerum affluentia prolixius faciunt sumtum. Aut quemadmodum ait Suidas, de iis, qui in media rerum copia constituti, non sinuntur praesentibus bonis frui. Translatum arbitratur a bobus trituram exercentibus, quibus, quod os obligatum habeant, non licet vesci tritico, quod excutiunt, vt simile sit illi: *Tantalus inter vndas sitiens.* Suidas.

Bos ad praesepe. Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. In emeritos dici consueuit, quique iam ob aetatem otio vitaeque molliori indulgent. Effertur et ad hunc modum: *Bos in stabulo.* Congruit et in eos, qui nullis honestis negotiis exercentur, sed turpi otio atque abdomini seruiunt. Philostr.

Quae diuinitus contingunt. Qui dicet quippiam non cuiuis contingere, quisquis optat, sed diuinitus dari velut ingenium, forma, vires, vsurpare poterit illud Homericum ex Iliad. 3 lib. Homer.

Ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.

Auctoritas diuinitus. Diuinitus contingit, vt idem homo nunc magnificat, nunc despiciatur. Ex Odysseae XVI. Idem.

Ῥηΐδιον δὲ θεοῖσι τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν
Ἠμὲν κυδῆναι θνητὸν βροτὸν, ἠδὲ κακῶσαι.

Idem. *Felicitas a Deo.* Θεῶ δὲ δῶρον . εὐτυχεῖν βροτοῖς. Vt res nostrae bene cec : in nobis situm non est, sed a superum ar .trio pendet.

Plat. *Primum recte valere, proxima forma, tertio loco diuitiae.* Plato lib. 11. de Leg. Λέγεται γὰρ, ὡς ἄριστον ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλοῦτος. Alius quidam dicit: ὑγιαίνειν καὶ νοῦν ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύω. Iuuenalis: *Curandum est vt sit mens sana in corpore sano.* Locus erit prouerbio, quoties significabimus, aliud alio prius esse, et iis, quae potiora sunt, maiorem curam deberi.

Cic. *Deum esse. Deum facere.* Hyperbolae sunt prouerbiales de singulari laude dignis. Inde natum quod prisci mortales, si quem ob egregias ac minime vulgares virtutes suspiciebant, eum Deum, ac diis genitum aiebant.

Idem. *In coelo esse.* Pro eo quod est supra modum fortunatum esse ac gloriosum.

Zenod. *Quaeuis terra patria.* Πᾶσα γῆ πατρίς. Admonet adagium, virum sapientem ac bonum, vbicumque gentium vixerit, felicem esse. Vnde et Socrates interrogatus, Cuias esset; mundanum se esse, respondit.

Cicer. *Virtute duce, comite fortuna.* Virtus eligit quod est optimum. Quod si non succedit, tamen in rebus praeclaris, et in magnis, etiam voluisse pulcrum est. Sin succedit, prima laus debetur virtuti tamquam egregii facinoris duci: proxima fortunae, quae virtuti subseruierit.

Sale nihil vtilius. Comperio et hoc a doctis prouerbii titulo commemoratum. Humano corpori nihil esse vtilius sale et sole. Salem omnibus admiscemus cibis, apricatio olim vehementer a medicis laudabatur. Hebraei nullam immolabant victimam, absque sale.

Plaut. *Supercilium salit.* Quoties bona quaedam spes titillat animum nostrum, dicere licebit nobis salire

lire

lire supercilium. Sumtum a vulgi superstitione, quod futurorum auguria captat ex corporis affectibus, vt; si quod membrum pruriat praeter euidentem causam, si dexter oculus saliat, et auris dextra tinniat.

BREVILOQVENTIA.

Grata breuitas. Χάρις βαιοῖσιν ὀπαδεῖ. Quaedam mole placent ac magnitudine. Sunt quae ob id grata sunt, quod minuta, veluti gemmae quaedam ac sculpturae. Idem vsu venit in epistolis ac libris, qui non raro ipsa breuitate redduntur commendatiores, praesertim apud fastidiosos et occupatos. Sunt in deliciis et pumiliones.

Ἐν ἐπιτομῇ. M. Tullius ἐν ἐπιτομῇ dixit pro eo quod erat διὰ βραχέων, summatim, et in compendio, recisis iis, quae minus ad rem pertinent. Cicero.

Laconismus. Λακωνισμός. Laconismum veluti prouerbio breuiloquentiam vocant, pro eo quod est, paucis et compendio dicere, a λακωνίζειν quod est affectare breuiloquentiam. Lacedaemonii factis magis, quam eloquentia praecelluerunt, siue quod in Apophthegmatis praecipue valuerunt. Horum autem praecipua est gratia, vt paucissimis verbis plurimum sententiae complectantur.

Tribus bolis. Plautus tribus bolis dixit, pro compendio, quasi tribus verbis. Nam bolum Terentius accipere videtur pro eo, quod Graeci vocant βλωμόν. Quod autem continuo deuoratur, tribus bolis edi dicitur. Plaut.

Pauciloquus, sed eruditus. In eum, qui pauca quidem, sed tamen auditu digna loquitur, breviloquo more, verum suauiloquo et arguto. Varro.

Idem. *Minore finire pomoerio.* Prouerbii rationem sapiunt huiusmodi ferme metaphorae: Finire pomoerio, Praestituere metam, Circumscribere cancellis, et si quae sunt similes.

Plaut. *Numero dicis.* Plautus dixit pro eo, quod est, facile et compendio. Festus exponit pro cito ac celeriter. Idem: *Numero mihi venit in mentem.*

Plin. *Vno fasce complecti.* Apud Plinium, pro eo quod est: Eadem opera et coniunctim agere, non separatim. Translatum est ab iis, qui res multas simul colligunt, quo commodius gestari queant.

Hieron. *Tribus verbis.* Pro paucissimis dicere, prouerbiale est D. Hieronymi in Dialogo Luciferani et Orthodoxi: *Tribus, vt aiunt, verbis rem istam grandem dissoluisti.*

CAECVTIENTIA.

Plaut. *Lolio victitant.* Lolio victitare, dicuntur luscioli et caecutientes. Lolium autem Plinius inter frugum pestes commemorat, vna cum carduis et tribulis. Ouidius indicat lolio inesse peculiare quoddam malum, vt oculis caliginem inducat.

Socrat. *Saturniae lemae.* Κρονικαὶ λῆμαι. In caecutientes ac stupidos dicitur, praesertim in eos, qui aetatis vitio desipiscunt. Est enim lema humor in oculis concretus, vnde lippitudo nascitur. Porro Saturniae dicuntur quasi seniles ac veteres, propterea quod Saturnus podagrosus ac senex a poëtis fingitur, et temporum Deus.

Idem. *Cucurbitas lippis.* Κολοκύνταις λημᾷν. Ad superiorem adagii formam pertinet. Aristophanes in Nubibus, νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτὰς, εἰ μὴ λημᾷς κολοκύνταις. Κολοκύντας Graeci vocant, quas nos cucurbitas. Verba sunt Socratis osten-

den-

dentis nubes, *hoc est*, nisi plane nihil vides, et tantas habes in oculis lemas, quantae sunt cucurbitae.

Ollas lippire. χύτραις λημᾷν. Prouerbialis hyperbole, proximae simillima. Lucian. aduersus ineruditum, et multos coëmentem libros, χύτραις λημῶντες, inquit, *Id est*, Ollas lippientes. Lacrimas indicans ollis aequales. Hoc adagium vtrumque quoties ad animum refertur, fit elegantius et iucundius, Velut, si quis hominem crassi iudicii ac vehementer caecutientis et turpiter errantis, dicat lippire non lemis, sed ollis. Lucian.

Hypsea caecior. Satis apparet paroemiam ab Hypse muliere quapiam infami, notaeque caecitatis esse profectam. Horat.

Tiresia caecior. A notissima fabula sumtum. Tiresiam properbiali figura pro caeco dixit. Quemadmodum Horatius pro paupere Irum. Iuuen.

Talpa caecior. Τυφλότερος ἀσπάλακος. De iis, qui supra modum coecutiunt, aut qui minime iudicant. Ortum a talpa, cui visus deest, oculorum tamen inest effigies, si quis praetentam detrahat membranam. Suidas.

Caecior leberide. Τυφλότερος λεβηρίδος. Est leberis pellis illa sicca, quam serpentes, cicadae, et si quid aliud animantis genus, exuunt, quoties sibi iuuentam renouant. In hac enim apparet effigies duntaxat oculorum, ac membranula quaedam tenuissima, qua serpentem oculi praeteguntur. Sunt, qui tradant, hoc etiam piscibus quibusdam accidere. Adagium trifariam refertur: *Caecior leberide. Nudior leberide. Inanior leberide.* Aristoph.

In canis podicem inspicere. Aristoph. ἐν ἐκκλησιαζούσαις κάτω μεν εἶπον ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾷν. Aristophanis interpres admonet vulgo dici solere in caecutientes. Idem.

Lactanr. *Cimmeriae tenebrae.* Multam obscuritatem aut animi caliginem, Cimmerias tenebras appellant. Cimmeriae regionis prodigiosa est obscuritas, quam haud vnquam irradiat Phoebus.

Suidas. *Caeca speculatio.* Ἀλαωσκοπιή. Suidas prouerbialem dictionem admonet, quoties aut conniuent, quibus datum est negotium: aut ipsi nihil vident, quibus obseruandi partes sunt delegatae. Translatum ab iis, qui speculis sublimibus diligenter circumspectant vndique, et quod viderint, aliis renunciant.

Horat. *Caecus caeco dux.* Τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. Adagium Euangelicis literis celebratum. Vti licebit, quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur.

Aristoph. *Neque caecum ducem, neque amentem consultorem.* Subaudiendum adhibeas: Disce, sed a doctis, consilium pete, sed a consultis.

Idem. *Palpari in tenebris.* Ψηλαφᾶν ἐν τῷ σκότῳ. Dicuntur, qui rem obscuris vestigant coniecturis.

E duobus tria vides. Ἐκ δυοῖν τρία βλέπεις. In eos, qui vel aetate vel ebrietate, vel alio quopiam oculorum vitio caecutiunt.

Hieron. *Puluerem oculis offundere.* Dicitur, qui de industria rem obscurat, et aduersario iudicium eripit. Traductum videtur a militia. Saepe fit enim, vt hostis data opera puluerem cieat in hostem.

Diog. *Nox humida.* Νὺξ ὑγρά. De malis imminentibus dici solitum. Quemadmodum de laetiore fortuna dicimus: *Exoriri lucem.*

Caeci praescriptio. Τυφλοῦ παρακέλευσις. Dicitur absurda, quoties ipse, qui praescribit, non intelligit quid dicat. Plane conuenit homini insigniter caliganti.

CALV-

CALVMNIA.

Sycophanta. Συκοφάντης. Sycophantae cognomen, vulgo probri loco tribuebatur. Conuicium prouerbiale in calumniatores, et quamuis pusilla de causa litem mouentes. Athenis lege cautum fuit, ne quis ficos, quae apud eos erant in pretio, efferret. Hos qui obseruabant, aut deferebant, Sycophantae, παρὰ τὸ σῦκα φαίνεσθαι, dicti sunt. Festus Pompeius ostendit apud Athenienses poenam capitis constitutam iis, qui ficus furto tollerent. **Aristoph.**

Theocrines Tragicus. Τραγικὸς Θεοκρίνης. Vsurpauit hoc adagium Demosthenes aduersus Aeschinem. Theocrines primum Tragoediarum auctor fuit, deinde calumniator et sycophanta. Vnde Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinem Tragicum Theocrinem vocat. **Demost.**

Falsum probrum. Sententia prouerbialis est apud Aeschinem in oratione περὶ παρα πρεσβείας· τὸ γὰρ ψευδὲς ὄνειδος ἐ παρωτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. Qui audit conuicium, cuius sibi conscius est, grauiter animo vulneratur. At qui falso probo aspergitur, non perinde commouetur; non enim descendit altius in animum hominis rectae conscientiae. **Aeschin.**

Hoc municeps, aut vicinus nunciauit. Solent a vicinis ac municipibus vicinorum ac municipum scelera potissimum prodi, quin et hodie vulgo dicunt, dedecus huiusmodi a conterraneis aut ciuibus oriri. Nam si quod fortunae incommodum, si qua vitae labes, ab illis, quoniam sciunt proditur. **Cic.**

Albo reti aliena captant bona. Rete Plautus accipit pro calumnia quadruplatorum et parasitorum. Album dixit, alludens ad codicillos et dicas, syngraphasque, quibus lis intenditur peragiturque. Nec omnino displicet, vt ad album prae- **Plaut.**

praetoris, quo leges et litium formulae proponebantur, respexerit.

Aristoph. *Non est remedium aduersus sycophantae morsum.* Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος. Dictum est in calumniam, cuius morsus non solum perniciosissimus, verum etiam incurabilis, quod clancularius plerumque sit.

Pausan. *Argiua calumnia,* Ἀργεῖα φωρά. De calumniosis et delatoribus dici solitum. Nam Argiuos olim notauit antiquitas, tamquam sycophantas et litium auidos.

Aristoph. *Boliti poenam.* Βολίτου δίκην. Boliti poenam dicunt, vbi quis de re triuola nihilique plectitur. Bolitus autem Graecis significat stercus bubulum. Porro Solon legem tulit, quae poenam minabatur etiam iis, qui bubulum stercus furto sustulissent.

Cydi poenam debet. Κύδου δίκην ὀφείλει. Κύδος prima correpta, conuicium significat, κυδάζειν pro eo quod conuiciari. Proinde cum quis ob rem friuolam, velut verbum aliquod temere dictum, deferretur, vexareturque, eum prouerbio dicebant. *Cydi poenam debere.* Nam antiquitus multa dicebatur iis, qui petulantius in quempiam aliquid dixissent.

Aristoph. *Chius.* Χῖος ἀποπατῶν. Aristophanis interpres indicat prouerbio iactatum in eos, qui contaminarent conspurcarentque ciuitatem. Adagium ab euentu natum. Chii cum apud Lacedaemonios peregrinarentur, post coenam vomuerunt in curia Ephororum, quorum maxima erat auctoritas, quin et in horum cathedras incacarunt. Facta inquisitione, vbi senserunt id a Chiis factum, per praeconem edixerunt: Chiis permissum esse intemperanter agere. Non perperam accommodabitur in illos, qui captata occasione calumniantur aliquem.

Pattae-

Pattaecione calumniosior. Παπταικίωνος συκοφαντικώτερος. Ab euentu natum. Nam Pattaecion quispiam infamis calumniator, cui quum mos esset bonis viris calumnias struere, atque hoc tam foedo quaestu parare rem, tandem deprehensus, conuictusque poenas dedit capite.

Crater litium. Κρατὴρ κακῶν. De re permolesta, siue de homine litium auctore. Aristoph.

Frustra Herculi. Εἰκῆ τῷ Ἡρακλεῖ. Subaudi, calumniam struxeris. De his dici consueuit, qui sic omnia sua negotia gerunt, vt nemo queat aut audeat calumniari. Nam Herculi mos erat res alienas vi abducere, non dolo. Conueniet aut in vehementer laudatum probatumque, aut in praepotentem, quem insimulare tutum non sit. Sunt, qui putent congruere, cum aliquis omnia facit impune, nec a quoquam accusatur.

Samii mores. Σαμιακὸς τρόπος. Quadrabit in eos, qui suos quosdam habent mores, a caeterorum moribus dissidentes.

Abydus, Abydenus. Abydenorum mores in prouerbium abierunt. Nam Abydeni dicti sunt sycophantae, seu molles et effoeminati.

CARPENTIS SEIPSVM.

Domesticum thesaurum calumniari. Τὸν οἴκοι θησαυρὸν διαβάλλεις. Conueniet in illos, qui sua ipsorum arcana non celant. Aristoph.

Propria vineta caedere. *Vt vineta egomet caedam mea*, id est, Vt a meipso incipiam. Translatum videri potest, vel ab amputantibus vineam, vel ab iis, qui per incuriam nouellas vites laedunt. Horat.

Quo transgressus. Pythagoras solitus est admonere adolescentes, vt, quoties domum ingrederentur, hunc versiculum suo cum animo versarent: Homer.

Πῇ παρέβην, τί δὲ ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη.

Omnis humanae vitae lapſus conſiſtit in tribus, aut cum ſecus fecimus quam oportet, i. e. plus, minusue quam decet, cui errori reſpondet, πῇ παρέβην; aut facimus, quod omiſſum oportuit, cui reſpondet, τί δὲ ἔρεξα; aut omittimus, quod factum oportuit, quo pertinet, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη.

CAVSA INDEFENSA.

Heteromolia cauſa. Ἑτερομόλιος δίκη. Dicitur apud Graecos, quae ab altera duntaxat agitur parte, nullo praeſente, qui contradicat. Ἀπὸ τοῦ τὸν ἕτερον μολεῖν, i. e. quod alter tantum accedat. Vſurpabitur non ineleganter, vbi quis damnat abſentem, veluti cum defunctorum libros carpimus.

Lucian. *Deſerta cauſa.* Ἐρήμη δίκη. Cum nemo repugnat. Tranſlatum a iudiciis, vbi nonnunquam altera pars cedens tradit cauſam aduerſario. Itaque deſerta cauſa vincere, eſt vincere nullo contra pugnante.

Phocyl. *Ne de lite pronuncies.* Τὶς ἂν δίκην κρίνοιεν. Admonet non temere pronunciandum de quopiam, niſi re vltro citroque diligenter cognita.

Ariſtoph. *Haud impune vindemiam facies.* Οὐκ ἐρήμας τρυγήσεις. In eos competet, qui nullo ſeruante, impune decerpunt vuas. Solent enim vitibus et pomariis adhiberi cuſtodes, praeſertim autumno, cum iam maturi foetus furem inuitant.

CEDENDVM MVLTITVDINI.

Plato. *Ne Hercules quidem aduerſus duos.* Μὴ δὲ Ἡρακλῆς πρὸς δύο. *Id eſt*, Nemo vſque adeo viribus excellit, vt vnus pluribus par eſſe poſſit. Neque

que indecorum eſt cedere multitudini. Erit autem ſuauior metaphora, ſi ſignificabimus, neminem quantumuis eruditum aduerſus duos in diſputando ſufficere, aut eumdem hominem pluribus negotiis ſuſtinendis, non eſſe ſimul parem, aut non poſſe reſiſti precibus duorum, rem eamdem petentium. Poterit et aliam in formam, verti prouerbium ad hunc modum, ſi negant vel Herculem aduerſus duos eſſe parem, quinam ego tam imbellis aduerſus duos Hercules ſtabo. Occaſionem adagii varie narrant; quidam aiunt Molionidas adortos aliquando Herculem ex inſidiis, atque illum hominum multitudine territum non auſum contra conſiſtere, ſed fuga ſaluti conſuluiſſe, idque in vulgi ſermonem abiiſſe. Vero propius eſt, Herculem conſtituto certamine Olympiaco, fretum viribus ſuis primum auſum certare cum duobus et vtroſque confeciſſe. Hos aiunt fuiſſe Cteaton et Eurytum Neptuno patre, et Moliona matre prognatos. Deinde proxima Olympiade conſimili modo congreſſum fuiſſe cum duobus quibuſdam, atque ab his fuiſſe ſuperatum; quamquam ſunt, qui hos exiſtiment fuiſſe Laeum et Pherandrum, ſed qui vicerint Herculem, non qui victi diſceſſerint. At Plato longe diuerſam ab his hiſtoriam adducit, puta Herculem cum hydra pariter et cancro quodam immani, qui e mari emerſerat, congreſſum, inferiorem diſceſſiſſe, atque ob id Iolai nepotis auxilium imploraſſe.

Vni cum duobus non eſt pugnandum. Affine eſt ſuperiori. Huc alluſit et Catullus in Epithalamio: *Noli pugnare duobus.* Homer.

Cedendum multitudini. Qui ſuadebit non eſſe pugnandum vni cum multis, et vbique multitudini morigerandum adducet illud Homer. Ἀλλά κεν αὐτοῦ ἀεικέα πότμον ἐπίσποι εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο. Idem.

Extra

Diog. *Extra publicum viam ne deflectas.* Loquendum vt plures; sapiendum vt pauci. Ita sunt quaedam, in quibus cum vulgo conuenire, dexteritatis est. Sunt rursum, in quibus a vulgo maxime dissidere virum bonum oportet.

Plurium calculus vincit. Τῶν πλειόνων ψῆφος νικᾷ. Quoties in consilio ceditur multitudini. Liuius, *Pars, inquit, maior meliorem vincit.* Plinius in epistolis queritur *numerari sententias, non expendi.*

Zenod. *Vnus vir, nullus vir.* Εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ. Sensus est, nihil egregium praestari posse ab vno homine, omni auxilio destituto. Poterit ad varios vsus deflecti prouerbium, vel ad insuauem vitam, si non adsit conuictor amicus, vel ad iudicium haud quaquam vni committendum, vel ad studium litterarium, quae citra socium et eiusdem, vt aiunt, aemulum musae plane friget, vel ad quoduis denique peragendum negotium, quod citra alterius adminiculum commode confici non queat.

Plato. *Contra duo contraria pugnare difficile.* Plat. Libro de leg. 11. Ὀρθὸν μὲν δὴ, πάλαι τι εἰρημένον, ὡς πρὸς δύο μάχεσθαι τἀναντία χαλεπὸν, καθάπερ ἐν τοῖς νόσοις πολλοῖς τε ἄλλοισι. Significat nobis esse geminam pugnam aduersus diuitias, tum aduersus egestatem.

Homer. *Vnus contra multos.* Apud Homerum multa in hanc sententiam, tametsi non iisdem verbis et locis, leguntur, vt in Odyss. υ.

Χαλεπὸν γὰρ ἐρυκακέειν ἕνα πολλούς.

Occasionem adagii varie narrant.

CVM AVXILIO, CITRA AVXILIVM.

Plato. *Frater viro adsit.* Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη. De fido auxilio dici solitum, propterea quod in rebus

bus periculosis vix vmquam frater soleat fratri deesse.

Sine ope diuina nihil valemus. Manca est omnium mortalium industria, omnisque conatus, nisi fauor aspiret diuinus. Ad id accommodabis illud Homer. Odyss. γ. Homer.

Πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι.

Ne gladium tollas mulier. Μὴ μάχαιραν ἄρει θῆλυ. Ne suscipias negotii molem, cum nequeas auxiliari. Potest in hunc trahi sensum: Spem ne ostendas, quam praestare non possis. Ne mineris aut ne lacesses inimicum, quum lacessitum non queas profligare.

Non absque Theseo. Οὐκ ἄνευ Θησέως. Cum significamus, rem alieno auxilio confici, aut rerum omnium communitatem ac societatem. Nam Zenodotus scribit, Theseum permultis viris fortissimis in certaminibus auxilio fuisse, vt Meleagro, in conficiendo apro Calydonio, Pirithoo pugnanti cum centauris, Herculi cum Amazonibus pugnanti, quamquam ex plerisque certaminibus nullum retulit praemium. Proinde quoties facinus aliquod alieno nomine celebratur, alterius tamen opera potissimum peractum, veluti, si quis librum suo nomine publicet, in quo sit doctioris alicuius adiutus opera, concinne notabitur hoc adagio. Plutarch.

Duobus pariter euntibus. Συνότε δύ' ἐρχομένω. Locus est apud Homerum, Iliados κ. vbi Diomedes iturus exploratum quid agant Troiani comitem postulat. Id enim fore tum iucundius, tum tutius. Apuleius autumat, allegoriam non infrugiferam huic Homerico subesse figmento, videlicet periculosis in rebus adhibenda duo, consilium et opem. Homer.

Nihil

Athen. *Nibil profuerit bulbus.* Οὐδὲν σ' ὀνήσει βολβὸς, ἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς. *Neruis carentem iuuerit bulbus nibil.*

Martial. *Nibil aliud, bulbis quam satur esse potes.* Bulbus autem ad irritandam Venerem valet. Licebit ad verecundiorem vsum trahere: Nihil prodest studium, ni vis adsit ingenii.

Terent. *Tradunt operas mutuas.* Translatum videtur ab agricolis vicinis, qui mutuam inter sese operam commodare solent, ab artificibus etiam, qui mutua nonnumquam vtuntur opera, maxime fabri aerarii.

Homer. *Alieno auxilio potentes:* Qui alienis praesidiis freti facinus aliquod egregium, aut qui alieni praetextu nominis aliquid faciunt, in eos apposite torquebitur illud Homeri Iliad. θ.

Στῆ δ' ἄρ' ὑπὸ Αἴαντος σάκεϊ Τελαμωνιάδαο.

Alieno ferox praesidio. Si quaeras innuere, quod ferox sit quispiam, et improba moliatur, id eum non facere domesticis viribus fretum, verum alicuius potentioris fultum praesidio, qui clanculum illi suppeditat et animum et opem, id accomodes licebit eodem ex libro.

Οὐχ ὁ γ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται ἀλλά τις ἄγχι
Ἕστηκ' ἀθανάτων νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους.

Diog. *Titanas imploras.* Τιτᾶνας καλεῖς. Vbi quis suis diffisus viribus alienum implorat auxilium. Sumtum a Gigantum fabula, in qua Iuppiter suo timens Olympo, Titanas in auxilium arcessiuit. Lepidior fiet allegoria, si longius a simplici figura recedat, veluti, si quis theologus non potens se diuinis litteris ad philosophorum rationes sese transferat.

Eurip. *Ancora domus.* Ancoram Graeci pro refugio prouerbialiter vsurpare solebant. Denique quid-

quidquid illud est, cui innitimur, cuiusque fulcimur fiducia, ancoram vocant. Metaphora a nauibus sumta, quae cum ancoris fultae sunt, veluti defensae a fluctibus quiescunt.

Columen familiae. Donatus columen dici putat, perinde quasi columnam dicas, cui reliqua domus innitatur, vnde antiquitus seruos maiores columellas dictos. Terent.

Nostro Marte. Quoties nullius auxiliis adiuti nostropte ingenio propriisque viribus rem peragimus, nostro Marte peragere dicimur: aut etiam eum nostro periculo res geritur. Translatum videtur ab imperatoribus, qui suis ipsorum auspiciis et copiis bellum sustinent. Cic.

Sine cortice nabis. Sine cortice nare dicuntur, qui iam per aetatem non egent custode morum, aut qui eo doctrinae processerunt, vt iam praeceptorum opera non habeant opus. Puto proverbium sumtum a iuuenibus, qui cum primitus natare discunt, corticibus aut suberibus ventri subligatis natant, deinde exercitatiores citra huiusmodi adminicula natare incipiunt. Horat.

Incaprificatus es. Ἀνερίνατος εἶ. Suidas putat dici in mollem, et infrugiferum. Sunt qui referant ad eos, qui tueri non queant id, quod nacti sunt, boni. Mariscis, qui caprifici foetus est, aiunt innasci vermiculum, quem Graeci ψῆνα vocant, horum vim colligunt rustici, deque fici ramis suspendunt, ne videlicet foetus ante tempus, et immaturi defluant. Nam vermes protinus per rimas irrepunt, atque hoc modo maturescunt fici. Arbor, cui hoc maturitatis remedium non fuerat adhibitum, ἀνερίνατος appellabatur, atque hinc deinde transferebatur in hominem inutilem, a quo nihil bonae frugis esset exspectandum. Suidas.

Multae manus onus leuius reddant. Significat etiam difficilia facile confici, si quis non ipse Hesiod.

solus

solus negotium aggrediatur, sed in plures adiutores et auxiliares manus partiatur. Sumtum a tollendis oneribus. Hesiod. in opere Ἔργα καὶ ἡμέρας.

Πλέων καὶ πλειόνων μελέτη.

Homerus Iliad. μ.

Ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον, πλεόνων δέ τι ἔργον ἄμεινον.

Homer. *Re opitulandum, non verbis.* Cum re opus est, nil prosunt verba, veluti si quis egeat pecuniariis suppetiis, quorsum attinet huic aures explere dictis? Rursum in consultationibus, in iudiciis agendum; est rationibus, non vi. Homer. Iliad. π.

Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.

Plutarch. *Chordae vice.* Ὡς ἀντὶ χορδῆς. Conueniet, vbi quod alicubi diminutum videbatur, supplementum aliunde significabimus. Eunomus Locrensis, et Aristo Rheginensis cum in canendi certamen venissent, in Eunomi cithara vna inter canendum chorda frangebatur, tum cicada superuolans adstitit, ac vocem alioqui defuturam suo cantu suppleuit. *vid. prou. Acanthia cicada.*

Zenod. *Viuus fueris, vel caepe solum accipies.* Ζωὸς γενήσῃ, κρόμμυον μόνον λαβών. In eos dici solitum, qui e re quapiam pusilla magnam opinionem consequuntur. Apparet natum ab aegroto, qui medico porrigente caepe, reualuerit, herbam alioqui plebeiam, nec eam admodum salubrem corpori.

Papyri fructus non postulat magnam spicam. Βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ μέγαν στάχυν. Dici solitum de iis, qui digne suis ipsorum bonis frui non possent propterea quod byblus ob culmos inualidos spicam granis onustam ferre non potest. Proinde

Proinde prodit quidem ſpicas, ſed inanes. Byblus autem iunci ſpecies, quam Latini papyrum appellant.

Si Deus voluerit. De re futura, cuius exitus pendeat a Dei fauore. Nam etiam vulgo dicunt ominis cauſa, ſi Deus voluerit, atque ita nos loqui Iacobus Apoſtolus docet.

Meis auſpiciis. Pro meo arbitrio, meiſque praeſidiis dixit Maro Aeneid. 4. Translatum ab Imperatoribus Romanis, quibus mos erat, non committere praelium niſi conſultis auſpiciis. Virgil.

Porrigere manus. Pro auxilio eſſe, vulgatiſſimum eſt, ſed elegans. Feſtiuius erit de rebus animi, veluti ſi dicas, animo deiecto manum porrigit philoſophia. Vlpian.

Sine canibus et retibus. Ἄνευ κυνῶν τε καὶ λίνων. Hoc quidem ſchemate Pindarus ſignificauit ſummam celeritatem. Quis enim pedibus aſſequatur ceruos, niſi aut a canibus remorentur, aut implicentur retibus. Conueniet tamen in eos, qui clancularii artibus capiunt praedam. Dicitur et in eos, qui non alienis praeſidiis, ſed proprio Marte rem gerunt. Pindar.

Pecunia abſque peculio fragilis. Inter agricolas prouerbium iactatum fuit. Solent autem ſenes aut agricolae ſummam aliquam ſeponere, ne nihil ſupereſſet, ſi res incendio, bello, aut ferro perirent. Poteſt deflecti in eum: qui felicitatis ſummam ponit non in rebus extrariis, ſed in animi bonis, vt illis caſu perditis, habeat quo confugiat, nec deſpondeat animum. Quod proprie noſtrum eſt, peculium dicitur, et quae noſtra ſunt, fortuna eripere non poteſt. Procul.

Summa vi defendere. Si quis alterum ſumma vi tuebitur, quadrabit illud Homeri Iliad. Z. Homer.

Πρόσθε δέ οἱ δόρυ τ' ἔχε καὶ ἀσπίδα πάντοσε
ἴσην.

Tamquam heros in clypeo excipere. Ἀλλ' ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι σε βούλομαι. Dici folitum, vbi quis fuis ipfius artibus aut benefactis fretus, de amicis bene mereri conaretur. Inde ductum, quod antiquitus heroes, affidue in armis agentes, velut in clypeo verfabantur, et fi quid opus fuiffet amicis, quod armis praeftari poterat, id promte praeftabant, vtpote fola virtute diuites. Ex tergoribus enim integebantur clypei.

CITRA LABOREM.

Plinius. *Citra puluerem.* Ἀκονιτί. Graeci dicunt contingere, quo quis facile citraque negotium potitur. Tranflatum vel ab Aphe, *id eft*, a pulueris contactu, quo fe fpargebat in palaeftrico certamine congreffurus, vel a puluere, quo non indecore fordidari fcripfit Horatius eos, qui certant olympia, quiue bellum gerunt.

Lucian. *Citra orationem citraque fementem.* Quae citra noftram operam cafu nobis eueniunt ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicunt Graeci; Natum apparet adagium a fabula infularum fortunatarum.

Stob. *Vltro Deus fuppeditat bona.* Αὐτομάτως ὁ Θεὸς ἀνίησι τὰ ἀγαθά. Quoties res citra noftram operam feliciter cadunt, quafi Deo quopiam procurante.

Liuius. *Sub aliena arbore fructum.* Ex aliena arbore fructum legere dicuntur, qui fruuntur aliorum laboribus. Finitimum eft illi: *Alienam metis meffem.*

Dormienti rete trahit. Εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ. In eos, quibus citra conatum obtingunt ea, quae cupiunt. Natum ex euentu, quod aliquando acciderit, vt dormientibus pifcatoribus, pifces forte retibus inuoluti caperentur.

H CLA-

CLAMOSVS.

Septem conuiuium, nouem conuicium. Elegans vel ob ipsam παρονομασίαν, sententia, qua significatum est, in conuiuium paucos adhibendos esse, alioqui fore tumultuosum atque insuaue. Exstabant antiquitus leges, quae praescriberent, simul et moderatum conuiuarum numerum et sumtus modicos. Gellius.

Clamosior lauro ardente. Μάζονα βοᾷ δάφνης χλώρας καιομένης. Propterea quod laurus adhuc virens in ignem coniecta, maximos crepitus edit. Vnde et in maleficiis amatoriis incendi consueuit, tamquam amantium querimonias repraesentans. Diog.

Vsque ad rauim. Ἄχρι κόρυ. Plautus et quidem lepidius dixit, vsque ad rauim, pro eo quod est, improbe, saepius, clamose adeo, vt vox etiam toties vociferanti raucescat. Plaut.

Claudiana tonitrua. Festus Pompeius scribit ideo vocata Claudiana tonitrua, quod Claudius Pulcher instituerit, vt ludis post scenam factis, lapidum coniectus ita fieret, vt veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leues admodum et parvos sonitus fieri solitos, cum claui et lapides in labrum aeneum coniicerentur. Dici potest in homines immodice clamosos, et odiose obstreperos. Fest. Pomp.

Apertis tibiis. Translatum a tibicinibus, qui quaedam obturatis tibiarum foraminibus, quasique pressiore sono canunt, quaedam apertis tibiis, acriore sonitu. Venustior erit metaphora, si quis dicatur apertis tibiis inuehi in aliquem, id est, non clanculum obtrectare, sed palam insectari laceraréque conuiciis, aut apertis tibiis laudes cuiuspiam celebrare, id est, palam et magnifice. Quinct.

Aristoph. *Cyclobori vox.* Κυκλοβόρυ φωνή. De clamosis et vehementer obstreperis dicebatur, aut quibus vox esset rauca et vitiosa. Cycloborus fluvius quidam Atticae, ingenti strepitu defluens, vnde ductum prouerbium.

Sarpedonium littus. Σαρπηδονία ἀκτή. De re turbulenta recte dixeris, siue de vehementer clamosis et obstreperis. Est enim huiusmodi quoddam littus Thraciae Neptuno sacrum, quod assiduis fluctibus tunditur. Est et aliud eiusdem nominis in Cilicia rursum aliud iuxta oceanum, vbi gorgonibus sedes esse ferunt.

Homer. *Stentore clamosior.* Sumtum a fabula Stentoris, cuius meminit Homerus, iliad. C. eique ferream, hoc est, inuictam attribuit vocem.

Idem. *In clamosos.* Ingentem inter litigandum aut disputandum vociferationem indicabimus eo adagio, quod de Neptuno scripsit Homerus Iliad. ε.

Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι
Ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυνάγοντες ἄρηος.

Homer. *Absit clamor in colloquio aut lusu.* Qui iubebit in conuiuio colloquioue temperare a vociferatione, accommodabit illud Homeri. Odyss. π.

Νῦν μὲν δαινύμενοι τερπώμεθα, μηδὲ βοητὺς Ἔστω.

Zenod. *Abydena illatio.* Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Dici solitum, vbi quis obstrepit aut conuiuantibus, aut aliud quippiam agentibus, et tumultu molestiam adfert. Hinc est natum, quod olim Abydenis mos fuerit, si quem ciuem aut hospitem acciperent conuiuio, praeterea in sacris ac sollemnibus epulis, vt post vnguentum aut coronas, infantes a nutricibus inducerentur, circumferrenturque suauiandi, vagientibus autem et clamantibus pueris, garrientibus item et obstrepentibus nutriculis conuiuium tumultuosum et iniucun-

cundum reddebant. Ergo cum amicis aliquot suauiter colloquentibus interueniet rabula quispiam et immodice loquax, qui confabulationem sua loquacitate sit inamoena redditurus, recte dicemus hoc adagium ἐπιφορήματα dicuntur bellaria siue secundae mensae ab inferendo, non ab acclamando.

Calamoboas. Antipater cum nec vellet, nec posset congredi cominus cum Carneade, qui magna vehementia inuehebatur in Stoicos, semet ad scribendum vertit, multosque libros edidit maledicos et ineptos, in quibus passim contradicebat Carneadi. Hinc vulgo cognomen adeptus est καλαμοβόας, quod non lingua, sed calamo vociferaretur.

Λαρυγγίζειν. Graecis dicuntur, qui non loquuntur naturali modo, sed dilatato gutture effundunt immanem vocem. Quemadmodum et canunt nonnulli.

Columnas rumpere. Aelianus prodidit, in Samo quondam fuisse animalia vasta magnitudine, Neades vocantur, quorum voce terra rumperetur. Vnde prouerbium natum in clamosos et improbe loquaces, vt postes et columnas dicantur rumpere.

COMMODVM MAGNO EMTVM.

Vale carum lumen. Χαῖρε φίλον φῶς. Hoc apparet vulgo dici solitum, quoties exstingueretur lucerna. Referunt autem ad fabulam. Narrant enim anum quampiam, quum nuda libidinari pararet, exstinxisse lucernam, ne rugae situsque corporis offenderet, et exstinguentem haec dixisse. Tametsi Plutarchus indicat dictum a quodam, qui amicae prodeunti in conspectum cum ipse vino opinor caecutiret, haec inquit. Poterit ad varios casus applicari, siue, cum nos signi- Ambros.

ficamus licentius agere velle, siue cum relinquimus amicum aut rem tenerius adamatam, siue cum innuimus mulierem iam marcida forma, quaeque non possit, nisi per tenebras adamari, siue cum significabimus rem longe carissimam. Siquidem Ambrosius refert ad huiusmodi fabulam, Theotimo cuipiam, cum graui morbo oculorum laboraret, medici interminati fuerant, ne cum vxore rem haberet. Si faceret, prorsus caecitatem imminere. Verum is libidinis impatiens, non potuit sibi temperare, quin vxorem amplecteretur. Itaque cum iam medio Veneris calore ferueret, et in mentem venisset medicorum interdictum, haec inquit.

COMMODVM INTERVERSVM.

Alii sementem faciunt, alii metent. Ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δὲ ἀμήσονται. Alii laborant, alii percipiunt emolumentum.

Aristoph. *Mazam pinsuit a me pistam.* Μάζαν μεμαχὼς τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. De iis dici solitum, qui sibi alienae industriae laudem vindicant, et magnam gloriam alieno labore partam, verbis in se transmouent. Maza cibi genus est ex lacte et farina, ferme panis instar, confectum.

CONATVS.

Omnibus Neruis. Id est, Summa vi, summoque studio. Nam robur iuxta Philosophos in neruis situm. Vnde et *neruos intendere*, *expedire neruos*, et *neruosa* dicimus, quae vegeta validaque, minimeque languida.

Omnem vocem mittere. Πᾶσαν φωνὴν ἱέσθαι. Dicebantur, qui nihil omittebant, quo persuaderent. Sumtum videtur ab incantamentis, in qui-

quibus, si parum mouent preces, adhibent efficaciores.

Omni telorum genere oppugnare. Pro eo quod est, modis omnibus insectari. Cui finitimum est: *Caesim ac punctim*, nam his duobus modis hostem impetimus.

Manibus pedibusque. Extremum conatum significantes dicitur. Nam per manus declaratur industria conficiendi negotii, per pedes maturandi celeritas. Terent.

Pro mea virili. Quum pollicemur nos operam nostram praestituros.

Remis velisque. Inde translatum, quod quum nauis simul et remigio et velo impellitur, summus est nautarum conatus. Cicero.

Ancoras tollere. Pro eo quod est, Moliri discessum, quod genus et illud: *Talaria nectere; Oram soluere.* Varro.

Omni pede standum. Ὅλῳ ποδί. Pro eo quod est, summa vi summoque nisu. Quinctilianus ab agricolis profectum esse testatur, nisi videri poterat traductum ab iis, qui in acie constanter partes suas tuentur, neque locum deserunt, aut a palaestritis, quorum artis est, scite pedem figere. Suidas.

Toto pectore. Quum sincerum et absolutum amorem significabimus. Etiam ad studium diligentiamque referri potest. Cic.

Cum hasta, cum scuto. Σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι. Vbi quis omni conatu rem aggreditur. Sumta metaphora a milite armis omnibus instructo. Homerus: ἐγχεῖ τ' ἄορί τε μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν. Homer.

Omni certaminis genere. Cum innuimus omni certaminis genere congressum esse, veluti, si quis dicat, in omni disciplina disputatum acriter, conueniet illud ex Odyss. β. Idem.

Πύξ τε παλαισμοσύνῃ τε καὶ ἅλμασιν ἠδὲ πόδεσσιν.

Item vbi quis oſtendit, ſe nullum detrectare certamen, ſed ad quoduis ingenii experimentum paratum eſſe.

Terent. *Surſum ac deorſum. Id eſt*, huc atque illuc. Proinde prouerbium accommodabitur vel ad omnia tentantem, vel ad omnia confundentem, vel ad diligentiam omni ex parte negotium circumſpicientis. Metaphora ſumta videtur a Siſyphi fabula, ſaxum voluentis apud inferos.

Homer. *Rem nouam aggredior.* Si quando ſignificabis, te rem arduam ac nouam moliturum et aliis adhuc intentatam, accommodabis illud ex Odyſſ. χ.

> Νῦν αὖτε σκοπὸν ἄλλον, ὃν οὔπω τις βάλεν ἀνὴρ
> Εἴσομαι αἴκε τύχωμι.

Ariſtoph. *Summis vti velis.* Ἄκροις χρῆσθαι τοῖς ἱστίοις. In eos, qui maximo conatu adnituntur atque incumbunt, aut qui omnem captant occaſionem. Mutuo ſumtum a nautis, qui velum alte attollunt, quo currant celerius.

Tibull. *In magnis ete voluiſſe ſat eſt.* Hanc ſententiam Angelus Politianus non inſcite vertit Graece.:

Ἀρκεῖ δὲ ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον. Apul. in Floridis lib. 4. *Maiore ſcilicet voluntate, quam facultate. Eoque propenſius fortaſſe laudanda voluntas eſt, quod omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in caſu eſt.* Conuenit, vbi quis maiora viribus conatur, tametſi rei ſuſceptae magnitudine non facit ſatis, tamen hoc ipſo nomine laudem promeretur, quod rem pulcerrimam tentauerit.

Horat. *Miſcebis ſacra profanis.* Id eſt, nihil non facies. Item. Confundes faſque nefaſque. Qui nihil habent penſi, quique nihil non audent, miſcent ſacra profanis. Apud veteres multum erat diſcriminis inter res hominum ac deorum.

Aut

Aut terra, aut mari. Plautus dixit, pro quacumque ratione. Sumtum ab historicis, qui referunt res terra marique gestas, et gentes terra marique expugnatas. Cicero pro Cluentio: *Cuius tantae res gestae terra marique exstiterunt.* Plaut.

Commouere sacro. Plautus dixit, pro eo quod est, extrema experiri praesidia. Hinc dictum apparet quod rebus desperatis solent homines ad deorum praesidia confugere. Idem.

Mare caelo miscere. Prouerbialis hyperbole est, pro eo quod est, omnia peturbare nihilque non facere. Liuius.

Terra marique. Quoties extremum conatum studiumque significamus. Theogn.

Frustratus conatus. Qui spe frustratus sua, non assequitur id, quod ambiebat, in hunc non incongrue torquebitur illud Homeri, Iliad. θ. Homer.

> Βαλέειν ὁ δὲ ἵετο θυμὸς, καὶ τοῦ μὲν ῥ' ἀφάμαρτο.

CONCORDIA.

Concordia fulciuntur opes etiam exiguae. Sententia est prouerbialis in lib. Iliad. ν. huiusmodi: Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν. Hac conueniet vti, si quando significabimus, non esse contemnendam amicitiam, aut simultatem multorum, etiamsi fuerint alioquin imbecilles, et quorum singulos quiuis facile contemnat. Nam quemadmodum, vt ait Ouidius, *Et quae non prosunt singula, multa iuuant*, ita, quae non laedunt singula, multa nocent. Homer.

Concordia. In absolutam concordiam, omniumque rerum consensum conueniet illud: Idem.

> Οὐδέ ποτ' εἶν ἀγορῇ δίχ' ἐβάζομεν, οὔτε ἐνὶ βουλῇ,
> Ἀλλ' ἕνα θυμὸν ἔχοντε νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλῇ.

Aristoph. *Pariter remum ducere.* Qui simul remigant certis numeris impellunt remos, vt inter se consentiant, alioquin nihil acturi. Hinc Aristophan. in Auib. dixit ὁμοῤῥοθῶ, pro assentior, et eodem enitor, quo tu, ex composita est, ab ὁμῶ simul, et ῥοθέω impetu feror.

Velut in cratere. Ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίω. Quo significabimus res antea turbulentas componi sedarique, et prius inter se inimicos, in gratiam redigi. Dicitur autem crater philothesius, quem in conuiuiis porrigunt aliis alii ceu amicitiae symbolum ac pignus; veluti, qui filiam alicui despond eret, futuro genero praelibans, φιλοτήσιον κρατῆρα porrigebat.

Homer. *Mutua defensatio.* Mutuam complurium inter ipsos concordiam mutuamque defensationem notabimus non infacete versibus his Homeri:

Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Plato. *In idem conspirare.* Εἰς τ' αὐτὸν ξυμφῦσαι. Si iungas duos equos inter se ignotos, non ferunt sese, tandem assuetudine, posteaquam vterque alterius halitui assueuerit, concordes sunt. Itaque pariter anhelasse sub eodem iugo gignit concordiam.

Homer. *Mutua defensio tutissima.* Quo significatur, minus eos laedi posse, qui concordes mutuo sese defendunt; contra omnium iniuriae obnoxios illos, qui diffident factionibus intestinis, accommodabit illud Homeri, ex Iliad. Π.

Πυκνότεροι τέ πολὺ φθίνυθον, μέμνηντο γὰρ αἰεὶ,
Ἀλλήλοις' ἀν' ὅμιλον ἀλεξέμεναι πόνον αἰπύν

Terent. *Trahunt operas mutuas.* De adolescentibus dicitur, qui se vicissim in peccatis defendunt, Trans-

Translatum ab agricolis vicinis, qui mutuam inter sese operam commodare solent, aut ab artificibus, qui mutua nonnumquam vtuntur opera, maxime fabri aerarii.

Vt in velabro olearii. Prouerbialis similitudo de iis, qui conspirarunt, remque gerunt ex composito. Velabrum autem, auctore Varrone, locus erat Romae, in quo olearii distrahebant oleum. Mos autem huic hominum generi, vt inter sese de pretio conspirent, quo pluris vendant. Plaut.

CONIECTVRAE.

Leonem ex vnguibus aestimare. Ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα γινώσκειν. Ex vna quapiam coniectura negotium vniuersum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima coniicere. Natum adagium a Phidia statuario, qui inspectu leonis duntaxat vngui, quantus esset totus leo, perpendit, totumque ex indicio vnguis effinxit. Lucian.

E fimbria de texto iudico. Ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκω. Hoc est, ex vno aliquo pusillo reliquorum facio coniecturam. Translatum a negociatoribus, qui inspecta texti margine, facile de reliquo iudicant. Idem.

E naevo cognoscere, est ex re quapiam minima totum hominis ingenium aestimare. Metaph. sumta ab iis, qui cum infantes exponunt, iisdem addunt crepundia, aut naeuum aliquem in corpore notant.

De gustu cognosco. Ἐκ γεύματος γινώσκω. *Hoc est*, ex minima experientia. Ductum item a negotiatoribus, qui gustato duntaxat vino aut oleo de reliquo mox pronunciant. Theogn.

Aethiopem ex vultu iudico. Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τῆς ὄψεως γινώσκω. Prae se fert enim Aethiops, nigrore vultus, intortis capillis, labris tumentibus, den-

dentium candore, patriam suam. Vestem enim non faciem mutare potest.

De fructu arborem cognosco. Ἐκ τοῦ καρποῦ δένδρον γινώσκω. E factis hominem iudico. Quae paroemia etiam in Euangelicis litteris exstat.

Cic. *De facie nosse.* Est leuiter cognitum habere. Id, si transferatur ad res animi, fiet venustius.

Cauda de vulpe testatur. Ἡ κέρκος τῇ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ. In eos, qui pusilla in re, cuiusmodi sint, declarant. Vulpi cauda pro corpore maior est ac pilosior, vt non sit facile celare.

Ex fronte perspicere. Ex fronte perspicere dicimur, quod statim et velut ipso protinus occursu percipimus. Sumtum a Physionomicis, qui ex oris lineamentis reliquaque corporis specie ingenium hominis volunt deprehendere.

Homer. *Ex habitu bonum virum prae se fert.* Qui dicet ex ipsa oris figura videri probum hominem, citabit illud Homeri ex Odyss. α.

Οὐ μὲν γάρ τι κακῷ εἰς ὦπα ἐώκει.

Lucian. *Ex stipula cognoscere.* Ἐκ τῆς καλάμης γινώσκειν. Dicitur, quoties e vestigiis quibusdam in senecta reliquis, coniecturam facimus, cuiusmodi quis fuerit in adolescentia. Translata metaphora a segetibus.

E culmo spicam coniicere. Eustathius Odyss. ξ.

Ἐκ καλάμης δῆλός ἐστιν ὁ τεθερισμένος στάχυς.

Etiam in sene apparet, cuiusmodi fuerit iuvenis.

E cantu dignoscitur auis. Qualis vir, talis oratio. Iactatur vulgo similimum huic: E plumis auem dignosce, *id est*, e cultu spectari vitam et ingenium hominis.

Effoe-

Effoeminatorum etiam oratio effoeminata. Ἔνεισιν ἐν δειλοῖσιν ἄνανδροι λόγοι. Vt quisque est, ita et loquitur. Zenod.

Ex vno omnia specta. Ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὅρα. Admonet adagium, ex vnius euentus experimento, reliquorum similium coniecturam oportere facere.

Domi coniecturam facere. Οἴκοθεν εἰκάζειν. Quod non aliunde petitur, id domi fieri proverbio dicitur. Plautus: *Hanc ego de me coniecturam domi facio*, hoc est, meopte experimento comperi. Plaut.

Prima facie, prima fronte. Sapiunt haec quoque prouerbium, maxime quum ad res incorporeas referuntur: *Prima facie, prima fronte*, pro eo quod est, primo obtutu, et priusquam pressius ac diligentius consideres. Plato.

Cribro diuinare Κοσκίνῳ μαντεύεσθαι. Est coniectura sagaci rem deprehendere, aut stulte de rebus occultis diuinare, Apud veteres vaticinia peragebantur cribro, lauro, tripode. Lucian.

Signum bonum aut malum. Σύμβολος ἀγαθὸς, ἢ καὶ φαῦλος. Vbi quis de re incognita diuina incertus. Symbolum aiunt augurium appellari, quod sumitur e sternutamentis, aut primum hominem occursum, ex quo signum aliquod euentus captabant.

Stellis signare. Obelo notare. Ἄστροις σημειοῦσθαι, ἢ ἄστροις τεκμαίρεσθαι. Dictum de his, qui longam ac desertam viam peragunt, adeo vt necessum habeant regionum situm stellarum obseruatione signare. Vnde videntur stellis notare viam ii, qui notulis quibusdam et coniecturis arte deprehensis, rem alloqui peruestigatu difficilem inquirunt, aut assequuntur, aut qui signis quibusdam multo ante colligunt, quid sit euenturum. Postea deflexum est vt stellis praenotare dicantur, qui quippiam velut animaduertendum insigni- Eustat.

ſigniunt. Cui diuerſum eſt, ὀβελίζειν, id eſt veru praenotato, quaſi iugulare ac damnare. Tranſlatum ab Ariſtarcho, qui Homeri carmina in corpus redegit, atque in libros degeſſit, verſus nothos, hoc eſt adulterinos et ſubditítios, quae non viderentur ſapere venam illam Homericam, ὀβελίσκοις, id eſt, minutis verubus praenotatis damnans, contra qui viderentur inſignes ac genuini, ἀστερίσκοις, id eſt, ſtellulis illuſtrans. Ducta etiam eſſe videtur metaphora a nauigantibus qui, cum eouſque prouecti ſunt a terra, vt iam caelum vndique et vndique pontus, ſtellarum indicio curſum modeſari ſolent maxime cynoſurae et helices.

Ariſtot. *Vna hirundo non facit ver.* Μία χελιδὼν ἔαρ ἐ ποιεῖ. *Id eſt*, Vnus dies non ſat eſt ad parandam virtutem aut eruditionem, aut non vnum aliquod benefactum benedictumque ſufficit, vt viri aut oratoris boni cognomen promerearis, aut, vt certum aliquid cognoſcas, non ſatis eſt vnica coniectura. Sumtum ab hirundinis natura, quae veris eſt nuncia. Nam hieme deuolat.

Omnibus veſtigiis inquirere. Πᾶσιν ἴχνεσι ζητεῖν. Dicitur, qui ſumma cura ſummaque diligentia rem perueſtigat. Metaphora ſumta eſt a venatoribus.

Cic. *Qui bene coniiciet, hunc vatem.* Scil. perhibeto optimum. Admonet adagium futurorum praeſcientiam non e ſortibus aut auguriis petendam eſſe, ſed a prudentia: Siquidem, qui prudentia ſit praeditus, is ex praeteritorum praeſentiumque coniecturis facile proſpicet, quid ſit euenturum.

Certum proſpicio. Qui ſe negabit temere, male ſecuſque de exitu rei cuiuspiam ſentire, ſed certis adductum argumentis et pluribus experimentis obſeruaſſe accommodabit illud Homeri:

Ὦν

Οὐ γὰρ ἀπείρητος μαντεύσομαι ἀλλὰ εὖ εἰδώς.

Rem acu tetigisti. Pro eo quod est, rem ipsam diuinasti nihil aberrans. Metaphora sumta videri potest a lusu quopiam, in quo diuinator, id quod alius notasset, summa acu tangebat, aut lineam, aut calculum, aut aliud quiddam simile. Plaut.

Scopum attingere. Τυγχάνειν τοῦ σκοποῦ. Est voti compotem fieri, aut coniectura rem ipsam assequi. Aberrare a scopo, non attingere scopum, atque id genus aliae figurae omnes proverbium sapiunt. Lucian.

Crepitu probabis. Πλατάγῃ δοκιμάσεις. De iis qui ridicule explorant alterius in sese animum. Sumtum a vulgari ioco puellarum, quae imposito pollici, medioque digito papaueris folio, palmam illidunt, quod si crepuerit, amoris argumentum est, sin minus, non amantis indicium.

Qualis vir talis oratio. Id prouerbii non solum locum habet, cum improbum aut probum virum arguit oratio verum etiam cum ex stilo perpendimus ingenium cuiusque omnemque mentis habitum ex ipsa dictionis ratione coniectamus. Breui, omne vitae simulacrum, omnis animi vis, in oratione perinde vt in speculo repraesentatur, ac vel intima pectoris, arcanis quibusdam vestigiis deprehenduntur. Seneca.

Quamquam non dixeris, tamen apparet e pelle. Res ipsa redarguit mendacem, et oris habitus. Vnde illud Ciceronis: *Nisi fingeres, non sic diceres.*

Protinus apparet, quae plantae frugiferae futurae,
Αὐτίκα καὶ φυτὰ δῆλα ἃ μέλλει κάρπιμ' ἔσεσθαι.
Et in pueris elucet indoles futurae probitatis.

Leonem videre, hostium praelia protendit. Λέοντας ἰδεῖν, δυσμενῶν δηλοῖ μάχας. Translatum vel a somnio- Suidas.

a somniorum coniecturis, vel obseruantibus auguria.

Suidas. *Mortuos videns.* Νεκρὰς ὁρῶν, νίκρωσιν ἕξεις πράγμάτων. Refertur a Suida, tamquam vulgo iactatum de diuinatione, quae sumitur ab insomniis, superstitione omnium vanissima. Id tamen ita dictum est, quod mors finis sit omnium huius vitae malorum.

Mortuus per somnium, vacabis curis. Θανὼν καθ' ὕπνας φροντίδων ἔσῃ δίχα. Versiculus vulgo iactatus apud Graecos. Existimabant enim, eum qui se mori somniasset, a curis molestiisque liberatum iri, quod mors finem doloribus imponere videatur.

CONSILIVM.

Zenod. *Res sacra consultor.* Σύμβουλος ἱερὸν χρῆμα. Sensus est adagionis, plurimum vtilitatis adferre bene consulentem, aut religiose ac pure dandum consilium iis, quibus est opus.

Homer. *Suadeo, quod ipse facturus essem.* Cum alteri damus consilium, quo non grauemur ipsi vti in simili causa, conueniet illud Calypsus ex Homer. Odyss. E.

Ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω καὶ φράσσομαι, ὅσσ' ἂν ἔμοίπερ
Αὐτῇ μηδοίμην, ὅτε με χρειὼ τόσον ἵκοι.

CONTEMT. ET VILITAT.

Horat. *Tineas pascere.* Quae neglecta situ pereunt. Translatum a vestibus aut libris diu reconditis et intactis.

Persius. *Homo tressis.* Persius tressem Agasonem appellat contemtissimum homuncionem. Tressem autem dixit nouem, quasi tribus assibus aestimandum. Assis autem erat aerei numuli genus.

Semissis

Semiſſis homo. M. Tullius libr. ad Atticum V. Vatinium ſemiſſem hominem vocat viliſſimum et contemtiſſimum. Cic.

Ne crepitu quidem digiti dignum. Οὐκ ἄξιον ὄντα ψόφου δακτύλων. Et geſtus is et prouerbium in hodiernum vſque diem manet apud noſtrates, cum aiunt: *Ne huius quidem facio.*

Concha dignus. Κόγχης ἄξιος. Rem nullius pretii concham dicunt Graeci, quemadmodum Latini hauci aut floccum. Suidas.

Ne ligula quidem dignus. Κορδύλης οὐκ ἄξιος. Dicebatur homo nequam et nullius pretii. Quod prouerbii durat etiam hodiernis diebus apud latinos vulgo iactatum. Tametſi magis arbitror piſcis cordulae vtilitatem prouerbio feciſſe locum.

Tithymallus Laconicus. Τιθύμαλλος λακωνικός. In lippientes oculiſque caecutientes dicebatur. Tithymallus herbae genus, apud Lacones repertum, ſingularis acrimoniae, quo ſub noctem oculos illinebant ad viſum acuendum.

Semper me tales hoſtes inſequantur. Ἀεί τοιοῦτοί με πόλεμοι διώκοιεν. Vbi quoſdam libenter odimus, ac ſimultatem eorum contemnimus. Poteſt accommodari et in eos, qui deſciſcunt ab amicitia, ſed vt inimici nihil queant nocere. Idem.

Incus maxima non metuit ſtrepitum. Excelſus animus non commouetur minis, aut fortunae ſaeuientis procellis. Ab incudibus fabrorum aerariorum, quae tametſi tunduntur crebris malleorum ictibus, tamen haut quaquam loco mouentur.

Aquila non capiat muſcas. Ἀετὸς ὁ θηρεύει τὰς μυίας. Summi viri negligunt minutula quaepiam. Animus excelſus res humiles deſpicit. Effertur et citra negationem adagium. *Aquila venatur muſcas*, quoties magnis minima ſunt curae.

Elephantus non capit murem. Ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει. *Id est*, Generosus et excelsus animus negligit praedas viles, ac lucella minuta.

Aquila thripas aspiciens. Ἀετὸς θρῖπας ὁρῶν. De Magnis, qui pusilla negligunt, Est trips auicula quaepiam minutissima, quam aquila, quum videat, vt est oculatissima, haut tamen dignatur persequi, vtpote praedam vnguibus suis parum dignam.

Suidas. *Aquilam cornix prouocat.* Ἀετὸν κορώνη ἐρεσχελεῖ. Tradunt peculiare cornicibus esse, irritare Aquilam: verum illa negligit prouocantem, intelligens nimirum sibi ab illa noceri non posse. Locus igitur adagio fuerit, si quando leuiusculus quispiam homuncio, qui neque prodesse queat, neque laedere maximis viris oblatrat.

Asinus compluitur. Ὄνος ὕεται. Dictum apparet in eos, qui maledictis nihil omnino commoventur. Quemadmodum asinus ob cutis duritiem adeo pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fustem sentiat.

Plaut. *Susque deque.* Apud Plautum atque alios auctores inuenitur, Susque deque fero, et Susque deque habeo, pro eo quod est; Nihil mea refert, nihil laboro. Aulus Gellius scribit, Susque deque ferre, idem valere quod aequo animo esse, atque interdum negligere et contemnere.

Apulei. *Manum non verterim.* Pro eo quod est: Nihil omnino laboro. Mea nihil refert: Nihil enim facilius, quam manum vertere

Seneca. *Quod non est opus, asse carum est. Hoc est*, Quamtumuis paruo emtum, tamen carum est, si nec opus est eo. Potest ad complures accommodari sententias, vt si quis dicat artem quampiam minimo negotio posse disci, quae tamen nihil frugis sit allatura, responderi posset, quod non est opus, asse carum est.

Sisinius. *Vapula papyria.* Dici solitum, si quando volebant significare se negligere minas aliquorum,

Natum

Natum a Papyrio praetextato, a quo mater comminando plagas frustra conata est exsculpere quid esset actum in senatu. Aut subaudiendum est lege, vt sit comminantis poenam legis Papyriae, aut de Papyria, vxore Paulli Aemylii, quae repudiata est a marito, cum repudii caussam nemo scire potuerit.

Asinus esuriens fustem negligit. Ὄνος πεινῶν ῥοπάλου ἀμελεῖ. In eos congruit, qui ventris compendique gratia, quamuis contumeliam perferunt. Aristo.

Pili non facio. Ne pilo quidem melior, quum minimum quiddam momenti significatur. Cicero.

Quam curat testudo muscas. Ὅσον μέλει τῇ χελώνῃ μυιῶν. Testudini nihil nocere possunt muscae, propter testam, qua munita est. Suidas.

Nauci non facio. Nauci facio. Pro eo quod est, nihil facere. Grammatici quidam aiunt nauci significare nucis putamen aut oleae nucleum, aut eam membranulam, quae visitur in medio nucis iuglandis intersita, denique rei cuiusuis putamen, quod graeci περίψημα, nauci vocatum existimant. Quidam a voce graeca deducunt ναυκα, quod declarat pellem caprinam. Plaut.

Flocci non facio aut Flocci facio. Flocci facere, et, Ne flocci quidem facere, pro eo quod est, ne tantilli quidem facere. Est autem floccus particula lanae, quae inutilis a vellere diuellitur, atque euolat, aut certe simile quiddam nullius momenti.

Ne teruncium quidem insumsit. Est aliquoties apud Ciceronem hyperbole teruncii, quod apparet esse genus minutissimi numismatis. Accipitur pro re vilissima. Varro teruncium a tribus vnciis dictum putat. Cicero.

Frusto panis. Pro re quantumlibet pusilla ac vili: Videtur hyperbole sumta vel a canibus, quos frusto panis inuitare solemus, vel a mendicis. Gellius.

Nec vno dignus. Ne vno quidem dignus, et vno dignus de vilissimo. Translata metaphora a iactu talorum, in quo μονας, id est, vnionis numerus infimus erat. Demum vbique in rationibus numerum minimum quidem est vnio, ac ne numeris quidem.

Plato. *Caenum barbaricum.* Βόρβορος βαρβαρικός. Pro vehementi stupore mentis, apud Platonem lib. de Repub. 2. ponitur. Laudat enim illic Dialecticam, quae sola mentem ignorantiae inmersam erigit, attollitque a vulgaribus opinionibus ad solidam veri cognitionem, καὶ τῷ ὄντι, *inquit*, ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἄρεμα ἕλκει, καὶ ἀνάγει ἄνω. Barbarus a borboro per contemtum dictum videtur.

Festus Pomp. *Diobolares.* Quem minimi pretii volumus intelligi, diobolarem olim vocabant. Obolus enim nummus erat aereus. Id primum dictum in meretrices plebeias, minimoque venales, post deflexum est ad quemuis hominem aut rem egregie vilem et contemnendam.

Iphicr. *Mithragyrtes non Daduchus.* Is qui in functione quapiam sordidas contemtasque partes agit, Mithragyrtes dicetur, Daduchus esse negabitur. Eoque Iphicrates Calliam μιθραγύρτην, ἀ δαδοῦχον appellabat, significans illum non fuisse initiatum sacris, sed tamen velle videri. Mithras apud Persas sol dicitur, quem illi deorum summum iudicant. Vnde Mithragyrthae dici videntur, qui obambulant cum simulatis mysteriis, ac rudibus imponunt. Nam et hoc genus hominum et olim fuisse declarat Apuleius asinus, non dissimiles iis, qui hodie, diui Antonii Cornelii, aut Iohannis Baptistae reliquias ad quaestum circumferunt, potius quam ad pietatem.

Vlpian. *Nummo addicere.* Apud Iurisconsultos prouerbiale est, pro eo quod est, minimo vendere.

Non

Non magis quam canem. Odium et contemtum vulgo declarant canis vocabulo. Horat. *Odit cane peius.* Et Plautus in Amphytruone: *Valuistin vsque? Expectatus aduenio? Sos. haud vidi magis. Expectatum eum salutat haud quisquam magis, quam canem.* Plaut.

Obolo dignus. Ἄξιος ὀβολῶ. Per iocum dicebatur, qui in aliquo numero vellet haberi. Translatum ab Atheniensium consuetudine, qua iis, qui per senatum adscribebantur in numerum virorum, in singulos dies dabatur obolus ex aerario.

Vt luti baiuli. Ὥσπερ πηλοφορῶντες. Apud Aristophanem in concionatricibus queruntur feminae, populum Atheniensem non conuenire ad concionem, nisi dato singulis obolo, cum ante suo victu consultarent de Rep. πηλοφορίαν autem posuit pro omnium quaestuariarum artium sordidissima. Apte torquebitur in eos, qui functionibus honestis ad abiectum quaestum abutuntur. Aristoph.

Titiuillitium. Titiuillitium vox erat olim nullam quidem rem certam declarans: sed velut interiectio contemtum extremum indicabat, qualis est apud Graecos πιπαλό. Plaut.

Ne nummus quidem plumbeus. Nummum plumbeum, hyperbole prouerbiali, pro minima pecunia ponunt. Idem.

Ne vmbram quidem eius nouit. Adagium videtur ductum ab antiqua pictura, quae rem duntaxat vmbris ruditer repraesentabat. Et nota est speeus Platonica, in qua, qui desident, rerum vmbris oblectantur. Cic.

Ne allii quidem caput. Οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν δίδωσιν. Conueniet in sordidum et impendio parcum. Aristoph.

Ne terra quidem iuuit. Οὐδ' ἀπὸ γῆς ὤνησεν. Ne terra quidem profuit, *Id est*, ne minimo Virgil.

 qui-

quidem, perinde quasi dicas, ne glebam quidem impertiuit, aut ne terrae quidem hospitio dignatus est.

Ariftoph. *Ne guttam quidem.* Pro minimo, Ariftoph. σὺ δ' ἀπὸ ἀμων ς·λαγμὸν πρήσης ἵνα

Plaut. *Ne ramenta quidem. Ne festuca quidem.* Ne ramenta quidem ditior, quasi dicas ftupa ditior.

Nil facri es. Οὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχεις. Graeci quidquid p aeclarum ac vehementer conducibile videri vellent, id facram apellabant: vt facra res, confilium et facram ciuitatem dixit Ariftides. Qui prouerbii tradunt originem, aiunt, Herculem confpecta Adonidis imagine, contemfiffe, his verbis: Nihil es facri. Accommodatur ad quamuis rem defpectu habitam.

Cic. *Nihil fanum.* Summam morum corruptionem, et nullum honefti refpectum, his verbis Graeci fignificant. ὀδὲν ὑγιὲς etc.

Plaut. *Homo trioboli.* Pro homine nequiffimo, planeque nullius pretii, a numo minutiffimo.

Cicer. *E circulo. E triuio.* Hominem e triuio, plebeium et contemtum appellamus. M. Tullius pro eo dixit; E circulo. Circulum autem vocat conuenticulum hominum, in foro aut in plateis conambulantium.

Suidas. *Exiguum oboli pretium* Μικρὸν τῦ ὀβολῦ τίμιον. Conueniet in homines nequam nihilque. Quamquam nihil obftat quo minus ad rem contemtam transferatur.

Galen. Ἀθερίζειν. Graecis ἀθερίζεται, quod reiicitur, ac nihili fit. Tranflatum a fummis hordei fpicis, quae ceu cufpides habent, quae nulli funt vfui, fed inter metendum pereunt.

Diog. *Olerum appofitiones.* Αἱ τῶ λαχάνων πρόσθηκαι. De re nullius momenti. Sumtum vel ab oleribus appofitis in menfa, vili nimirum cibo, vel auctariis olerum, quae nonnumquam emtores fordidi ac tenues requirunt.

Mul-

Multa Syrorum olera. Πολλὰ Σύρων λάχανα. Plinius.
Dicetur aut in magicae artis peritos, et herbis maleficis eam exercentes, aut in eos, qui rebus vilibus abundant. Fortassis recte dicetur et in eos, qui in rebus non multae frugis, nimium insumunt operae, quippe non in agris exercendis, sed in hortis colendis, occupati, quae plus adferant voluptatis, quam emolumenti. Herbae staphylini, quam pastinaceam erraticam vocant; Syria in hordis operosissima.

Huius non facio. Donatus admonet esse demonstrantis aut floccum aut stipulam, aut summum digitum, aut huiusmodi quippiam. Terent.

Quatuor obolis non aestimo. Τεττάρων ὀβολῶν ἄνας ἔτι. Simile illis, assis te non facio, et dupondii non facio, et teruncii non facio.

Tricae Apinae. Tricas et Apinas vulgo res futiles ac nugatorias dicebant. Vnde et tricari simili figura dicebant nugas agere. Adagium ab oppidis Apuliae, Trica et Apina natum. Martial.

Nebulae in pariete. Pro re nihili, somnique simillima. Nam nebula res est inanior, quam vt coloribus exprimi queat. Auson.

Trium literarum homo. Per ironiam dici potest in eum, qui generosus ac ingenuus videri cupiat. Inde natum quod olim ingenui nomen, praenomen et agnomen in litteris aut insignibus suis, tribus litteris notare solebant, vt pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Plautus in Aulularia iocum alio detorsit, nempe in seruum furacem. Subiicit enim: Etiam fur, trifurcifer. Plaut.

Vitiosa nuce non emam. Pro eo quod est: Ne minimo quidem. Vulgo dicimus, cassa nuce, putamine nucis non emerem. Idem.

Cassa glande. Simillimo tropo Plautus dixit cassam glandem pro vitiosa glande, et inani putamine. Idem.

Thophr. *Etiam corchorus inter olera.* Καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις. Dici solitum in hominem nullius pretii, qui tamen in numero aliquo studeat haberi. Nam corchoros oleris genus est vilissimi, inter herbas sponte nascens.

Euripid. *Inter indoctos etiam Corydus sonat.* Ἐν ἀμάθοις καὶ Κόρυδος φθέγγεται. Quadrabit in quosdam, qui apud idiotas audent sese velut eruditos venditare, inter doctos alioqui elingues. Corydus vilissimum auiculae genus, minimeque canorum, strepit tamen vtcumque inter aues mutas.

Iuuen. *Mandare laqueum.* Dicimur iis, quos vsque adeo negligi a nobis significamus, vt, si vel suspendant sese, nihil ad nos attineat.

Martial. *Medium ostendere digitum.* Medio item digito porrecto, supremum contemtum significabant. Nam hunc digitum Martialis impudicum vocat.

Horat. *Minimo prouocare.* Est contemtim ad certamen prouocare. Sumtum a gestu prouocantium ad pugnam, minimo digito porrecto.

Antehac putabam te habere cornua. Πρὸ τοῦ τα σε ᾤμην κέρατα ἔχειν. De iis qui prius habiti fortes ac strenui, postea, quum res virum postulat, apparent ignaui. Vnde et Comicus cornutam bestiam vocat hominem paratum se defendere.

Cic. *Plumbeo iugulare gladio.* Est futili, leuique argumento conuincere quempiam.

Lucil. *Hoc noueram, priusquam Theognis natus est.* Senarius est prouerbialis, quo rem frigidam et ineptam significabant. Apparet sumtum a Theognide Tragoediarum scriptore, quem frigidissimum fuisse testatur Suidas, et ni fallor memoria, Plato.

Locrensis bos. Λοκρικὸς βοῦς. De re vili aut de munere leuiculo dici potest. Quum aliquando Locrenses publicum sacrum facturi bouem desiderarent, compositio ex minutis lignis bouis simula o, diis rem diuinam fecerunt.

Scarabaei umbrae. Κανθάρε σκιά. Dictum de Diog.
inani metu, quod hoc insectum repente aduolans, horribili bombo nonnumquam terrere soleat parum attentum.

Scraptae. Populari conuitio dicebantur mulieres nugaces nulliusque rei: a screo; quod est: oris purulentiam eiicio cum sonitu. Quadrat in anus subinde screantes et tussientes, Screa pro rebus vilissimis accipiebatur. Plaut.

Bos Homolottorum. Βῦς ὁμολεττῶν. Dicebatur in plurima distractus, ac veluti dissectus negotia. Poterit et ad rem referri, vt si quis argumentum nimis minutatim diuidat, ita vt conscindere et concerpere magis, quam diuidere videatur. Zenodotus prodidit, Homolottos populos dissecto in minimas particulas boue, foedus iungere. Zenod.

Septimus Bos. Ἕβδομος βῦς. Olim in stupidos, brutosque dicebatur. Id hinc ortum esse tradunt, quod antiquitus post sextam lunam bovis imaginem e farina pinsere consueuerint, qui septimam lunam cornibus referret. Sunt qui censent, inde natum quod, cum apud veteres sex animantium genera Diis mactarentur, ouis, sus, capra, bos, gallina, anser, pauperes non habentes viuum animal quod immolarent, bovis simulacrum e farina fingerent. Quia vero is sensu et vita carebat, in stoliditatis abiit prouerbium. Suidas.

Generosus ex crumena. Γενναῖος ὁ ἐκ βαλαντίε. In eum iaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi voluisset, alioqui obscurus et humilis.

Attagen. Ἀτταγᾶς. Suidas indicat hoc cognominis, prouerbiali ioco dici solere in seruos stigmaticos, quop haec auis plumas habeat variis colorum notis distinctas. Idem.

Zenod. *Sale emtum mancipium.* Ἁλώνητον ἀνδράποδον. In barbarum quempiam ac vilem homuncionem olim dicebatur. Nam negotiatores olim in mediterranea ſalem importantes, mancipia importabant a barbaris. Thraciae genti peculiaris erat mos, mancipia ſale commutare.

Cic. *De lapide emtus.* In viliſſimum et vehementer obſcurum hominem dicebatur. Inter ſeruos olim extremae habebantur notae, palam in foro diuenditi vid. prov. In eo ſtas lapide, vnde praeco praedicat.

Zenod. *Siculus miles.* Σικελὸς στρατιώτης. Conueniet in hominem lucri gratia nullum miniſterii genus recuſantem. Siculi Hieronis temporibus exotico vtebantur milite.

Gellius. *Imi ſubſellii.* Viri appellantur paraſiti, qui ita in conuiuium admittuntur, vt imo ſedeant loco. Quadrabit etiam in tenues conuiuas, quos recipiunt diuites, ſed infimo loco. Similes: Infra claſſem; Extremae claſſis; Infimae notae.

Suidas. *Seruorum ciuitas.* Δούλων πόλις. De coetu conuictuque hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici poteſt. Eſt hoc nomine ciuitas quaepiam in Lybia: in hanc ſi quis ſeruus lapidem importaſſet, continuo liber fiebat, etiamſi peregrinus fuiſſet.

Cic. *De fece haurire.* Pro eo quod eſt, ſordida quaepiam ac plebeia nimiſque humi ia perſequi. Mutuo ſumtum a ſordidis iſtis, qui vinum vna cum ipſa fece hauriunt, ne quid omnino reliquum faciant in dolio.

Carica Muſa. Καρίκη Μοῦσα. Καρικὰ αὐλήματα. De lugubri, ruſtica atque indocta ſeu moleſta cantione dici ſolitum. Propterea quod, vt tradit Athenaeus, Cares in luctu tibiis vti ſolent magnitudine palmi, lugubre quiddam et ſtridulum ſonantibus. Quadrabit et in poetam, aut oratorem indoctum.

Aſinos

Asinos non curo. Τῶν ὄνων οὐ μοι μέλει. Congruit in eum, qui domesticis contentus opibus, non quaerit aliena. Nam cui plaustrum est domi, huic non est opus asinis conductitiis.

Pomarius Hercules. Μήλιος Ἡρακλῆς. Per contemtum dicebatur in eum, qui nomen quidem magnificum gereret, caeterum opibus nullis, nullaque potentia pollens. Suidas narrat, rustici quidam, cum Herculi bouem vellent immolare, bosque rupto fune fugeret, nec esset, quod sacrificaretur, malum arreptum suppositis quatuor ramis crurum vice, et additis alteris duobus conuum loco, bouem sunt imitati, idque ridiculum simulacrum pro victima sacrificarunt. Suidas.

Malum Hercules. Μῆλον Ἡρακλῆς. Dici conuenit, vbi quis munuscula quantumuis pusilla boni consulit. Zenod.

Munus leuidense. Cicero vocat munus vile minimique pretii, cuiusmodi vulgaribus amicis missitare diuites consueuerunt. Seruis ostendit Leuidensam vestis esse genus vile, raro tenuique textu. Cicero.

Cicernus Bacchus. Ἐρεβίνθινος Διόνυσος. De re vehementer contemta. Sumtum a potu ex leguminibus confecto, qui vinum imitatur, inopia vini repertum in his regionibus, quae vitem non ferunt.

Ollaris Deus. Χυτρεὺς θεός. Dicebatur in hominem humilem et contemtae sortis. Magni dii ebore, auro et argento sculpebantur. At plebei illi et minutili, quod genus sunt, Silenus et Priapus, qualibet materia fingebantur, ligno nonnunquam et luto, quo videlicet argento finguntur et ollae. Vnde non inepte quadrabit in eum, qui studeat haberi inter aulicos optimates, nec opibus pollens, nec auctoritate valens apud principem. Zenod.

Sotericbi lecti. De re vili priscaque, et minime ambitiosa, et rudis artificii. Con- Senec.

iicere

iicere licet Soterichum fabrum fuisse quempiam, cuius opera priscam illam et rudem simplicitatem prae se tulerint.

Aristoph. *Cecidis et Buphoniorum.* Τὰ κηκείδε καὶ βεφωνίων. De re magnopere prisca, et ob vetustatem iam pridem obsoleta, desuetaque. Siquidem Cecides peruetustus quispiam Dithyramborum poeta fuit, cuius scripta iam situm olebant. Item Buphonia festum quoddam erat apud Athenienses ob vetustatem neglectum iam ac desitum, sic appellatum a caede boum.

Theocr. *Ficulnus.* Lignum ficulnum vt fragile, atque ad omnia ferme inutile, prouerbiis aliquot locum dedit: Nam ἄνδρα συκινὸν virum ficulnum appellant, mollem atque inutilem, ficulnum deum imbecillum ac nullarum virium, ficulnum auxilium inualidum atque inutile.

Ficulnus gladius. Συκίνη μάχαιρα. De friuola causa dici potest, quaeque minimo negotio queat refelli. Dictus est autem ficulnus gladius sycophanta, quod idem et mollis sit et calumniator.

In foribus vrceum. Ἐπὶ θύραις τὴν ὑδρίαν. Significat rem contemtam ac vilem. Negliguntur enim, quae passim sunt obuia, quaeque facile quibuslibet contingunt. Itaque vrceum in foribus positum, nemo studet tollere.

Ficum Mercurio. Σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ. De promto, et quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquitus mos erat, sicubi ficus repertus fuisset, eum veluti Mercurio sacrum suspendere. Liberum autem erat, tollere ficum Mercurialem, cuicumque libitum fuisset, quod is deus furibus fauere creditus est.

Hieron. *Merx vltronea putet. Id est*, Ingrata sunt, quae vltro, non petentibus offeruntur. Translatum videtur a negotiatoribus, qui merces a venditore vltro oblatas suspectas habere solent, quasi studeant eas extrudere.

Nume-

Numerus. Homines nullius bonae rei, numerus prouerbio dicuntur, etiam idotis. Translatum videri poteſt a calculis, ad nihil aliud vtilibus, niſi ad numerum. Homer.

Telluris onus. Τῆς βάρος. De homine vehementer inutili, qui nihil aliud, quam terram ſuo pondere grauat. Homer.

Abominandus ſcarabaeus. Μυσαρὴ κανθαρίς. De viliſſimo homine dicebatur. Cantharides vermiculi ſunt letali veneno. Quamquam hoc loco magis conuenit, vt ſit diminutiuum a cantharo ſcarabaeo, quaſi dicas ſcarabaeolus. In ſacris quoque literis vermis abiit in prouerbium contemtus, *Ego ſum vermis, et non homo.*

Aetnaeus ſcarabeus. Αἰτναῖος κανθαρός. De magnis et foedis. Aetnaeum autem dicit Ariſtoph. quaſi praegrandem, quod vel in Aetna varii maximique ſcarabaei ſunt: vel Aetnaeos dixit, tamquam inſtar Aetnae montis, maximos. Porro ſcarabaeus e ſtercore vt naſcitur, ita paſcitur. Ariſtoph.

Minus de iſtis laboro, quam de ranis paluſtribus. Prouerbialis hyperbole, qua ſignificamus, nihil omnino ad nos pertinere negotium. Recte dicetur in obtrectatores, quorum oblocutiones dicemus nos fortiter contemnere. Siquidem ranae, tametſi aſſidue obganniant, oblatrentque praetereuntibus, odioſam illam cantionem iterent ſine fine, βρεκέκεκεξ κοὰξ κοὰξ, tamen nemo commouetur.

Indus elephantus non curat culicem. Κώνωπος ἐλέφας Ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει. Dictum eſt ob ſingularem duritiem cutis elephantinae, qua fertur etiam iacula excutere: tantum abeſt, vt culicis morſu poſſit offendi. Adhiberi poterit, quoties ſignificabimus excelſis animis leues et vulgares iniurias eſſe negligendas.

Coch-

Chrysip. *Cochleare crescit.* Δοίδυξ ἄυξει. Dici solitum in pusillos homunciones per ironiam. Nam cochleare et pusillum est ac contortum.

Aristoph. *Conna Calculus.* Κόννα ψῆφος. In hominem aut rem nihili, nulliusque momenti. Conna cytharoedus, siue, vt quidam volunt, lyrista, ex eorum numero, qui citra vocem organo canebant. Sunt qui dicant, Connam fuisse quemdam extremae sortis hominem, qui deuorato patrimonio pauperrimus fuerit.

Inertium chorus. Ἀργέντων χορός. De coetu lasciuientium dicebatur. Otium enim ad omnem nequitiam impellit, praecipue iuventam.

Megarenses neque tertii, neque quarti. Μεγαρεῖς ὄυτε τρίτοι, ὄυτε τέταρτοι. Dicebatur olim in homines supra modum ignauos et contemtos, nulloque honore dignos. Natum adagium ex oraculo quodam. Cum Aeginenses in Achaia debellassent Aetolos, ac decimam pentecontorum cepissent, ea est nauis remigum quinquaginta, hanc Apollini Pythio victoriae monimentum dedicarunt, rogabantque Deum, quinam essent Graecorum praestantissimi, arbitrantes futurum, vt ob eam victoriam sibi prima laus ab Apolline tribueretur. Verum Apollo respondit: ὑμεῖς ὄυτε τρίτοι, ὄυτε τέταρτοι ὄυδε δυωδέκατοι, ὄυτ' ἐν λόγῳ ὄυτ' ἐν ἀριθμῷ.

Diogen. *Rusticanum oratorem ne contemseris.* Ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος. Admonet adagium, ne quem ob imperitiam infantiamue fastidiamus. Neque spectes, a quo quoue pacto dicatur, sed quid.

Terent. *E flamma cibum petere.* Hoc est, quiduis cibi causa passurum facturumque.

Strabo. *Mysorum postremus.* Μυσῶν ἔσχατος. Strabo refert Mysorum populum vsque adeo contemtum fuisse, vt prouerbio locum fecerit. Summum

mum itaque despectum, et infimam humilitatem hoc adagio significabimus.

Caricus hircus. Καρικὸς Τράγος. Diogenianus indicat dictitatum de vilibus et contemtis. Carum populus, quod passim in bellis mercenariam locarent operam, ceu vili vita, in contemtus prouerbium abiit; inde et Plato καρικὸν ἄνθρωπον, dixit, pro vili nihilique. Diog.

Indoctior Philonide. Ἀπαιδευτότερος Φιλωνίδου. Hic Melitensis erat praegrandi corpore, caeterum insulsus et indoctus. Aristoph.

Calabri hospitis xenia. Calabri hospitis xenia et munera recte dixeris rusticana leuiaque; quaeque magis onerent accipientem, quam iuuent, aut quae donentur contemta. Siquidem Calabri quod pyris abundent, consueuerunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos, bellariorum vice domum auferre iubent. Horat.

Principatus Scyrius. Ἀρχὴ Σκυρία. De frigido tenuique regno, Scyrus insula, quam olim incoluere Cares, petricosa et infrugifera, nec vllius bonae rei ferax. Adagium eleganter accommodabitur ad munus aliquod, vnde praeter inanem titulum et molestam administrandi curam nihil emolumenti capitur. Zenod.

Ciceris emtor. Infimae sortis hominem, deque ima plebe quempiam significans. Horat.

Cubito emungere. Ἀγκῶνι ἀπο μυσσόμενος. Prouerbialis ironia in hominem sordidi quaestus et conditionis abiectae, a salsamentariis ducta, quibus mos est narium mucum cubito abstergere, nimirum manibus muria et salsugine oppletis. Suidas.

Canis viuens e magdalia. Κύων ζῶν ἀπὸ μαγδαλιᾶς. Dici solitum in parasitos, et alieno victitantes cibo. Magdaliam dicit, quasi dices, furfurem et manuum purgamentum. Eustath.

Non est curae Hippoclidi. Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Hoc adagio significabant se quippiam negligere, Herod.

neque

neque magnopere laborare. Hic Hippoclides erat Tisandri filius, qui cum multis aliis iuuenibus Clisthenis Sicyonii filiam ambiebat. Verum cum Clisthenes procos toto anno probaret, et Hippoclides in conuiuio indecoram quamdam saltationem edidisset, sublatis in altum pedibus, pater offensus inhonesto iuuenis lusu, ait: Fili Tisandri, a nuptiis tua saltatione excidisti. At ille protinus respondit: Haud curat Hippoclides:

Non admodum misces. Ἰ*Ου μάλα κυκᾷς.* *Id est*, Non multum potes neque prodesse, neque nocere. Pericles dictus est totam miscuisse Graeciam eloquentia sua, quod arbitratu suo versaret omnia.

Virgil. *Alga vilior.* Pöeta, pro vilissima et abiectissima quauis re.

Homer. *Contemnentis inimicum.* Qui negabit se commoueri conuiciis alicuius hominis contemti, non inscite deflexerit illud Homeri Iliad. λ.

Ουκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι ἢ παῖς ἄφρων,
Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο.

Martial. *Indignus qui illi matellam porrigat.* De vehementer inaequalibus, aut ne vlla quidem ex parte conferendis. Nam sordidissimum obsequium est, micturienti matulam exhibere, quo qui sit indignus, is videlicet nimio inferior videtur.

Homer. *Contemnentis dicterium.* Si quando significabimus nos scommate seu contumelia leuiter commoueri, nec altius in animum dimittere, congruet illud Homeri Iliad. δ.

Οὔκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ πάγη βέλος, ἀλλὰ πάροιθεν
Εἰρύσατο ζωστήρ τε παναίολος, ἠδ᾽ ὑπένερθεν
Σῶμά τε καὶ μίτρη, τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες.

Tan-

Tanquam conchylium discerpere. Ὥσπερ κογχύλιον διελεῖν. De imbecillis et viribus longe inferioribus dicebatur. Nam illisae solo rumpuntur conchae, quo cibus eximatur. Suidas.

Tragicus rex. Τραγικὸς βασιλεύς. Dici potest, vel fastuosus, ac turgidus, vel qui nomine duntaxat rex sit, caeterum viribus parum polleat. Nam in Tragoediis tantisper durat imperium, dum fabula peragatur.

Vterque ambo. Ὁ μὲν ἑκάτερος ἀμφότερος, ὁ δὲ ἀμφότερος οὐδέτερος. Quadrabit in duos aliquos, quorum alterius nequitiam alterius probitas compensat. E duobus fratribus alteri nomen erat ἑκάτερος, alteri ἀμφότερος. Ille bonae erat frugis, hic nequam. Hos cum Philippus vidisset, hoc in eos iocatus esse fertur. Plutarch.

Βατακάρας. De pinguibus dictum et impotentibus. Nam Graeca vox hinc dicta; βατὰς pronum significat et κάρα caput. Conueniet in temulentum et somnolentum.

Pannus lacer. Hominem iam fastiditum et reiectum ῥάκος πολυσχιδὲς appellant Graeci, id est, pannum vndique lacerum. Sumta metaphora a veste, longo vsu detrita, atque ob id reiecta, cum noua fuerit in precio. Lucian.

Quis vsus cepis putridi? Τίς χρῆσις πυθομένου κρομμύου. De rebus aut etiam hominibus abiectis, et quorum nullus vsquam est vsus. Etenim cum cepe sit herba per se vilissima, simul atque computruit, nihil esse potest abiectius.

Inutilior Blace. Βλακὸς ἀχρηστότερος. In hominem nihili, nulliusque bonae frugis dicebatur. Sumtum a pisce vsque adeo vili, vt a canibus quoque fastidiatur. Est autem piscis non dissimilis siluro.

Extritum ingenium. Παρεξηυλημένον νοῦν ἔχων. Homer. Παρεξηυλημένον perinde sonat, quasi dicas extibia-

 tam:

tam: ducta metaphora a tibiarum linguis, quae posteaquam exciderint, inutilis est tibia.

Barbam vellere. Τὸν πώγωνα τίλλειν. Cum summum contemtum ac ludibrium significamus, sumtum a gestu.

Plaut. *Nihili cocio est.* Dictum videtur in eos, qui pollicentur in futurum, nec exhibent rem praesentem. Gellius cocionem dixit, quem veteres ariolatorem dixerunt.

Non pluris quam simias. Simia ridiculum animal est, vulgoque contemtum.

Fumi vmbra. Καπνοῦ σκιά. Pro re qualibet vili: Cum omnis vmbra, res quaedam est inanis, tum vero fumi vmbram paene dixeris vmbram vmbrae.

Diog. *Fulgur ex pelui.* Ἀστραπὴ ἐκ πυέλου. De minis inanibus eorum, qui laedere nequeunt. Fulgor enim qui fulguris imitatione quadam e vasculorum nitentium vibratione, aut ex aquis redditur, nocendi nullam vim habet, pueros modo territat.

Horat. *Oppedere contra tonitrua.* Prouerbialiter pro reclamare et contemnere reperitur vsurpatum.

Dionis gry. Τὸ Δίωνος γρῦ. Recte dicetur, aut vbi quempiam magno animo contemnimus, ac ne responso quidem dignum habemus, aut cum rem nihili significamus. Adagium ortum ex euentu. Dion Alexandrinus natione, praecipuam in philosophia laudem est consecutus. Huic erat frater luctator, nomine Topsius. Itaque cum quidam ex eius concertatoribus Dionem probris incesseret, fanda atque infanda in eum euomens, multa interim turba ad conuicium, vt fit, affluente, ipse ne verbo quidem respondit maledictis, videlicet philosophiae dogmatum memor. Caeterum, vbi iam intra aedium suarum vestibulum esset, nam conuiciator eousque fuerat prosecutus, nihil iracundiae

prae

prae se ferens, hoc tantum respondit, οὐδὲ γρύ. Iuuenis autem animi impotens, laqueo se praefocauit. Ea res in vulgi fabulam abiit.

CONTAGIO MORVM.

Ne gustaris quibus nigra est cauda. Μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. Admonet non esse habendum commercium cum improbis, et cum iis, qui sunt nigris et infamibus moribus. Pythag.

Oscitante vno, deinde oscitat et alter. Ἑνὸς χάνοντος μετίσχησιν ἕτερος. Dicendum, quoties exemplo peccati statim prouocatus aliquis ad simile facinus. Fit quadam occulta naturae vi, vt qui viderit oscitantem cogatur et ipse oscitare.

Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Eodem pertinet ille Menandricus senarius, quem diuus Paulus Apostolus haudquaquam grauatus est in prima Corinthiorum epistola citare φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί. Celebratur et hic senarius a Graecis: Paulus. Apost.

Κακοῖς ὁμιλῶν κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός. Tales nos sumus qualia sunt quotidiana colloquia, tales euadimus, qualia frequenter audimus. Iam vero quod de colloquio dictum est, idem oportet et de studiis accipere. Qui vitam omnem in ethnicis conterunt litteris, gentiles euadunt. Qui praeter obscoenos auctores nihil euoluunt, moribus obscoenis reddantur oportet. Etenim lectio colloquium quoddam esse videtur.

Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces. Ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃς. Prouerbium admonet perniciosam improborum hominum consuetudinem, propterea quod cum corporis, tum maxime animi vitia contagio serpunt in vicinum; quem ad modum Platonis familiares eius gibbum imitabantur, Aristoteles Plutarch.

 amici,

amici, eiusdem balbutiem, Alexandri macedonum regis familiares ceruicis inflexum et vocis in dicendo asperitatem.

Theogn. *A bonis bona disce.* Arist. Moral. IX. ostendens virtutem optime disci conuictu bonorum, quo amici se mutuo corrigunt et, si quid erratum est, sese vicissim ad honestas excitant actiones, citat Theognidis versum:

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ᾽ ἐσθλὰ διδάξεαι.

CONTRA.

Liuius. *Cantherium in fossa.* Rusticum adagium, sed tamen e re militari natum. Hoc licebit vti, quoties quis ad id negotii trahitur, in quo nequaquam valeat, aut vbi res erit vehementer impedita, periculosaue. Narrat Liuius, cum Fabius Capuam obsideret bello punico, Iubellium Tauream inter equites Campanos nobilissimum e romanorum exercitu quemuis ad singulare certamen euocasse, ausumque prodire Claudium Asellium. Deinde vbi tutius vterque alterum libero campo elusisset, Campanus in cauam viam descendere iussit, alioqui equorum, non equitum fore certamen. Eo cum Romanus, re quam verbis ferocior, extemplo descendisset, rursum elusit Taurea sermone, qui postea in rusticum versus est prouerbium.

Plato. *In puteo constrictus.* Quadrabit in eos, qui per angustias eo redacti sunt, vnde extricare se nullo modo possint. Idem valet, ac in puteo cum cane pugnare.

Terent. *Nunc meae in arctum coguntur copiae.* Metaphora sumta ab exercitu, qui laborat iniquo conclusus loco; et vndique obsidetur ab hostibus, vt difficile sit effugere. Valet de his, qui anxietatibus et ingentibus malis premuntur.

Inuita Minerua. Pro eo quod eſt, refragrante ingenio, repugnante natura, non fauente coelo. Horat.

CONTRARIVM PHILAVTIAE.

Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat. Senſus eſt, haud eſt ſatis, vt adſit felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Virgilius huc alludens:

O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint Agricolas.

Ἄζηλος πλοῦτος. Vocabatur, cum quis ſuas dotes ignoraret. Porro felicitatis non minima pars eſt, vt quiſque ſua norit bona. Nam ζηλοῦν aliquoties idem eſt, quod admirari ac felicem ducere. Ἄζηλον igitur eſt, quod nemo miratur.

CORRECTIO DICTI AVT FACTI.

Corrigentis quod dictum eſt ab alio. Vbi ciuiliter notabimus aliquem tamquam haud ex animi ſententia locutum, aud vbi quid dictum erit parum honeſtum, in hunc torquebimus verſiculum Homer. Iliad. M. Homer.

Οἶδα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι.

Correctio dicti. Dictum obſcoenius et bonis viris reticendum aut abſurdum dictu notabimus hoc verſiculo ex Iliad. ξ. Homer.

Μῦθον, ὃν οὔκεν ἀνήρ γε διὰ στόμα πάμπαν ἄγοιτο,
Ὅς τις ἐπίσταιτο ᾗσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν.

CRVDELITAS.

Manliana imperia. Recte congruit in hos, qui ſaeuiunt in eos, in quos ius nacti ſunt, et qui Liuius.

nimis rigida iuris obſeruatione humanitatis, et aequitatis obliuiſcuntur. Liuius et Valerius narrant Lucium Manlium filium occidiſſe propter edicti tranſgreſſionem.

Strabo. *Opera Syloſontis ampla regio.* Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη. Nam Syloſon munificentia Darii, mortuo Polycrate, Samiorum adeptus tyrannidem, cum acerbius exerceret imperium, ita vt fere ſolent ii, qui ab humili fortuna repente ad res amplas prouehuntur, et ob hanc cauſam inſula deſereretur ab incolis, prouerbio dici coeptum; *Ampliata regio eſt Syloſontis gratia.* Conveniet in acerbe gerentem magiſtratum, cuius vitio deſeratur ab incolis regio. Venuſtius reddetur longiore deflexu, veluti ſi in hominem πλεοίκτην, qui domum aliquam compilarit, dicatur aut in profuſum ac prodigum, cuius luxu loculi facculi ſunt inanes.

Lucian. *Phalaridis imperium.* Φαλάριδος ἀρχή. Recte dicetur in eos, qui crudelius exercent imperium, aut poteſtatem ſibi delegatam. Ortum adagium a Phalaride Agrigentinorum tyranno, quem ſua crudelitas nobilitauit. Inter multa crudelitatis exempla celebratur in primis aeneus ille taurus Perilli ſiue Perilai. Nam ſic appellat Lucianus inuentum, in quo ſubiecto igni, mortales viui ſic exurebantur, vt pro eiulatu humano mugitum ederent morientes. Eum taurum exuſto primum in eodem artifice Delphos miſiſſe legitur, vt Phoebo dicatus, in eius templo reponeretur, monimentum futurum, ſimul et artis exquiſitiſſimae et inuenti crudeliſſimi, et poenae merito in auctorem retortae. Verum Delphi munus, vt a tyranno miſſum repudiarunt.

Omnium quos ſol videt. Sunt et illae figurae prouerbiales: Omnium quos terra ſuſtinet, aut quos ſol videt, peſſimus, optimuſue Plaut. in

Sticho·

Sticho: *Meliorem neque tu reperies, neque videt sol.*

Omnis herus seruo monosyllabus. Πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος. Heris et potentibus breuissimo tantum verbulo est opus, vt vel annuant, vel renuant ναί, ἢ οὔ: *Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.* Seruis autem et impotentioribus multis opus est verbis, vt exorent, aut persuadeant.

Budoro lege. Βουδόρῳ νόμῳ. Aut vt alibi reperio, Βουδόρων νόμῳ. *Id est:* Budororum more, seu lege. Suidas interpretatur de iis, qui digni sunt, vt bouis ritu excorientur, Budini populi sunt Scythiae, sic appellati, quod a bobus vehantur, vtpote plaustris aedium vice vtentes. Hesychius indicat βούθορον esse μοχλὸν, quo boues excoriantur. Βούδωρον promontorium est oppositum Salamini. Βοῦδαι Magnesiae ciuitas, quam Homerus Βούδειον appellauit. Vnde videtur bifariam allusum ad etymologiam πρὸς τὸ βοῦς δέρειν. et τὸ βοῦς δοῦναι, ad boum excoriationem et donationem. Locus erit prouerbio, si quis dicat, cum improbo non argumentis aut legibus, sed βουδόρῳ νόμῳ esse agendum. Talis apud Terentium Sannio: *Si molestus esse pergis, iam intro, abripiere, atque ibi ad necem operiere loris.* Suidas.

Lemnia manu. Λημνίᾳ χειρί. Dictum pro eo quod est, nefaria, impia, crudeli. Herodotus narrat. Pelasgi ex Attica per vim expulsi Lemnon incolebant. Huius iniuriae cum poenas de Atticis sumere cuperent probeque cognitos haberent dies festos, ac ceremonias illorum, collocatis insidiis vxores Atheniensium abduxerant, cum Mineruae sacra facerent in Baurone, hisque in Lemnum nauigio asportatis, concubinarum vice sunt abusi. Caeterum mulieres cum plurimos liberos parerent, omnes et Atticis moribus instituerunt.

tuerunt, et Attice loqui docuerunt. Ita factum est, vt nec miscere coniugia cum puellis Pelasgicis vellent et, si quando Pelasgus quempiam pulsare conaretur, omnes conglobati Attici, huic suppetias ferrent. Breuiter adeo inualescebat pubes Attica, vt plerisque in rebus priores tenere viderentur. Quare visum est Pelasgis, vt filios ex atticis mulieribus susceptos trucidarent, idque perfecerunt occisis vna et matribus. Deinde sterilitate, orbitate, pestilentia, reliquisque plurimis adacti malis, Delphicum oraculum consuluerunt, qua via calamitatibus leuari possent.

Crudelis Bacchus. Ὠμηστὴς Διόνυσος. Baccho quondam viuos homines sacrificari mos erat. Vnde in crudeles conuenit: quod temulentia feroces reddat, et immites.

Aristoph. *Non magis parcemus quam lupis.* Οὐ φεισόμεσθα μᾶλλον ἢ λύκων. Inde natum quod antiquitus lex ad interficiendos lupos, etiam praemio inuitabat apud Atticos. Etenim qui lupi catulum interemisset, huic talentum, qui adultum, duo talenta dabantur.

Sueton. *Lutum sanguine maceratum.* Theodorus Gadareus Tiberii Caesaris in arte Rhetorica praeceptor, perspiciens in eo adhuc adolescente saeuitiam quamdam, cum ingenii stupore coniunctam, inter obiurgandum illum subinde vocare solet, πηλὸν αἵματι συμπεφυραμένον, luto tarditatem innuens, sanguine crudelitatem.

Aristoph. *Non est oleum in lecytho.* Ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ ληκύθῳ. Cum significamus non esse precibus locum apud inexorabilem. Nam ἔλαιον oleum significat, ἔλεος misericordiam.

Zenod. *Boni viri lacrimabiles.* Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. De iis dicebatur, qui facile commouerentur ad misericordiam, ac precibus flecterentur. Nam illacrimare dicuntur, qui miserescunt.

CVRIO-

CVRIOSITAS.

Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem. In curiosos, et quid quisque domi faciat peruestigantes, conueniet illud ex Syracusanis. Theocr.

Πάντα γυναῖκες ἴσασι καὶ ὡς ζεὺς ἠγάγεθ' ἥρην.

Canes venatici Dicuntur qui omnia venantur et peruestigant produntque: nota metaphora. Cicero.

Nihil dulcius quam omnia scire. M. Tullius ad Atticum lib. 4. Epist. Delectarunt me: refert hunc senarium ceu vulgo celebrem: Idem.

Οὐδὲν γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι.

Mylus omnia audiens. Μῦλος πάντ' ἀκούων. Dici solitum vbi quis se dissimularet audire, cum omnia tamen auribus curiosis captaret auscultaretque. Tractum videtur a mola, vnde exploratores obseruare soleant, quae fierent, aut a Myli curiosi cuiuspiam moribus.

Nihil inanius quam multa scire. Πολυμαθημοσύνης τῶν οὐ κενεώτερον ἄλλο. Conueniet in eos, qui malunt multa discere, quam vtilia.

Zenonium est et lentem coquere. Licebit vti, cum dicemus, esse viri boni, etiam in rebus minutissimis sui similem esse, aut egregium artificem, in quacunque materia declarare, qualis sit artifex. Zenon Stoicorum princeps fuit, qui docet, sapientem omnia recte facere.

Corycaeus auscultauit. Κωρυκαῖος ἠκροάζετο. Vbi quis id quod agit, conatus dissimulare, tamen a curiosis deprehenditur. Corycus mons est Pamphyliae praecelsus ac portuosus, atque ob id piratarum insidiis opportunus, quos ab eo monte Corycaeos vocabant. Hi nouam insidiandi rationem excogitarant. Siquidem dispersi per portus Coryci montis, miscebant sese ne- Strabo.

 gotia-

gotiatoribus, vt quisque forte appulerant, subauscultantes, et quid rerum portarent, et quo nauigare destinassent, denique quo tempore decreuissent soluere. Quae simulatque cognouerant, renunciabant piratis, cum quibus societatem maritimorum latrociniorum exercebant. Atque ita per occasionem simul adorti, nauigantes spoliabant. Quae res vti mercatoribus esset comperta, pleraque occultabant ac dissimulabant, insidiarum metu. Sed cum ne sic quidem laterent, odorantibus omnia Corycaeis, res in prouerbium abiit.

Lucian. *Multae regum aures atque oculi.* Ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέων πολλοί. Allegoria inde ducta est, quod regibus complures vbique sunt exploratores, quibus velut auribus vtuntur.

Plaut. *Nodum in scirpo quaeris.* In anxium dicebatur nimisque diligentem aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret, vbi nihil esset addubitandum. Scirpus iunci species leuis atque enodis, quamquam apud Gellium scirpi dicuntur captiunculae argutiaeque.

DAMNANDI.

Hieron. *Notari vngui. Transuerso calamo signum apponere.* Quod soleat vngui signum apponi, vbi quid parum placet, et vbi quid damnatur, transuerso calamo signum apponitur. In eumdem sensum censoria virgula legitur pro castigandi notandi auctoritate. A censoribus romanis traductum, quorum partes erant notare, siquid in moribus ciuitatis dignum emendatione iudicassent, ac multum dicere. Eodem pertinent spongia, lima, caelum, quae in emendationis prouerbium abierunt. Spongia deletur, quod non placet. Lima detrahitur atque expolitur, quod redundat atque incultum est. Caelo

Caelo deformatur item, ac fingitur id, quod eſt rudius.

Triſtis litera. Triſtem literam appellat Θ. ſalutarem T. quod hac abſolueretur reus, illa damnaretur. T. Liuius dixit, triſtiorem notam. vid. proverb. θ. praefigere. Tullius.

Contra retiarum ferula. An id faciendum tibi putes, quod nemo non damnet atque exſibilet. Dici ſolitum in eos, qui infirmo praeſidio contra maxime inſtructum pugnarent. Itaque ferulam aut baculum mouere contra quempiam eſt refragari et inſolentius repellere ſententiam. Eſt autem ferula ligni genus, quo quondam pueri caedebantur, atque item milites, ſi quid contra diſciplinam facere viderentur. Opinor idem factitare ſolere in ludis gladiatoriis huiuſmodi certaminibus praefectos. Martial.

Ni Pater eſſes. Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα. Vtimur, quoties ſenis, aut potentis, aut alioqui venerandi ſententiam nobis haud quamquam probari ſignificabimus, cui tamen honoris cauſa nolimus refragari. Diog.

Calculo mordere. Ψήφῳ δάκνειν. Dicuntur qui ſuffragio laedunt aut vlciſcuntur hominem. Siquidem hac via potiſſimum plebeii vindicabant, ſi quid eſſent offenſi, refragabantur in concione, cum calculis ferrentur ſuffragia. Proinde mordebant, non dente, quod tutum non erat, ſed calculo. Ariſtoph.

Aequales calculi. Ἴσαι ψῆφοι. Si quando parum abeſt vt condemnetur aliquis, et tamen abſoluitur, aut cum nutat animus, ambigitque, vtram in partem ſe deflectat, rationibus hinc atque hinc velut ex aequo adhortantibus atque deterrentibus. Metaphora ſumta a priſca conſuetudine iudiciorum, qua reus aequalibus iudicum ſententiis abſoluebatur, et non citra periculum. Cum autem potius abſoluendum, quam damnandum reum veteres exiſtimarint, cum pares eſſent ſententiae, Suidas.

multas

multas causas reddit Aristoteles. Multis enim nominibus visum est conuenire, vt reliquis partibus reo magis quam actori faueatur; vel quod accusator accedit paratus ac praemeditatus, reus ad multa non praeuisa compellitur respondere; vel quod consentaneum sit rerum, vt, qui maiore periculo dicat, ob metum quaedam praetermisisse potius quam actorem, vel quod in ancipiti negotio potius ad eam partem oporteat vergere, vbi, si forte erratum, peccetur leuius. At minus est malum, absoluere nocentem, quam innocentem damnare, praesertim in capitalibus causis, vbi, si contingat errare iudicem, non est quo sarciat in posterum erratum suum, exstincto iam homine. Contra, si elabatur nocens, poterit alio iudicio poenas dare. Vel quod accusatio propior est suspicioni maleuolentiae, quam defensio, quare cum in caeteris nihil appareat discriminis, de actore potius male iudicamus quam de reo. Igitur, vt tutissimo liberatur a causa, qui calculis omnibus absoluitur, ita periculo proximus fuisse videtur, qui paribus calculis, iam quasi fauore quodem elabitur.

Lucian. *Non probantis.* Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. Recte vtemur, vbi rem quidem fatebimur honestam factu, verum diuersa placere iis, quorum libido plus valet, quam aequitatis ratio.

Paulus Apost. *Ne nomen quidem.* Quid enim? Itane scelus est nominare auaritiam aut libidinem? Non opinor: sed Apostolus vt grauiter vitia detestaretur. vsus est hyperbole prouerbiali: nam inter pios nominatur et Iudas et Pilatus.

Persius. *Θ praefigere.* Theta praefigere pro damnare Persius: Sunt, qui hoc ad graecanicae litterae referunt, quod ea cordis humani transfixi speciem quodam modo repraesentet. Nam nescio, an debeamus Isiodoro credere, qui primo Etymolo-

mologiarum libro ſcribit, ita militari more ſolere fieri, vt caeſi Θ. ſalui T. ſignarentur. Certe de hoc ſigno T. fit mentio etiam in Apocalypſi, quae Beati Ioannis Euangeliſtae nomine legitur. Sed vero ſimilius eſt, quod ſcribit Aſconius Pedianus, olim in iudiciis ſortes vrnae immiſſas triplicem habuiſſe notam, Θ. damnationis, T. abſolutionis, A. ampliationis, i. e. quoties ſignificabant harum ſibi adhuc liquere, ac denuo cauſam agi oportere, ſymbolum fuiſſe.

DECRETVM.

Murus aheneus. Vſurpatur pro certo et immutabili animi decreto, ſchemate nimirum prouerbiali. Vegetius grauem armaturam murum ferreum exercitus appellat, veluti ſolidum et inexpugnabile munimentum. Horat.

Nullus dies omnino malus. Aſtrologi deſignant quoſdam dies fortunatos aut infelices, ſed his aut illis rebus. Nullo tamen die indulgendum eſt otio, quod nullus ſit adeo inauſpicatus, quin alicui negotio ſit felix, ſi quis recte vtatur conceſſo tempore: dies infauſtus gerendo bello, aut nauigationi, felix eſt adminiſtrandae rei familiari. Nullus autem dies non proſper parandae bonae menti. Heſiod.

DEGENERANTIVM IN PEIVS.

Ab equis ad aſinos. Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους. Vbi quis a ſtudiis honeſtioribus ad parum honeſta deflectit. Procop.

Mandrabuli more res ſuccedit. Ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα. Hoc eſt indies in peius labitur. Inde natum, quod Mandrabulus quidam, quum theſaurum repériſſet, primum auream ouem Lucian.

ouem posuit Iunoni Samiae, proximo anno argenteam, tertio aeream.

Ennius. *O domus antiqua, quam dispari domino dominaris!* Videtur et hoc Ennii carmen prouerbiis asscribendum, quod refertur a M. Tullio. Conueniet in disciplinam commutatam in peius eorum vitio, qui successerunt.

Heroum filii noxae. Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα. Manet et hodie vulgatus iocus; Ex sapientissimis patribus stultissimos propagari liberos.

Terent. *Haud canit paternas cantiones.* Οὐ πατρῷα αὐλεῖ μέλη. De eo iactatum, qui a paternis moribus degeneraret. Solent liberi maiorum suorum cantiunculis, quas admodum pueri didicerunt, delectari.

Homer. *Filius degenerans.* In filium, qui a paterno degenerat instituto, siue qui non diu fruitur a patre relictis, sed excutitur a maiorum facultatibus, conueniet illud Homeri Iliad. ρ.

Ἀλλ' οὐχ υἱὸς ἐν ἔντεσι πατρὸς ἐγήρα.

Bene natis turpe est, male viuere. Quidam arbitrantur ob hoc ipsum sibi licere turpiter viuere, quod honestis maioribus orti sunt, quum contra generis claritas, quasi fax addita faciat, vt nobilium errata plus habeant dedecoris, quam obscuro genere natorum.

Quis parentem laudabit, nisi infelices filii. Τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα. Carmen vulgo iactatum de iis, qui maiorum suorum facinora iactitant, nimirum nihil habentes, quod de seipsis vere praedicent.

Diog. *Acesias medicatus est.* Ἀκεσίας ἰάσατο. Dici solitum de re, quae semper vergeret in deterius, quoque magis accuraretur, hoc peius haberet. Occasionem adagio dedit Acesias quidam medicus impe-

imperitus et stupidus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti mederi studet, auxit dolorem.

Taurum tollet, qui vitulum sustulerit. Si quando significabimus maiora peccatorum adultum, qui puer vitiis minoribus assueuerit. Quadrabit in eos, qui paullatim rebus etiam maximis assuescunt. Petron.

Vt nunc sunt homines. Si notabis temporum tuorum mores, vt semper in peius degenerantes a virtute maiorum, applicabis illud Homeri Iliad. μ. Homer.

Οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν.

Discum quam Philosophum audire malunt. Vulgus hominum propensius est ad quasuis ineptas voluptates, quam ad frugiferam. Per iocum transferri potest ad discum escarium, cuius crepitum multi libentius audiunt, quam vocem philosophi.

Eamus Athenas. Ἴωμεν εἰς Ἀθήνας. Licebit vti, si quando nos melioris fortunae relictae poenitebit. Atheniensium virgines relicta patria, cum in Thracia sibi aegre pararent victum, verbis hisce *Eamus Athenas* desiderium patriae testabantur.

DEPRECANTIS ET ABOMINANTIS.

Despuere malum. Manet et hodie in vulgi moribus, vt, si quid audiant exsecrandum, quod sibi nolint euenire, despuant velut abominantes. Id autem haesit ex veterum superstitione, qui sibi persuaserant desputationem esse remedium adversus imminentia mala. Plaut.

Vates secum auferat omen. In eos, qui nobis dira minantur, aut acerba praenunciant, conveniet illud Theocriticum in Bucoliastis. Theocr.

Αἰ-

Αὐτὰρ ἅπαντα ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἐχθρ' ἀγορεύων,

Ἐχθρὰ φέροι ποτὶ οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ.

Athen. *In capras siluestres.* Κατ' αἰγὰς ἀγρίας. Abominantis, est sermo, et malum deprecantis. Confine illi: Hostibus euenlant conuiuia talia nostris. Athenaeus ponit, ad capras siluestres, pro eo quod difficilimum esset inuentu, aut quod nusquam est.

Idem. *Baeon malus piscis.* Dicetur in hospitem ingratum ac molestum. Bacon apud Epicharmum piscis quidam est.

Pindar. *Si quid mali, in Pyrrham.* Εἴ τι κακὸν, εἰς Πύῤῥαν. Subaudiendum, recidat aut abeat, aut eiusmodi quippiam. Ad hunc modum malum, si quod timeretur, deprecabantur abominantes, et in hostium caput imprecantes. Originem prouerbii tradunt huiusmodi. Quondam Pyrrhaeos, quotquot erant finitimi, graui odio persequebantur, vnde si quod malum aliquando videretur impendere, id abominantes precabantur, vt in Pyrrhaeos auerteretur, dicentes: εἰς τὴν Πυῤῥαίων. *Id est, in Pyrrhaeorum regionem.* Est autem Pyrrha Lesbi insulae ciuitas, auctore Stephano.

Suidas. *Procul ab auribus nuncius veniat.* Ἀπ' ὤατος ἄγγελος ἔλθοι. Sermo deprecantis nuncium male auspicatum.

Homer. *Abhorrentis ac detestantis.* Quum dicemus nos vehementer a vitio quopiam abhorrere, illud Homeri vsurpare licebit:

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσι.

Plato. *Dulcis cubitus.* Γλυκὺς ἀγκών. Abominantis est sermo. Ancon autem Nili pars est, in qua nauigantes plurimum et sudant et periclitantur. Vnde

Vnde prouerbio dicebatur: *Dulcis cubitus*, quasi deprecantes eius loci discrimina. Id autem perinde valet quasi dicas: *Bona verba; aut bene ominata loquere.*

Terra mihi prius dehiscat. Virgil.

Virgilius.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras.
Pallanteis vmbras Erebi, noctemque profundam.
Ante, pudor, quam te violem, aut tua iura resoluam.

DERISIO.

Omnia praeclara dicis. Socrates apud Platonem in Euthydemo, εἰρωνεύων suo more, quod aduersarius absurda quaedam collegisset, videlicet Socratem scire quod nesciebat, et rursum nescire, quod sciebat: εἶεν, *inquit*, ὦ Εὐθύδημε, τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ δὴ πάντα λέγεις. Plato.

E sublimi me derides. Ἀφ' ὑψηλοῦ μοῦ καταγελᾷς. De eo, qui cum fastu ridet quempiam ac despectim. Translatum ab iis, qui ex edito loco verba faciunt. Suidas.

Ἐσκιμαλίχθαι. Hoc gestu contumeliam, despectumque supremum significabant. Est enim Graece ἐσκιμαλίσαι, medium digitum ostendere, contractis caeteris, ignominiae causa aut strepitu digitorum significare contemtum. Elegantius magisque prouerbialiter ad fortunam, ad eruditionem, aut aliud quippiam, quod plane contemnitur, detorquebitur.

Naso suspendere. Est vafre ac subdole irridere. Plinius docet a suae aetatis hominibus nasum subdolae irrisioni fuisse dicatum. Horat.

 Postica

Perſius. *Poſtica ſanna.* Perſius poſticam ſannam prouerbialiter appellat clancularium irriſionem. A geſtu ridentium aliquem a tergo. Nam huiuſinodi geſtibus ab occipitio derident quidam.

Plaut. *In eo ipſo ſtas lapide, in quo praeco praedicat.* Quadrabit vbi quis praeſens, videns, audiensque tamen deluditur. Quod autem meminit lapidis, id traductum eſt a lapide quodam editiore, quem Romae fuiſſe complurium auctorum teſtimonio conſtat, vnde praecones in auctionibus res venales nunciabant.

Iuuen. *Loripedem rectus derideat.* Quo conueniet vti, quoties aliquis id aliis opprobrat mali, cui ſit ipſe obnoxius, aut aliena caſtigat vitia, a quibus ipſe non ſit immunis, perinde quaſi claudus claudo claudicationis vitium per contumeliam obiiciat.

DESPERATIO.

Terent. *Actum eſt.* Prouerbialiter etiam hodie his verbis deſperationem ſignificamus, actum eſt, Graeci πέπρακται. Terentius in Eunucho *Actum eſt, ilicet, periſti.* *Actum eſt*, ſumtum a iure, *ilicet* a iudicio, *periſti* a iudicio. Nam haec tria verba pariter, incremento quodam indicant deſperationem. Quoniam autem fas non erat reſcindere iudicum ſententiam et eadem de re bis iudicium adipiſcier, vulgo receptum eſt, vt de negotiis deſperatis, actum eſt, diceretur. Etiamſi poſtea repertum eſt, vt quidam per iudicem in integrum reſtituerentur. Aut certe ideo dictum eſt, actum eſt, quod quidquid peractum eſt, hoc iam non actum eſſe non poteſt, iuxta prouerbiales ſententias, quae teſtantur, ne deo quidem permiſſum eſſe, vt quod factum ſit, efficiat infectum.

Nullu

Nullus sum. Prouerbiales sunt et illae apud Comicos hyperbolae, Nullus sum, occidi, et perii, quibus desperationem aut ingens malum significamus. Euripid.

Pinus in morem. Πεύκης τρόπον. Vbi quis funditus, radicitusque perit, ita vt nullo pacto restitui possit, piceae ritu perditus dicitur. Nam piceam succisam negant suppullulescere. Diog.

Perierunt bona. Ἔῤῥει τὰ καλά. Hippocrates Mindaro Lacedaemoniorum Duci fuit ab epistolis. Eo interfecto ab Atheniensibus, Hippocrates in Lacedaemonem huiusmodi scripsit epistolam: Ἔῤῥει τὰ καλὰ, Μίνδαρος δὲ ἀπέσσυται. Innuens rem male cessisse. Hippocr.

Ad restim res rediit. Hoc adagio summa rerum desperatio significatur. Nam in hac solent quidam amentes ad laqueum confugere. Terent.

Suspendio deligenda arbor. In re vehementer indigna, neque vllo pacto toleranda, veteres arborem suspendio deligendam esse dicebant. Plinius.

Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas. Εἰς χοιρίδιον μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς. Dicebatur ab eo, qui mori decreuisset, aut qui vellet initiari. Nam initiandi consueuerunt immolare porcum. Suidas.

A quinque scopulis desilire in vndas. Ἀπὸ πέντε ἅλλεσθαι πετρῶν ἐς κῦμα. Hoc vsurpari solet ab iis, qui iam impatientes, praesentium malorum minantur semet in quoduis potius malum praecipitaturos, quam vt perpetiantur.

Omnibus armis praesidiisque destitutus. Hominem inermem, et omnibus praesidiis destitutum, indicabimus hoc versu Homerico qui est Iliad Φ.

Γυμνὸς ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ' ἔχεν ἔγχος.

Eurip. *Tenuis spes.* Ψυχρὰ μὲν ἐλπίς. Spem infirmam incertamque Poëtae tenuem vocant. Transſlatum a nautis, qui, cum haerent mari nimium malacissante, e nubecula, aut mari procul criſpante, diuinant fore ventum.

DIFFICVLTATIS.

Suidas. *Non eſt cuiuslibet Corinthum appellere.* Ὀυ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς. Vetuſtum iuxta ac venuſtum adagium, de rebus arduis et aditu periculoſis, quaeque non ſit cuiuslibet hominis affectare. Inde natum, quod vti refertur apud Suidam, nec facilis, nec ſatis tutus ſit nautis in Corinthiacum portum appulſus. Strabo oſtendit, Corinthum, quod in Iſthmo eſſet, duoſque haberet portus, alterum aduerſus Aſiam, alterum Italiae oppoſitum, negotiatorum frequentia locupletiſſimam fuiſſe. In eadem templum fuiſſe Veneri ſacrum, adeoque locupletatum, vt plus mille puellas caperet, quas Corinthii Veneri conſecrarant, vt in eius honorem proſtarent. Itaque harum gratia frequens in vrbem multitudo vndique confluebat, vnde ciuitas maiorem in modum ditabatur. Quin etiam negotiatores, hoſpites ac nautae propter vrbis luxum deliciaſque immoderatos ſumtus facientes, exhauriebantur. Horatius et Gellius referunt adagium ad Laidem Corinthiam, nobile ſcortum, quod ob elegantiam venuſtatemque formae grandem pecuniam, nempe, μυρίας δραχμὰς, demerebat, conuentuſque ad eam ditiorum hominum ex omni Graecia celebres erant. Ad Laidem Corinthum fruſtra ibat, qui grandem, quam poſcebat, pecuniam ſoluere non poſſet. Alii malunt ad omnes Corinthiorum meretrices referri, quorum rapacitas taxatur.

Diffi-

Difficilia quae pulcra. Δύσκολα τὰ καλά. Quidam prodiderunt Pittacum, vbi ſemet abdicaſſet imperio, dixiſſe: χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. Porro Solonem Pittaci mollitiem atque ignauiam taxantem dixiſſe: Difficilia quae honeſta. Sunt qui arbitrentur hanc natam paroemiam. Periander Corinthius initio populariter ac moderate gerebat imperium. Poſtea verſis moribus tyrannice agere coepit. Id ſimul atque cognitum eſſet Pittaco Mytilenaeo, diffiſum de ſui ipſius animi conſtantia magiſtratum depoſuiſſe, relictoque imperio in exſilium abiiſſe. Percontantibus deinde quibuſdam, qua gratia fuiſſet imperium, reſpondiſſe, quod admodum eſſet arduum, probum eſſe propter mutatum Periandrum. Quibus auditis, Solonem addidiſſe ſupra laudatum apophthegma. Solon.

Cum principe non pugnandum. Qui ſignificabit arduum, principem a priuato ſuperari, aut difficilimum vincere naturam, vſurpabit illud Homeri Odyſſ. δ.

Ἀργαλέος γάρ τ' ἐςὶ θεὸς βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι. Homer.

Ire per extentum funem. Pro eo quod eſt rem factu perquam difficilem praeſtare, neque vel tantillum aberrare. Sumtum a funambulis, qui non ſine ſumma arte ſummoque vſu per funem protenſum ingrediuntur. Quae res priſcis ingenti miraculo fuit. Horat.

Clauam extorquere Herculi. Qui ſibi vendicare conatur, quod alius iam potentior occupauit. Natum eſt ab apophthegmate Maronis, cui cum Zoili quidam vitio darent, quod non paucos Homeri verſus pro ſuis vſurpaſſet, reſpondit, hoc ipſum magnificum eſſe facinus, vel Ioui fulmen eripere, vel clauam extorquere de manu Herculis.

Nemo malus hoc ſciet. Οὐδεὶς κακὸς ἄσεται τοῦτο. Plato.
Quoties rem egregiam, et cognitu dignam ſi-

gnificamus. Natum a mysteriis deorum, quae non nisi ab initiatis et puris cognosci fas erat.

Homer. *Non omnibus contingit.* Non cuiuis fit potestas cum regibus colloquendi, aut non omnibus contingit, diuinarum literarum penetrare mysteria. Ad hunc sensum non inuenuste deflectetur illud Homeri ex Odyss. π.

Ου γάρ πω πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς.

Idem. *Aegre sed tamen contigit.* In eos, qui aegre quidem, sed tamen assequuntur, quod optant, quadrabit illud Homeri Odyss. λ.

Ἀλλ' ἔτι μὲν γε καὶ ὣς κακὰ περ πάσχοντες ἵκοισθε.

Aegre quidem sed facimus tamen. Cum aegre quidem, et non sine plurimis incommodis agimus quippiam, sed tamen facimus adacti necessitate, conueniet illud Homeri Iliad. Z.

Καὶ μάλα τειρόμενοί περ' ἀναγκαίη γὰρ ἐπάγει.

Plaut. *Praeter Sibyllam nemo leget.* Diuus Hieronymus irridens Ioninani Stylum, vt perturbatum et obscurum, scribit Plautinarum literarum illud in eum quadrare: *Has praeter Sibyllam leget nemo.*

Hesiod. *Centum plaustri trabes.* Hesiodus: Ἑκατὸν τε δούραθ' ἁμάξης. Eo tempestiuiter vtemur, quum significabimus id, quod a nobis petitur, magno constare.

Azanaea mala. Ἀζάνια κακά. Dici solitum, vbi quis in re perdifficili et infrugifera plurimum sumeret laboris, aut vbi res est cum homine difficili, moroso, intractabili et tenaci. Azanaea regio quaedam sterilis et culturae inhabilis est Arcadiae, in qua coloni multo sudore parum fructus referunt. Praeterea narratur,

Azaniae,

Azaniae, Phrygiae vrbe frequentes fuiſſe villas ruſticorum. Orta ob ſterilitatem agrorum fame, collecti paſtores rem diuinam fecerunt, fertilitatem a diis petentes. Caeterum cum dii non audirent illorum vota, perduraretque agrorum ſterilitas, Euphorbus e paſtoribus quidam nouum ſacrificii genus excogitauit. Immolauit enim vulpem et echinum. Hac hoſtia placatis diis, agros feraces eſſe coepiſſe. Quod vbi finitimis paſtoribus eſſet cognitum, Euphorbo ſacerdotium, et imperium detulerunt, poſt loci nomen commutatum eſt, proque Azania ἐξανάγων vocatum.

Capere prouinciam. Tradere prouinciam. Illi dicuntur, qui rei curandae onus in ſe recipiunt; hi, qui negotium aliquod curandum committunt. Sumta metaphora a conſuetudine Romanorum, apud quos, qui magiſtratum gerebant, prouincias alios alii ſortiebantur. Plato.

Capere ciuitatem. Plato in quodam dialogo ſignificat prouerbio dici ſolere, qui rem difficilem eſſet aſſequutus. Neque enim ciuitas primo ſtatim impetu capitur. Idem.

Omnes laqueos effugere. Quod ipſum a venatu tranſlatum eſt, in quo ſic vndique ſepiuntur exitus, vt neceſſe ſit, feram in aliquas inſidias incidere. Idem.

Trabs in omnibus. Δοκὸς δὲ ἐπὶ πᾶσι τέτυκται. Videtur Hemiſtichium ex Poëta quopiam ſumtum, quo ſignificatum eſt, nihil eſſe tam certum, quin obſtet ſcrupulus, cogens nos ad exactiorem rei conſiderationem. Tranſlatum ab aratione, quam difficilem reddit trabs, ſubinde in proſcindendo aruo occurrens.

DIFFIDENTIAE.

Simul et da et accipe. Ἅμα δίδε καὶ λάμβανε. Vbi res eſt cum homine parum certa fide, cui Ariſtot.

 non

non sit tutum quidquam credere, nisi statim receperis, quod fueris stipulatus. Torquebitur in eum, qui non collocat officium aut munus suum, nisi iam certus de mutuo, nec spem exit pretio.

Nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumseris. Significat hominis ingenium non posse perspici, nisi diuturno conuictu, longoque commercio.

Fiducia pecunias amisi. Iactatur et hodie, fiducia ... mortalium falli.

Strabo. *Ne Mercurio quidem credere.* Strabo lib. 2. de narratione parum probabili, ὧν οὐδὲν τῷ Ἑρμῇ πιστεύσαι τις λέγοντι. Proprie conueniet in eos, qui longinquis peregrinationibus circumacti, narrare solent prodigiosa. At viatorum Deus habebatur Mercurius.

Plaut. *Confringere tesseram.* Apud Plautum in Cistellaria confringere tesseram dicitur, qui sibi reditum in domum aliquam praeclusit. Est autem tessera symbolum hospitale, quo prolato agnoscebantur hospites, si quando rediissent.

Idem. *Caeca dies, et oculata dies.* Plautus caecam diem et oculatam pro die qua non numeratur praesens pecunia, et qua numeratur. Vocant et Iurisconsulti caecam diem, et caeca testimonia, quae scripto perhibentur absentibus. Nam caeca sunt non tantum quae non vident, sed quae non videntur et absunt.

Idem. *Oculatae manus.* Quae promissa velint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus videant exhibita, aures non habere, quibus audiant pollicitationes.

Idem. *Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.* Longe maior est habenda fides referentibus ea quae viderint oculis, quam iis, qui narrant ab aliis audita.

Non

Non persuadebis, ne si persuaseris quidem. Οὐ γὰρ πείσῃς, ἐ δὲ ἂν πείσῃς. Est autem hyperbolae genus, qua significamus tanquam ἀδυνατώτατόν τι. Perinde quasi dicas, non credam, etiamsi videro. Aristoph.

Quot seruos habemus, totidem habemus hostes. Non habemus illos hostes, sed facimus. Meminit Seneca epistola XLVII. Admonet adagium, ne quid fidamus illis, neue ex animo illos nobis amicos arbitremur, qui nos metu colunt, propterea quod seruorum animus nequaquam integer sit, sed mentis dimidium ademerit iis Iuppiter. Seneca.

Hostium munera, non munera. Priscorum superstitio credidit, obseruanda vel maxime munera, a quibus quo animo mitterentur, propterea quod quae darentur ab iis, qui nobis male cuperent, exitio plerumque fuisse constaret. Ortum adagium ex historia, quam Homerus refert. Narrat Hectorem et Aiacem inita amicitia dona inter sese permutasse, atque Hectorem Aiaci donasse gladium, Aiacem Hectori dedisse baltheum. Deinde pariter ambobus suum munus exitio fuisse. Siquidem Aiax victus ab Vlysse, cognitisque iis, quae per insaniam tum dixerat, tum fecerat, eodem gladio sibi necem consciuit. Item Hector per occasionem balthei occisus est ab Achille iuxta muros Troianos. Sophocl.

Homo homini lupus. Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος. Quo monemur, ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque a lupo caueamus.

Etiamsi Cato dicat. De fide et auctoritate Catonis Vticensis narrat Plutarchus. Prouerbium dicitur de rebus incredibilibus.

Lydus ostium claudit. Λυδὸς τὴν θύραν ἔκλεισε. De furacibus dicebatur, quod Lydi non discederent, nisi re quapiam sublata. Malim accipere de iis, qui rem quampiam obscaenam aggres-

furi, fugitant arbitros, abduntque sese, propter Lydos mollitei notatos.

Tuam ipsius terram calca. Cum iubebimus cuipiam, vt in suo loco se contineat, neque se recipiat in nostra. Conueniet vbi parum fidemus alicui, nec volemus in domesticam recipere consuetudinem.

DIFFERENTIAE.

Gellius. *Longe lateque.* Quum ingens discrimen significant, longe lateque distare dicunt. Translatum videtur ab agrorum mensoribus.

Quisquis is fuerit. Quemuis citra vllam exceptionem hominem indicabimus hoc versiculo, qui est Iliados γ.

Ὅς θνητός τ' ἄη, καὶ ἔδοι δημήτερος ἀκτήν.

Theocr. *Pilus in medio.* Minimum discriminis significantes, dicimus pilum interesse: id vehementius est, quam si dicas, culmum latum. Theocritus in Thyonicho.

Λαστῶ δέ μηνᾶς πόκα θρὶξ ἀνὰ μέσσον.

Verba sunt amantis ac metuentis, ne tandem amor exeat in insaniam: a qua tam parum absit, vt vix pilus sit in medio. Consimili tropo Plautus dixit in Mustellaria: *Pluma haud interest, patronus an cliens probior siet, Homini cui nulla in pectore est audacia.* Non interest pluma, pro nihil omnino refert.

Lucian. Δὶς διὰ πασῶν. Hoc adagio discrimen ingens ac longissimum interuallum significabant. Vnde quae pugnantissima inter sese viderentur, totoque diffidere genere, ea bis per omnia inter se discrepare dicebant. Adagium ex arte musica mutuo sumtum.

Myso-

Mysorum et Phrygum termini discreti sunt. Strabo regiones quasdam commemorat inter sese finitimas, puta Phrygum, Bithynorum, Mysorum, Dolonum. Item qui iuxta Cyzicum accolunt, Mygdonum ac Troianorum. Neminem autem inficias ire: quin vnaquaeque suis finibus sit circumscripta. Verum eos fines ad amussim diiudicare, id neutiquam facile. Manent et in hodiernum diem de finibus gentium rixae, longa serie temporum omnia confundente. Adagio licebit vti, de rebus toto genere inter sese diffidentibus. Veluti si quis sentiet longe aliud spectare philosophum, aliud oratorem. Aut de hominibus, inter quos nihil conuenit, nihilque commune intercedit. Strabo.

Seiuncta sunt Merrhae ac Siloam fluenta. Χωρὶς τὰ Μεῤῥᾶ, καὶ Σιλωὰν Ῥεύματα. De longo interuallo dissitis inter sese. Veluti si quis dicat, inter amicum et adulatorem plurimum interesse. Apparet neotericum esse prouerbium, et haud scio, an ab Apostolo additum ex literis ecclesiasticis. Siquidem Marrha vocatur locus, in quo Moyses aquas pestilentes et amaras, iniecto ligno dulces reddidit, ac salubres. Caeterum ad aquas Siloam missus est a Jesu caecus Euangelicus, quo visum reciperet. Vnde apparet salutares fuisse dissimillimas aquis Merrhae.

Quid distent aera lupinis. Id est, nouit discrimen rerum vilium et pretiosarum. Agit autem Horatius de iis, qui beneficia non ita conferunt in quosuis, velut abiiciant, sed ita collocant, vt expendant, et eius meritum ac dignitatem, cui praestant, et pretium muneris quod largiuntur. Porro lupini vilitatem prouerbialiter notauit Juuenalis. *Tunicam mihi malo lupini, Quam si me toto laudet vicinia pago.* Horat.

Ingens

Cic. *Ingens interuallum.* M. Tullius in epist. ad Atticum lib. sexto Senarios hos ceu prouerbiales vsurpat:

Πολλὰ δὲ ἐν μεταιχμίῳ.

Νότος κυλίνδει κῦμαθ' ὑγρᾶς ἁλός.

Licet eo torquere vt significes, rem adhuc procul abesse a periculo.

Hieron. *Ne punctum quidem.* Apud Mathematicos punctum minimum quiddam est in dimensione corporis, adeo vt diuidi non possit.

Pindar. *Valeat amicus cum inimico.* Ἐῤῥέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. Quadrabit in eos, qui toti ad se spectant, nec amici magis quam inimici rationem habent.

Horat. *Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.* Dicendum vel in duos aliquos diuersis laborantes vitiis, vel in eumdem sui dissimilem, nempe modo loquaciorem quam sat sit, modo impendio taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone seueriorem, nonnumquam profusum, nonnumquam sordidum. Siquidem vt vitio dandum, si quis hircum oleat: ita ad aeque vituperandum, si quis oleat vnguenta. Nam pastilli pillulae sunt vnguentariae. Alterum spurci est, alterum molli.

DIGNITATIS.

Diog. *Canis digna sede.* Ἀξία ἡ κύων θρόνου. Quum nouus honos obtigit cuipiam immerenti. Sumtum videtur a Melitaeis canibus, quibus nonnullae mulierculae maiorem habent honorem quam ipsis maritis.

Suidas. *Digna canis pabulo.* Ἀξία ἡ κύων τοῦ βρώματος. Ferme perinde valet, ac si dicas: Dignus operarius mercede sua. Et vix quisquam est tam inutilis minister, quin si non amplo salario, certe victu

victu dignus esse videatur. Quadrabit in hominem non vsque quaque reiiciendum atque inutilem, aut in hominem assentatorem, et ob id idoneum, qui versetur in principum aulis, vbi nullo in pretio sunt, qui nesciant adulari.

Dignus obelisco. Ἄξιος ὀβελίσκου. Dignus quovis honore. Idem Summis enim viris eiusmodi columnae ac pyramides erigebantur magnificis inscriptae titulis, aut ingentes colossi. Sic enim stupidi principes olim fingi gaudebant. Tametsi prouerbium ancipitem habet sententiam, propterea quod Aristarchus obeliscis iugulare sit solitus, quae parum probaret.

Digna cedro. Dicuntur, quae promerentur Persius. immortalitatem, et eiusmodi iudicantur, vt posteritati consecrentur. Sumtum est ab arboris natura, cuius succo quae sunt illita, non sentiunt cariem.

Dignus Argiuo clypeo. Ἄξιος ἃ τὸν ἐν ἄργει ἀσπίδος. De generoso ac maiorem in modum venerando. Inde sumtum, quod olim apud Argiuos ex more pueri incorrupti purique, clypeos quosdam gestantes, pompas agebant. Isque honos erat illi aetati, prisco quodam instituto maiorum, decretus.

Dignum propter quod vadimonium deseratur. Vbi Plinius. rem maximi momenti volumus significare, quaeque vel quantouis dispendio debent expeti, dignam esse dicemus, cuius gratia vadimonium deseratur. Nam qui vadati sunt, non nisi summo suo periculo abesse periculo possunt.

Dignus qui eum in tenebris mices. Qui certissima Tullius. esset fide, eum dignum dicebant, qui cum in tenebris micaretur. Micare est lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repente porrectis digitis certantium vterque numerum diuinet. Qui cum micas in tenebris, ei liberum est, si velit, fallere. Hinc dignus qui cum in tene-

tenebris mices dicitur, qui vsque adeo certa est fide, vt nec si tuto possit, velit quempiam mendacio fallere.

Quauis re dignus. Ἄξιος τοῦ παντός. Terenrentius: Hominem quantiuis precii.

Diogen. *Regia vaccula.* Βασιλικὸν βοΐδιον. De prodigiosa foecunditate dicebatur. Natum est e miraculo rei gestae. Aetate Ptolomaei Iunioris vacca quaedam eodem partu sex edidit vitulos. Simile illud Iuuenalis: *Scropha foecundior alba.*

Aristoph. *Batti silphium.* Βάττου Σίλφιον. Graeci nouum et rarum quempiam honorem prouerbio vocant. Aristophanis interpres diuersam originem adagionis adscribit. Battus a Thera iuxta Cretam insulam profectus, oraculo monitus Apollinis, vel, vt alii tradunt, domestica pulsus seditione, Cyrenem possedit. Cui cum Afri beneficii memores summum honorem habere studerent, donarunt illi Silphium herbam apud illos omnium pulcerrimam, simulque numisma ferientes, in cuius altera parte regnum erat insculptum, altera Silphium, quo fuerat a ciuitate donatus. Sunt qui dicant, imaginem fuisse datam, sunt rursum, qui annulum, in quo ciuitas erat expressa, regi Silphium deferens. Porro Silphium inter herbas primam gloriam obtinet, cuius et folia, et fructus, et caulis, et succus pretiosissimus sit. Vnde Ampeliotae, ea gens quaedam est Africae, Delphis Silphii caulem consecratum suspenderunt.

Decernetur equa Thessalica. Ἐπικρινεῖται ἵππος Θετταλική. De summo praemio dicebatur, propterea quod antiquitus prima laus fuerit equarum Thessaliae. Lepidius erit per ironiam.

Horat. *Bos in ciuitate.* Βοῦς ἐν πόλει. Dicitur vbi quis ad nouos honores euehitur, praeter meritum. Lysias, bouis imaginem in arce collocauit Athenis. Nam in agris boum vsus est, non in ciuitate.

Sapien-

Sapientum octauus. In eum, qui sibi multum tribuit in sapientia. Numerantur enim apud graecos septem sapientes. Horat.

Columen familiae. Donatus columen dici putat, perinde quasi columnam dicas, cui reliqua domus innitatur. Vnde antiquitus seruos maiores columellas dictos. Terent.

Vtramque paginam facit. Sumta metaphora a codicillis rationalibus, duas habentibus paginas, alteram, quae indicat, quid sit datum, alteram, quae, quid acceptum sit, ostendit. Itaque in rebus humanis fortuna vtramque facit paginam, id est, siue quid obtingit boni, ea laudatur quasi dederit, siue mali quid accidit, eadem incessitur ceu malorum auctor. Plinius.

Esto promus. Ἔστω ταμίας, τ' ἀλλὰ δὲ βάλλει κύων. Aiunt dictum in eum, cui felicitas immerenti contigisset, peculiariter in eunuchos.

Juppiter aquilam delegit. Ζεὺς αἰετὸν ἥλετο. Vbi quis asciscit sibi praeclaros suisque rebus accommodos. Poëtae fingunt aquilam Ioui fulmen porrigere, quod haec auis omnium altissime subuolet, nec ictu fulminis laedatur.

Glaucus comesa herba habitat in mari. Γλαῦκος φαγὼν ποαν οἰκεῖ ἐν θαλάττῃ. Dictum apparet per iocum de iis, qui cum perierint tamen vulgo creduntur viuere. Glaucus quispiam fuit Anthedonius piscator, natandi peritia longe omnium primus. Is quo magis esset miraculo, commentus est imposturam huiusmodi. Enatabat e portu spectantibus Anthedoniis, donec iam extra prospectum esset. Ibi reuersus in terram, secessit in locum aliquem semotum, atque in eo dies complures commorabatur. Deinde cum videretur, redibat natans in portum spectantibus iis, qui stabant in littore, Mirantibus autem amicis ac sciscitantibus, vbinam gentium tam diu commoratus esset, assimulabat in mari-

nis

nis fluctibus interim versatum esse sese. Auxit miraculum altero commento. Hibernis mensibus cum caeteri piscatores nihil piscium capere possent, ille ciues rogabat, quosnam pisces adduci vellent, quosque iussissent aduehebat, videlicet iam ante paratos in hunc vsum atque alibi conclusos. Euenit tandem, vt hic impostor a bellua quadam marina deuoraretur, isque fuit eius Comoediae finis. Porro cum non rediret ex more, populari fama iactatum est, Glaucum gustata herba factum immortalem, et in mari vitam agere.

Antiquior Codro. Πρεσβύτερος Κόδρου. De priscis, et ob antiquitatem admirandis. Codrus antiquissimus Atticae rex.

Homer. *Pro dignitate cuiusque.* Cum vnicuique partes tribuuntur pro decoro personae, proque dignitate, veluti si negotium arduum committatur prudenti et exercitato; leuiusculum iuueni cuipiam et imperito quadrabit illud Homeri ex iliad. ξ.

Ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδυνε, χερείω δὲ χέρονι δόσκεν.

Suidas. *Myrteam coronam ambis.* Μυῤῥινᾷν. Dicebatur, qui tyrannidem, aut magistratum ambiret. Nam olim principes myrteis corollis coronabantur, si quidem Suidae credimus.

Homer. *Omnibus anteuertenda vitae cura.* Qui dicet omnia posthabenda, quo viae consulamus, accommodabit illud Homeri ex iliad ι.

Οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ᾽ ὅσα φασὶν,
Ἴλιον ἐκτῆσθαι ἐυναιόμενον πτολίεθρον,
Τὸ πρὶν ἐπ᾽ εἰρήνης.

Causa est, quod vna vita neque reuocari, neque sarciri possit, simul atque semel dentes reliquerit.

Caecus

Caecus et claudus non intrabunt templum. Fortassis adagio locus erit, quoties excluditur aliquis ab honore indignus. 4. Reg. 5.

Roscius. Roscius histrio tam erat felix in agendis fabulis, vt, quisquis in arte quapiam insignis esset, Roscius vocaretur. Eodem igitur tropo, quo vehementer in consiliis callidum, Daedalum vocamus, in laboribus patientem, Herculem, in disputando inuictum, Achillem, in iudicando, Aristarchum, patronum in causis agendis egregie dextrum, Roscium licebit appellare. Cicero.

Primas tenere. M. Tullius ad Q. fratrem epist. 3. carmen adfert, velut παροιμιῶδες. *Illud vero,* inquit, *quod a puero adamaram.* Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, *totum occidisse.* Queritur enim illic oppressa Repub. nullum esse locum vel exercendae virtuti vel tuendae dignitati. Carmen suspicor esse Homeri, quod ita verti potest: Primas vsque tenere, aliosque excellere laude. Idem.

DILIGENTIAE.

Ad amussim. Frequens est apud autores: Ad amussim, examussim, examussatim, amussatim, pro eo, quod est, exquisita diligentia, atque exactissima cura. Translatum a fabris lapidariis aut lignariis, qui funiculo illo regulari operis aequalitatem explorant: quamquam Festus alicubi testatur, amussim quibusdam esse non lineam neque regulam, sed ferramentum, quo fabri in poliendo vtuntur. Gellius.

Thynni more. Θύννε δίκην. Thynni more videre dicuntur, qui limis, aut altero oculo oblique inspiciunt. Thynnus, piscis marinus, altero oculo caecutit, eoque cum immigrant in mare, adhaerent terris ad dextram, cum emigrant, contra. Potest et ad eos referri, qui acriter ac Athen.

diligenter inſpiciunt, propterea quod altero occluſo oculo vis illa, quae duos mouebat, ad vnum conferatur, hoc acrior, quo contractior.

Suidas. *Iuxta melam.* Κατὰ μήλων. Suidas oſtendit prouerbio dici ſolere, vbi quis incerta coniecturis perſequeretur. Sumta metaphora a medicis, vlcus internum immiſſo per fauces inſtrumento quopiam explorantibus. Id inſtrumentum μήλων vocant.

Horat. *Ad vnguem.* Eumdem habet ſenſum. A marmorariis ſumta metaphora, qui ſuperinducto vngui commiſſuras explorant marmorum.

Cic. *In quadrum redigere.* Pro eo quod eſt, in ordinem aptamque ſtructuram concinnare. Sumtum ab iis, qui arbores aut lapides mathematicis gnomonibus exaequant, vt vndequaque congruant inter ſeſe. Proinde quod conuenit, quadrare dicimus.

In nocte conſilium. Ἐν νυκτὶ βουλή. Admonet adagium, non eſſe praecipitandum conſilium, neque ſtatim ad primos animi impetus quippiam agendum. Nox autem propter ſolitudinem ac ſilentium, vel maxime ad conſiderandum, conſultandumque de rebus grauibus eſt idonea. In conſultando cunctatio tutior eſt, periculoſa celeritas.

Tullius. *Vltro citroque.* Quaſi dicas, huc atque illuc. Fit autem venuſtior metaphora, quoties ad mutuam altercationem, diſceptationem, confabulationem, rixamue refertur.

Ariſtoph. *Ruminare negotium.* Ἀναμαρυκᾶσθαι τὸ πρᾶγμα. Ruminare ſeu remandere negotium dicitur, qui ſuo cum animo verſat, etiam atque etiam expendens. Sumta metaphora ab animantibus, qui cibum in os reuocatum denuo mandunt, atque ita demum in alterum ventrem traiiciunt.

Plutarch. *Fixis oculis intueri.* Ἀτενὲς ὁρᾶν. Pro eo quod eſt attentius accuratiuſque conſiderare.

Sum-

Sumtum ab amantibus, qui stupentibus, nec vsque dimotis oculis inspiciunt id, quod delectentur.

Γοργὸν βλέπειν. Aliquoties apud Lucianum, pro acribus oculis obtueri. Homer. Iliad. Θ. Lucian.

Γόργους ὄμματ' ἔχων ἠδὲ βροτολοιγοῦ ἄρεος.

Γοργὸν dictum παρὰ τῆς ὀργῆς, quod irati acribus oculis obtueantur. Sumtum e fabula Persei.

In occipitio oculos gerit. De versutis et circumspectis, quosque neutiquam procliue sit fallere. Plautus in Aulularia. Plaut.

Quae in occipitio quoque habet oculos.

Vnum ad vnum. Ἓν πρὸς ἓν φασίν. Quum exactius singula singulis componuntur. Translatum videri potest a praelio, quoties acriter res geritur, singulis aduersus singulos dimicantibus, nisi malumus ad laconicum illud apophthegma reddere. Narrat enim Plutarchus, Lacedaemonios aliquando vnum legatum ad Demetrium regem misisse, cumque stomacharetur tyrannus vociferareturque, vnum, inquiens, ad me Lacedaemonii? Legatum nihil attonitum respondisse, vnum ad vnum. Nec absurde dixeris, a mathematicis mutuo sumtum, quorum est haec loquendi figura peculiaris, ἓν πρὸς ἕν. Sic enim proportionem constare dicunt, quam vocant parem et aequam. Lucian.

Incudi reddere. Pro eo, quod est refingere ac mutare, corrigereque. Horat.

Et male tornatos incudi reddere versus. Consimili forma dicunt recoquere.

Ruris fons. Ἀγροῦ πηγή. De nimium laboriosis, et perpetuo operi assidentibus. Cuiusmodi fingit Menedemum Terentius. Conueniet item et de negotio laborioso, cuique numquam Suidas.

 exhau-

exhausti satis est. Nam verbum πηγὴ hyperbolen habet copiae.

Suidas *Ithorus.* Ἴθωρος. In eum, qui velut instigator, hortatorque foret aliis. Translatum opinor a nautis, quos remigantes naucleri vox animat ad gnauiter laborandum, siue ab equorum cursu. Graeca vox composita ex ἴθι valde, et ὁρᾶν incitare.

Horat. *Caput scabere, et consimilia.* Caput scabere, vngues arrodere, gestus hominis sunt cogitabundi, et de mutando, cuius poeniteat, secum agitantis. Horatius:

Saepe caput scaberet, viuos et roderet vngues.

Varro. *Aristophanis et Cleanthis lucerna.* Propter insignem studii diligentiam in prouerbium abiit, vt is ad Aristophanis aut Cleantis lucernam dicatur lucubrare, qui summo studio exquisitaque cura singula pensitat.

Olet lucernam. Τὸν λύχνον ὄζει. De re meditata multoque studio elucubrata. Inde ductum, quod studiosi ad lucernam vigilantes soleant elaborare, si quid accuratius velint excudere. De Demosthene dicitur, quod plus olei, quam vini consumserit.

Plato. *Non vna manu capere.* Οὐ τῇ ἑτέρᾳ ληπτέον. De re lubrica variaque, captuque difficili.

Cicero. *Metiri digitis.* Qui rem accuratius, quam oportet, expendit, digitis metiri dicitur: Horatius:

Legitimumque sonum digitis callemus et aure.

Chryso. *Homini diligenti semper aliquid superest.* Qui vere diligens in negotio, numquam sibi satis facit.

Plinius. *Arator nisi incuruus, praeuaricatur.* Praecipit, vt arator aruum primum rectis sulcis proscindat, mox et obliquis subigat, id fieri vix potest, nisi

ſi toto corpore incumbat labori. Caeterum praevaricari eſt recto ſulco diuertere.

Non nauigas noctu. Οὐ νυκτὶ πλοιῖς. De eo, cui nihil eſt certi quod ſequatur, propterea quod nocturnis temporibus certius nauigant nautae, propter ſtellarum notas. Chryſi.

Somnus abſit ab oculis. Ὕπνος δὲ ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων. Vbi quis rem aggreditur, quae ſummam diligentiam curamque deſideret. Ariſtoph.

Somnum non vidit. His verbis ſignificant ſummam vigilantiam.

Non quantum luſciniae dormiunt. Οὐδ' ὅσον ἀηδόνες ὑπνώουσιν. In eos conuenit, qui ſomni parciſſimi ſunt. Luſciniae vernis menſibus per omnem fere noctem perpetuo cantu garriunt.

Succiſiua opera. Succiſiuis operis fieri dicitur, quod horis quibuſdam quaſi furtiuis agitur, vbi iam ordinariis ac legitimis officiis perfuncti ſumus. Hieronymus furtiuas vocat; quod alii ſucciſiuas. Metaphora traducta a mercenariis aut ſeruis, qui praeter pactas operas, quas debent, extra iuſtas illas horas non nihil etiam operantur ſibi, quod cedat in peculium. Cicero.

Vel acum inueniſſes. De re diligenter veſtigata. Nam acus inuentu difficilima, quod ob exiguitatem facile fallat oculos quaerentis. Plutarch.

Grues lapidem deglutientes. Αἱ γέρανοι λίθους καταπεπωκυῖαι. Dici ſolitum de iis, qui ſumma prouidentia gerunt negotium. Idque inde vulgo dicitur, quod gruibus hic mos ſit, vt, quoniam admodum ſublimes volant, magnoque feruntur impetu, neque poſſunt deorſum aſpicere, lapillos geſtent, quos, ſi quando fatigari coeperint, inter volandum ex alto deiiciant, quo videlicet e cadentium ſtrepitu percipiant, vtrum ſupra terram, an ſupra mare volent. Quod ſi lapillus in mare deciderit, pergunt viam: ſi in terram, interquieſcunt. Ariſtoph.

Cato. *Frons occipitio prior.* Quo ſignificauit antiquitas, rectius geri negotium, vbi praeſens ac teſtis adeſt is, cuius agitur negotium. Prior dictum eſt pro potior meliorque. Alioqui quis ignorabat, frontem priorem eſſe capitis partem, occipitium poſteriorem?

Homer. *Arripe negotii curam.* Admonentes aliquem, vt gnauiter rem aggrediatur, vtemur hoc carmine:

Ἀλλ᾽ ἄγε νῦν μάστιγα τε ἡνία σιγαλόεντα δέξαι.

Idem. *Mihi curae erit hoc negotium.* Cum admonebimus quempiam, vt omne negotium in nos reiiciat, ipſe ſecurus, nobis rem curae futuram conveniet illud Homeri ex Odyſſ. η.

Ἀλλ᾽ ἴθι σιγῇ, τοῖον, ἐγὼ δ᾽ ὁδὸν ἡγεμονεύσω.

Plutarch. *Mihi iſta curae futura ſunt.* Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ λευκαῖς κόραις. Conueniet vti, ſi quando ſignificabimus nihil eſſe periculi, negotium iis curae futurum, ad quos pertinet. Senarius ex oraculo ductus. Cum barbari quidam copiis ingruerent in Delphos, Delphi conſuluerunt oraculum, quid opus eſſet facto. Reſponſum eſt hoc, quod modo retuli, carmine. Paullo poſt viſus Apollo cum duabus puellis, Pallade ac Diana. Nam et his fana ſunt apud Delphos.

Chryſoſt. *Funiculum ad lapidem.* Τὴν σπάρτην πρὸς τὸν λίθον ἄγειν. Funiculum lapidi admouere dicuntur, qui curam omnem adhibent, ne quid geratur in Repub. ſecus quam oportet. Beatus Chryſoſt. hom. in priorem ad Corint. epiſt. 35. Σκόπει πῶς πάλιν, ἐν ταῦθα πρὸς τὴν σπάρτην τὸν λίθον ἄγει τὸν οἰκόδομον, πανταχοῦ ζητῶν τῆς ἐκκλησίας. Tranſlatum eſt ab architectis, qui non credunt oculis ſuis, ſed ad perpendiculum explorant

plorant lapidum aequalitatem. Quod est exactae diligentiae.

Factum transactum. Apud iurisprudentes solennia haec sunt, Factum transactum, quoties sentiunt nihil praetermissum, quod ad negotii transactionem pertinet. Cic.

Pleno gradu. Qui leuiter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contra, qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu dicuntur ingressi. Trebon.

DISCORDIAE.

Bellum omnium pater. Ὁ πόλεμος ἁπάντων πατήρ. Prouerbium ideo dictum est, quod bellum omnium rerum nouandarum auctor est, vt ex eo nata videantur vniuersa. Lucian.

Tuas res tibi habeto. Caius Iurisconsultus lib. 44. tit. de diuortiis, ostendit, fuisse receptum, vt diuortium his verbis perageretur: *Tuas res tibi habeto. Tuas res tibi agito.* Quorum alter reddit dotem, alter abdicat ab se tutoris munus in rebus vxoriis. Haec autem forma verborum praescripta est, ne vel non ratum esset diuortium, si nullis solennibus verbis perageretur, vel inauspicatum et odiosum, si verbis inciuilibus perageretur. Itidem in discutiendis sponsalibus visum est vti his verbis: *Conditione tua non vtar.* Haec prouerbii gratiam habebunt, si cui ciuiliter renunciabimus amicitiam. Sed festiuus erit, si ad res animi transferantur, veluti si quis dicat: Monachi vitam professus est, mundum iussit sua sibi habere, suas sibi res agere. Item si quis ambiat consortium nostrum, quem iudicamus nobis inutilem, huic apte dicetur; *Conditione tua non vtar*, pro eo quod erat, *Non vtar tua familiaritate.* Caius.

Procop. *Gamma Betam persequitur.* Procopius lib. 3. de bello Vandalico refert Carthagine antiquum prouerbium a pueris iactari solere. *Quod Gamma quandoque Betam, et rursus Beta Gammam persequitur.* Suspicor puerorum lusum huc spectasse, quod inter vicinos frequenter oriatur dissidium. Verum hic puerile dictum detortum ad rerum euentum, quod Gizerius Bonifacium expulisset, postea Gilimerem Belisarius. Prouerbium non est natum ex euentu, sed puerorum Carthaginensium aenigma fuit, velut oraculum eius quod accidit postea.

Horat. *Domesticum dissidium.* Ad detestandam seditionem domesticam et mutuam contubernalium inter ipsos discordiam insidiasque, conveniet illud Homeri Odyss. π.

Οὐχ ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν.

DISCRIMINIS.

Plutarch. *Apio est opus.* Τῶ σελίνου δεῖται. Ita loquebantur, quoties morbum capitalem innuebant, et vitae periculum immineret. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Et qui periculose aegrotant, iis dicimus apio opus esse. Subest autem adagio iocus, alludens ad coronas victorum, quae ex apio fiebant.

Horat. *Sub cultro liquit.* Dicitur, qui praesentaneo periculo deseritur. Sumtum a victima, quae iam iam ferienda sub cultro esse dicitur. Conveniet in eos, qui periculo capitis parati sunt affirmare quippiam.

Suidas. *Sus sub fustem.* Ὗς ὑπὸ ῥόπαλον. Vbi quis sese in praesens discrimen ac perniciem praecipitat. Nam sues apud quosdam fuste mactari mos est.

In

In Pythii templo cacare. Ἐν Πυθίᾳ χέσαι. Dicebatur, qui rem nefariam et periculosam faceret, quod Pisistratus tyrannus exstructo templo inscripserat, ne quis inibi ventrem exoneraret, et aduenam quemdam deprehensum e medio sustulit.

Vtinam domi sim. Οἴκοι γενοίμην. Dici solitum, vbi quis optat e malis, quibus implicitus est, emergere. Translatum ab iis, qui in tempestate periclitantur. Suidas.

Fuge procul a viro maiore. Ἄλευ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός. Caue a commercio potentium, habe commercium cum aequalibus. Etenim optimatum familiaritas aut seruum facit et turpem, aut si nescias adulari, periculis obiicit.

Fuga tutior. Qui dicet tutius esse fuga vincere libidinem, quam contra pugnando, poterit accommodare illud Homeri Odyss. μ. Homer.

Οὐ δέ τίς ἐστ' ἀλκή, φυγέειν κράτιστον ἀπ' αὐτῆς.

Post folia cadunt arbores. Quoties admonebimus, leuiores iniurias si quis ferat, sequi atrociores, veluti arborum decidua folia negliguntur, verum aliquando fit, vt ipsae arbores putres in caput subiecti decidant. Plaut.

Nunc contingat seruari. Νῦν γένοιτο σωθῆναι. Quum significamus, nos satis cauturos in posterum, si modo liceat praesens periculum effugere. Hoc modo Dauus in And. Posthac *incolumem sat scio fore me, nunc si deuito hoc malum.* Quidam Apologum narrant ad hunc modum. Testudini quondam incessisse volandi desiderium, aquilamque orasse, vt se doceret. Quumque illa negasset fieri posse, quod natura refragaretur: illa nihilominus instabat. Itaque paruit aquila, ac testudinem in sublime vectam demisit, vt vola-

tum experiretur. Ea quum timeret infelicem eventum, optauit, vt contingeret id temporis incolumem esse. Alii narrant ad hunc modum. Aquila testudinem vnguibus rapuerat. Eam parabat e sublimi deiicere, quo testa rupta carnibus vesci posset, in hoc itaque discrimine testudo optabat, vt in praesens incolumis esse posset, de reliquo sibi curae futurum, ne quando in simile periculum incideret.

Plaut. *De tuo capite aguntur comitia.* Sumtum a comitiis Romanorum, in quibus populi suffragiis noui magistratus creabantur. Itaque quum statuitur de re quapiam, a qua pendeat felicitas alicuius, tum de capite illius fieri comitia, recte dicentur.

Lucian. *E canis podice.* Ἐκ κυνὸς πρωκτοῦ. Dictum videtur e Luciano, pro eo quod est, ex rebus anxiis atque angustiis, quod ea pars arctior sit huic animanti.

Ascisce ad extremum scientiam. Πίμπε εἰς ἔσχατον τὴν ἐπιστήμην. Non statim vtendum extremis ingenii viribus, verum vbi iam vrget vltimum periculum, tum ad artes confugiendum.

Cicero. *In eadem es naui.* Pro eo quod est, In communi periculo. Siquidem ad eos, qui eodem vehuntur nauigio, periculum naufragii communiter pertinet, neque magnopere refert, in prora sint, an in puppi, an carina, cum nihilo magis absint a discrimine.

Macrob. *De pilo pendet. De filo pendet.* De re vehementer periculosa. Videtur natum ab Historia illa Dionysii tyranni, propter gladium de pilo in caput impendentem.

Zenod. *Periculum prorae felis.* Κίνδυνος ἡ ἐν πρώρᾳ σελίς. Quoties in re quapiam praecipuum periculum, caputque negotii esse significamus. Nam hostes expugnaturi nauim, in proram primum

mum assultum faciunt. Selis autem sella est, quae in proris esse consueuit.

Inter sacrum et saxum. Sumtum apparet ex priscis foederis feriendi caeremoniis, in quibus fecialis porcum saxo feriebat, haec interim pronuncians: Qui prior populus foedus rumpet, Iuppiter eum ita feriat, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. Sed vndecunque fluxit adagium, satis liquet dici solitum in eos, qui, perplexi, ad extremum periculum rediguntur. Plaut.

A fronte praecipitium, a tergo lupi. Ἔμπροσθεν κρημνὸς, ὄπισθεν λύκοι. Cum aliquis, hinc atque hinc duobus maxime premitur malis, vt vtrumcumque inciderit, pereundum sit.

Flamma fumo proxima est. Commonet adagium, periculum mature fugiendum, quique malum euitare cupiat, ei vitandam prius occasionem. Fumus enim indicium est flammae mox erupturae. Idem.

Tua res agitur, paries cum proximus ardet. Admonet adagium, vt ex alterius malo sumamus exemplum, alienoque periculo discamus nostris rebus consulere. Horat.

Per ignem incedis. Ἐν πυρὶ βέβηκας. Versaris in periculoso negotio. Seneca: *Per spinas ingredior.* Aristoph.

In neruum ire. Donatus, aut quisquis is fuerit interpres Phormionis Terentianae, demonstrat esse prouerbium, pro eo, quod est decipere. Dictum est etiam in neruum ire, pro eo quod est, in vincula ire. Porro coniicere in neruum, et eximere e neruo, pro eo quod est, Ob aes alienum vinctos abducere, et nexos addictosque persoluta pecunia redimere. Metaph. sumta a sagittariis, qui dum nimium tendunt arcum, neruum rumpunt, aut sibi neruum aliquem fatigant. Antiquitus, qui soluendo non erant, vincti tradeban- Terent.

debantur creditoribus, donec opera compensarent creditam summam.

Homer. *Nocuit et nocebit.* Si quando demonstrata praeteritorum malorum causa, comminabimur, futurum, vt accedant maiora, nisi quis resipiscat, non imtempestiuiter vsurpabimus versiculum hunc Homeri ex prima Iliad.

Τἄνεκ' ἄρ ἄλγε' ἔδωκεν ἑκηβόλος, ἠδ' ἔτι δώσει.

Origen. *Inter malleum et incudem.* Μεταξὺ τῆ ἄκμονος καὶ σφύρας. Iam quoddam est apud nationes tritum vulgi sermone prouerbium, vt de his, qui anxietatibus, et ingentibus malis premuntur, dicant: *Inter malleum sunt et incudem.*

In acie nouaculae. Ἐπί ξυρῆ ἀκμῆς. Pro eo quod est in summo discrimine. Sumtum videtur a circulatoribus, qui in cuspide gladiorum ingrediuntur, aut ab iis, qui ferrum manu contrectant.

Cicero. *Res est in cardine.* Hoc Seruius putat perinde valere, quasi dicas, res est in articulo. M. Tull. *In eo cardo rei vertitur*, dixit, pro eo quod est, ex hoc tota res pendet. Sumtum ab ostiis, quae cardinibus sustinentur voluunturque.

Plaut. *E nassa escam petere.* Nassa est piscatorii vasis genus, quo posteaquam intrarit piscis, exire non potest.

Vndarum in vlnis. In vlnis vndarum esse dicebantur, qui in summis rerum difficultatibus versabantur. Allusum ad nutrices, quae pueros in vlnis circumferunt, et agitatione mouent, vt fiant vegetiores. Hoc infantibus gratum est, somnosque conciliat. Verum vndae maris non suauiter iactant, quos amplexae fuerint.

Οἰόλυκος. Vox est composita ex oue et lupo. Dici poterit in hominem desertum ac destitutum auxilio.

Caluus

Caluus quum sis, ne obuersa fronte obnuas arieti. Vtitur Gregorius Theologus in epistola quadam ad Eustochium, quem lacessiuerat. Licebit vsurpare, quoties admonebimus, ne inarmatus armatum aggrediatur. Gregor.

Ne vni naui facultates. Μὴ δ' ἐπὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι. Ne quid aggrediaris, in quo sint vniuersa periclitanda. Non omnis statim alea iacienda est. Tertul.

Filum contentionis tunc erat. Μίτος ἔριδος τότ' ἦν. Dici solitum in pertinaces, quum vterque pertinax est, neuterque concedit alteri. Est aliquoties in Epistolis Hironymianis, Funiculum contentiosum ducere: nec apud alium legisse memini, quam apud Tertullianum lib. aduersus Iudaeos. Apparet natum a ludo, quo duobus hinc atque hinc tenentibus funem tenentibus, vterque conatur alterum ad se trahere. Hieron.

Obiicere canibus agnos. Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας. Dicebatur qui imbellem et litium imperitum, calumniatoribus et exercitatis exponeret, quod id animal omnium maxime sit imbelle. Diog.

Ouem lupo commisisti. Τῷ λύκῳ τὴν ὄιν. Concinne hoc vtemur, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oportebat adhibere, quod lupus et agnus genuino quodam odio diffident. Terent.

Ne in Melampygum incidas. Μὴ τῷ Μελαμπύγῳ περὶ τύχοις. In lasciuos et iniuriosos homines quadrabit. Est autem comminantis, ne quando incidat in eum, qui malefactorum poenas de eis sumat. Porro, Melampygus Graecis significat eum, qui nigro sit podice, quo quidem cognomento notatus est Hercules, quod eam corporis partem, non Lydorum more vulsam, neque candidam, quemadmodum effeminati solent, sed nigris pilis hirsutam ac filuosam haberet. Prouerbium ex huiusmodi quadam historia natum

tum existimant. Olim duo quidam fratres erant, omni genere maleficiorum passim in omnes debacchantes, vnde et ex morum atrocitate nomina repererunt. Nam alter Passalus dictus est, alter Achemon, siue Achmon. Hos mater nomine Semnonis atrocia facinora passim patrantes, iussit cauere, ne quando in Melampygum inciderent. Euenit deinde, vt Hercules aliquando sub arbore dormiret quadam, armis in eadem reclinatis. Accesserunt Cercopes siue Perperi fratres, et Herculem dormientem suis armis aggredi tentarunt. Ille protinus sensit insidias, et correptos ac vinctos de claua a tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Illi pendentes capitibus deorsum demissis cum Herculis posticum nigris pilis horridum atque hispidum viderent materni moniti memores, super hac re inter sese confabulabantur. Quod simul ac audiuisset, hoc cognomine delectatus et in risum effusus, eos vinculis solutos dimisit.

Suidas. *Ne temere Abydum.* Μὴ εἰκῆ τὴν Ἄβυδον. Subaudiendum nauiges. Ne quod graue periculum suscipias sine causa idonea. Nam periculosa erat] in Abydum nauigatio, propter fretum saeuum atque asperum. Male audiebat Abydena gens, quod calumniatrix esset, vt intelligas, ea gratia non esse tutum illic versari.

Strabo. *Ad Scolon nec proficisceris ipse, nec alterum comitaberis.* Εἰς Σκῶλον μήτ᾽ αὐτὸς ἴμεν, μήτ᾽ ἄλλῳ ἕπεσθαι. Strabo scribit, Scolon vicum esse quempiam Asopiae, sub monte Citherone, sedem inamoenam, incultam, infrugiferam, asperam. Hoc prouerbio conueniet vti, si quando significabimus modis omnibus abstinendum a conuictu cuiuspiam, aut a loco, vnde nihil sit sperandum, quod vel ad voluptatem faciat, vel ad emolumentum.

Caue

Caue Thoracem. Φύλαττε τὴν θώρακα. Strabo scribit fluuium esse nomine Letheum, vicinum Libybus Hesperiis, in planitie sitam. Huic imminere montem, cui nomen Thorax, in quo fama est Daphitam Grammaticum cruci affixum fuisse, quod maledico carmine reges incessiuisset. Hoc velut aenigmate prouerbiali festiuiter admonebimus, frenandam esse linguam, ne voces petulanter emissae per iugulum aliquando redeant. Strabo.

Aegaeum nauigat. Τὸν Αἰγαῖον πλεῖ. Quadrabit in hominem ob lucri studium nihil omnino periculi recusantem. Persius: *Ocius ad nauem, nihil obstat quin trabe vasta Aegaeum rapias.* Mare Aegaeum caeteris est periculosius, ob frequentes scopulos. Aelian.

Ne in neruum erumpat. Quadrabit in temerariam inconsideratamque audaciam, quae plerumque infelix esse solet, et in maximum malum aliquando adducere. Donatus a sagittariis sumtam metaphoram existimat, qui dum neruum arcualem adducunt immodice, rumpunt nonnumquam, idque non sine suo periculo. Terent.

A bis septem vndis. Ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων. In eos competit, qui a noxia quapiam purgati sunt, propterea quod antiquitus mos esset homicidio pollutos, vestes suas bis septem inundationibus immersionibusque lauare. Suidas.

Ne puero gladium. Μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. Subaudiendum commiseris. Allegoria prouerbialis admonens non esse mandandam potestatem vel adolescentibus, vel imperitis ac stultis, qua tum in suam, tum aliorum perniciem sint abusuri.

Gladium acutum auertas. Ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν. Opinor innui a periculosis negotiis abstinendum.

Perque enses, per que ignem oportet erumpere. Διὰ καὶ μαχαιρῶν, καὶ πυρὸς ῥίπτειν δεῖ. Quum Diog.

Quum significamus quiduis periculi subeundum.

Non certatur de oleastro. Ου φυλλίας ὁ ἀγών. Quoties non de nugis, neque de gloria, aut corollis, sed de re seria ac pecuniaria ageretur. Siquidem in plerisque certaminibus victoriae praemium erat oleagina, aut querna, aut alioqui frondea corona.

Strabo. *Maleam legens, qua domi sunt obliuiscere.* Μαλέαδε κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. Est autem Malea promontorium Laconiae, a Maleo Argiuorum rege dictum, quod per quinque passuum millia in mari protenditur, auctore Seruio. Homerus significat periculosam circa Malcam nauigationem fuisse. Videbimur non intempestiuiter vti hac paroemia, si quando discrimen negotii suscipiendi volemus ostendere, id aut non esse suscipiendum, aut negligendam vitam.

Per hastae cuspidem currere. Δι' ὀξειῶν δραμεῖν. Dicebantur, qui de re periculosa versarentur. Translatum videtur vel a circulatoribus, qui per summas hastarum et gladiorum cuspides ingrediuntur, vel a militari consuetudine, qua fieri solet, vt qui mortem commeritus videretur, is nudus per medias copiarum hastas, hinc atque hinc intentas ire cogeretur.

Aristoph. *Lepus pro carnibus.* Λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν. Subaudi periclitatur. In eos dicitur, qui ob aliquam sui vtilitatem in discrimen vocantur. Nam leporem non insectamur, quod noceat, sed quod pulpamentum habeat. Est enim animal et esculentum et timidum.

Diog. *Ex ore lupi.* Ἐκ λύκου στόματος. Vbi res quaepiam praeter spem recipitur, quae iam plane periisse videbatur, veluti cum pecunia erepta a praedonibus aut rapaci tyranno, aliquo inopinato casu recuperatur. Natum videtur ab Aesopica fabella, quae narrat gruem, cum stipulata mer-

mercede in os, quod lupi gutturi inhaeserat, immisso capite eduxisset, praemium exigentem irrisam a lupo fuisse, cum is diceret, abunde magnum esse praemium persolutum, quod ex ore lupi caput incolume retulisset.

Certamen non accipit excusationes. Ἀγὼν ὁ δέχεται σκῆψεις. Quum agitur de periculo non conuenit tergiuersari, aut si mauis, in praesentaneo periculo non oportet occasionem exspectare, vt in aliis rebus. Plato.

Corpore effugere. Est periculum iam imminens ac paene premens arte quadam declinare. Translatum a gladiatoribus, ictum modico corporis flexu fallentibus. Tullius.

In periculoso negotio non est dormitandum. Vbi monebimus in re ardua non esse cessandum, congruet, quod subinde reperitur apud Homer. Iliad. ω. Homer.

Ὀλίγη δ' ἀνάπνευσις πολέμοιο.

Poterit trahi vel ad litem forensem, vel ad simile negotium odiosum et laboris plenum.

Ingens discrimen. Quoties ingens discrimen innuemus inter homines aut res plurimum inter se diuersas, eleganter accommodabimus illud Homeri. Idem.

Ἐπειὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ
Οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα.

DISSIMILITVDINIS ET INCONGRVENTIAE.

Nihil graculo cum fidibus. Id est, Nihil est stolidis et imperitis cum bonis litteris. Nam graculus auis est ineptae, molestaeque garrulitatis atque obstrepera, adeo, vt a voce qua sonat, nomen inditum putant. Tum sui generis conuen- Aul. G.

 tus

tus amat, quo mutuo garritu, strepitus fiat odiosior. Porro cithara silentium postulat, et aures attentas.

Lucret. *Nihil cum amaracino sui.* *Id est*, Stolidis vel optima putent, displicentque. Amaracus herbae genus est Siculorum lingua, a Cynarae Cyprii regis, eiusdem nominis filio dictum, quem in hanc herbam conuersum fuisse fabulis proditum est. Ceterum Seruius scribit Amaracum puerum fuisse regis vnguentarium, qui casu lapsus dum ferret vnguenta maiorem confusione odorem creauit. Vnde et optima vnguenta amaracina dici coeperint. Hinc postea in herbam amaracum fuisse conuersum.

Lucian. *Nihil ad versum.* Οὐδὲν πρὸς ἔπος. De iis quae longo discrepant ab iis quae proposita sunt. Translatum videtur a scena: vbi histrio saltatu gestuque carminis genus repraesentat.

Idem. *Nihil ad fides.* Οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν. In eos quorum vita vehementer est inaequalis, quorumve mores ab oratione dissident.

Suidas. *Nihil ad Bacchum.* Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Vbi quis ea nugatur, quae ad rem praesentem nihil attinent. Suidas refert Epigenem quemdam Sicyonium tragoediam de Baccho conscripsisse, quae cum indigna Deo videretur, quosdam e spectatoribus acclamasse: Nihil ad Bacchum.

Lucian. *Quid cani et balneo?* Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ. Quadrabit in eos, qui ad rem quampiam prorsus sunt inutiles, ita vt in balneo nullus est omnino canum vsus.

Varro. *Asinus ad lyram.* Ὄνος λύρας: *subaudi*, ἀκροατής. In eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassisque auribus. Recte etiam torquebitur in eos, qui indecore tentant artificium, cuius sunt imperiti, et a quo natura abhorrent.

Stobaeus. *Quid caeco cum speculo?* Τί τυφλῷ καὶ κατόπτρῳ. Luminibus orbo cum speculo quid est rei? Quor-

Quorſum opus eſt libris illiterato? Quo regnum iuueni ſtulto? Quo diuitiis ei, qui neſciat vti?

Aſinus ad Tibiam. Ὄνος πρὸς αὐλόν. Dicendum, vbi quis ea, quae ſcite dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim animantia quaedam, quibus nonnullus muſices ſenſus ineſſe videtur, vt equis, auibus, ſerpentibus. Aſinum nihil mouet cantus.

Aliud noctua ſonat, aliud cornix. Ἄλλο γλαὺξ ἄλλο κορώνη φθέγγεται. Accommodari poteſt ad eos qui decertant cum longe praeſtantioribus, vel ad illos, inter quos ob morum ingeniique pugnantiam minime conuenit.

Aliter catuli longe olent, aliter ſues. Quo dicto ſignificatum eſt, non veſte dignoſci hominem ab homine, verum ineſſe natiuum quiddam, genuinum ac proprium in vnoquoque, quod in ipſo vultu oculiſque eluceat: quo liberum a ſeruo, generoſum a ruſtico, probum ab improbo facile diſcernas. Atque hic eſt hominis veluti peculiaris quidem odor, quo deprehenditur, ſi quis modo ſit ſagaci nare. Plaut.

Alia voce pſittacus, alia voce coturnix loquitur. Conueniet in Muſicos aut Poëtas longe diſpari ſtilo, longeque diſſimili facultate. Pſittacus inter aues proxime humanas voces exprimit. Coturnices pugnaces magis, quam loquaces. Martial.

Graculus inter Muſas. Κολοιὸς ἐν ταῖς μούσαις. Indoctus inter doctiſſimos, infantiſſimus inter eloquentiſſimos. Recte dicetur et in homines, oſtentatione falſae doctrinae ſeſe iactitantes, et viris eruditis impudenter obſtrepentes. Eſt enim graculus auis minime canora, ſed tamen odioſe garrula atque obſtrepera.

Nunquid et Saul inter Prophetas. Ea vox verſa eſt Hebraeis in prouerbium, de re noua et inopinata, ſubitaque. Natum a Saule, qui cum in pro- 1. Reg. 10

 phe-

phetarum coetum incidisset, subito et ipse diuino furore correptus, vaticinari coepit.

Syrus quum non sis, ne syrissa. Μὴ ὢν Σύρος μὴ σύριζε. Ne sumas personam parum decoram, ne velis alius videri quam sis; aut cum sis natus ingenuus, ne moribus agas seruum et barbarum. Nam Syri male audiebant ob morum mollitiem. Est autem facetus iocus ex amphibologia huius verbi συρίζω, quod significat et syrissare, et fistula canere.

Diog. *Asinus in vnguento.* Ὄνος ἐν μύρῳ. Quum delitiae adhibentur iis, quos haudquaquam decent, neque qui vel vti norunt illis, vel delectantur. Nam asinus culmos ac foenum mauult, quam aurum vel vnguentum, quo etiam offenditur. Locus fuerit huic adagio, si quando indoctus aliquis in optimos incidat autores, quos ob inscitiam aut negligat, aut etiam deprauet, vel cum amuso cuiquam cum eruditissimis viris viuere contigerit, quorum tamen consuetudine neque frui nouerit, neque omnino gaudeat.

Aristoph. *Asinus portans mysteria.* Ὄνος ἄγων μυστήρια. In eum dicebatur, qui praeter dignitatem in munere quopiam versabatur; veluti si quis ignarus litterarum bibliothecae praefectus esset. Inde natum adagium, quod olim quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino imposita deportabantur.

Feli crocoton. Γαλῇ κροκωτόν. Subaudiendum, das aut addis, Dici solitum, quoties honos additur indignis, quos etiam haudquaquam decet, aut cum datur quippiam iis, qui munere non norunt vti. Crocoton vestis genus est rotundae ac fimbriatae, qua diuites vtebantur matronae.

Plutarch. *Cibum in matellam ne immitas.* Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. Interpretatur Plutarchus, ne sermonem vrbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus est animi. Is corrum-

corrumpitur et putrescit, si in animum insincerum inciderit.

Ex diametro opposita. Diametro distant. Ἐκ διαμέτρου. De vehementer inter se pugnantibus dicebatur. Diametrus linea est, quae sic a summo ad summum tenditur circulum, vt per centrum eat.

Alia res sceptrum, alia plectrum. Locus erit vtendi, quoties diues aut potens fortuna sua fretus, velut ex aequo disputat cum erudito, cum multo aliud sit diuitem, aut fortunatum esse, aliud litteratum.

Caluus comatus. Apte dicetur in eum, qui verbis bonis nudus, ascititiis se venditat; Veluti si quis indoctus aliena pro suis ederet, aut si quis dissimulet se esse quod est. Martial.

Simia in purpura. Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ. In hos dicetur, qui tametsi magnifico cultu sunt ornati: tamen cuiusmodi sint, ex ipso vultu motibusque cognoscitur.

Induitis me leonis exuuium. Ἐνδύετέ μοι τὴν λεοντῆν. In eos dici solitum, qui suscipiunt negotium maius facultate, quique se magnificentius gerunt, quam pro sua conditione. Ab Hercule sumtum putant, cuius hic ornatus erat, vt leonis exuuio tegeretur, deinde altera manu clauam, altera gestaret arcum. Atque hoc ornatu descendit ad inferos, cerberum extracturus. Aristoph.

Ne puero gladium. Μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. Subaudiendum, commiseris. Ne iuueni commiseris administrationem alicuius rei. Plutarch.

In eburna vagina plumbeus gladius. Ἐν ἐλεφαντίνῳ κολεῷ τὸ μολύβδινον ξίφος. Natum ex Diogenis apophthegmate, nam cum adolescens quispiam, insigni forma, foedum quiddam atque obscoenum dixisset: *Ex eburna*, inquit, *vagina plumbeum gladium ducis.* Diog.

Gellius. *In lente vnguentum.* Τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον. Vbi quis mentionem inducit vilis cuiuspiam et nihili hominis, aliis de viris egregiis verba facientibus, quem ad modum videlicet lenticulae vili legumini inepte admiscuerit vnguentum.

Martial. *Congregare cum leonibus vulpes.* Est res impares dissimilesque permiscere. Vulpes dolis nititur, leo viribus fidit, quamquam vtrumque coniunxit Pindarus, indicans virum fortem leonem oportere praestare, in exhauriendis certaminum laboribus, vulpem in consiliis.

Aufer mothonem a remo. Ἄπαγε τὴν μόθωνα ἀπὸ κώπης. Admonet adagium, non obstrependum, nec obturbandum iis, qui rebus alioqui seriis sunt occupati; veluti si quis Reipublicae curis sodicito musicam adferat, aut de capite periclitanti versus amatorios recitet. Mothon enim salutarionis genus foedae, seruilis ac tumultuosae. Pollux dicit Mothonem esse genus saltationis molestum ac nauticum, vnde ortum crediderim prouerbium. Lacedaemonii vernas, hoc est, seruos dominatos μόθωνας appellant, aut eos, qui ingenuorum filios instituunt; vnde et in viles ac sordidos homines conuicium esse coepit. Alii putant, Mothonem hominem fuisse quempiam saltatorem et ebriosum. Sunt qui credant, atticos mothones vocatos, quod hos domitos ad seruilia ministeria compulissent. Ad hunc modum graeci grammatici de Mothone nugantur.

Lucian. *Canis in praesepi.* Ἡ κύων ἐν τῇ φάτνῃ. In eos dicitur qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neque reliquos item sinunt vti; veluti si quis egregios codices inclusos diligenter adseruet, quos nec vnquam ille euoluat, nec aliis euoluendi copiam faciat. Quemadmodum canis in praesepi non vescitur hordeo, et equum vetat vesci.

Suidas. *Seruus cum sis, comam geris.* Δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. De eo qui praeter decorum quippiam face-

faceret. Veluti si quis humili conditione patriciorum cultum imitaretur. Apud Lacedaemonios ingenui comam alebant.

Extra oleas fertur. Ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται. Aristoph.
Vbi quis terminos praescriptos transgreditur, aut aliena, nec ad rem pertinentia, facit dicitur. Interpres adagium hinc natum ait. Stadia, in quibus currendi certamina peragebantur, oleis per seriem positis, vtrimque sepiebantur, quas praeterire non licebat, proinde, qui praeteriisset oleas, extra stadium currere videbatur.

Extra cantionem. Παρὰ τὸ μέλος. Extra cantum agi dicitur dicunt, quod ad rem non pertinet. Natum videtur ab apophthegmate Themistoclis, qui Simonidi poëtae petenti quiddam a se parum aequum, respondit ad hunc modum: *neque tu bonus esses poëta, si praeter cantum caneres, neque ego bonus princeps, si praeter leges iudicem.* Sumtum ab antiquis cantoribus, qui vocem ad lyram accommodabant, aut certe a concentu vocalium musicorum, vbi, si quis dissonat ab harmonia, grauiter offendit aures. Lucian.

Extra organum. Id est, immodicum et extra vulgarem mensuram. Ductum est ab organo musico, quod intra vicesimam vocem consistit. Conueniet in clamosum. Quinct.

Quae semel ancilla, nunquam hera. Videtur ideo dictum, quod qui ex humili fortuna subuehuntur ad res amplas, soleant esse caeteris insolentiores.

In agro surculario capras. Capra plantis omnibus non vulnere tantum, sed et veneno dentium pestifera est. Deflecti ergo ad eos potest, qui noxiarum rerum, aut hominum admixtu corrumpunt teneram aetatem.

Tu in legione, ego in culina. In Truculento Plaut.
Plautina militi atrociter minitanti coquus respondet: *Sis tu in legione bellator si vis, at ego in culi-*

 na

τὰ *Mars.* Auxit coquus bellatoris verbum. Mars enim deus belli eſt.

DIVITIAE.

Plinius. *Craeſo, Craſſo ditior.* Apud Graecos opulentia Craeſi Lydorum regis in prouerbium abiit, praeſertim nobilitata dicto Solonis. Apud Romanos item M. Craſſi, cui cognomentum etiam diuitis additum eſt. Hieronymus dicit: *Craeſos licet ſpires, et Darios, litterae marſupium non ſequuntur.*

Suidas. *Midae diuitiae.* Μίδου πλοῦτος. In prouerbium abiit, propter immenſas eius regis opes.

Lyſiſtrati diuitias habes. Λυσιστράτου πλοῦτον πλουτεῖς. Proverbialis ironia de magnopere tenuibus. A Lyſiſtrato quodam tractum, extremae paupertatis homine.

Philoſtrat. *Pactoli opes.* Τὸν Πακτωλοῦ πλοῦτον. Eſt autem Pactolus Lydiae fluuius, ex monte Tmolo profluens, aureis ſcatens harenis.

Suidas. *Cinyrae opes.* Κινύρου πλοῦτος. De immenſis opibus dicebatur. Nam huius regionem opulentiſſimam fuiſſe, Naſo ſatis indicat.

Theocr. *Pelopis talenta.* De immenſis opibus. Talentum apud Atticos maxima pecuniae ſumma erat. Talentum minus valebat libras LX. Talentum magnum LXXX.

Suidas. *Ad ambas vſque aures.* Μέχρι τῶν ἀμφωτίδων. Vſque ad aures ambas impleti dicuntur, qui ſupra modum ingurgitant ſeſe. Sumta metaphora a vaſculis ad anſas vſque impletis.

Ne decima quidem Syracuſanorum pars. Οὐδὲ τὴν δεκάτην τῶν Συρακουσίων ἔχει. De diuitibus et ſplendidis ita dicere ſolent: *Ne decimam quidem Syracuſanorum opum partem aſſequi poſſent.* Significabant autem aliorum opes quantumuis amplas, nihil eſſe ad Syracuſanas diuitias.

Vltra

Vltra res Callicratis. Ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους. De immensis opibus dicebatur. Aiunt Carystium quempiam fuisse, nomine Callicratem, qui reliquos ciues opibus longe praestiterit. Aristoteles autem tradit, Callicratem quemdam e iudicum ordine fuisse, qui iudiciarias exactiones supra modum auxerit, atque hinc natam paroemiam de immodicis exactionibus. Suidas.

Zopyri talenta. Ζωπύρου τάλαντα. De praeclaris factis, magnoque aestimandis. Hic Zopyrus Darii regis amicus erat, qui sibi nares et aures conscidit, et omne corpus flagris cruentauit, vt his argumentis babyloniis fidem faceret, se Dario male velle, a quo tam immaniter esset acceptus. Itaque babyloniorum ciuitatem ingressus, eam Dario prodidit. Vnde Darium dixisse ferunt, se vnum Zopyrum integrum malle, quam centum Babylonas capere et oblato malo granato tantum sibi optauit Zopyrorum, quantum ibi granorum inesset. Zenod.

Diues aut iniquus est, aut iniqui haeres. Conuenit iis, qui suis opibus stulte se iactant. Neque parantur fere ingentes opes sine fraude, et aut ipse possessor eas per fas nefasque congessit, aut certe successit ei, qui has ea parauit via. Hieron.

Satietas ferocitatem parit. Parit satietas ferocitatem, imperitia cum potestate coniuncta insaniam: tollit animos opulentia. Quod si ad inscitiam accedat potestas, iam res ad insaniam vsque procedit. Stob.

Octapedes. Ὀκτάποδες. Scythico prouerbio dicebantur, qui duos possiderent boues et currum vnum. Dici poterit in hominem, qui sibi locuples videatur vel in eum, cui rusticanae sunt opes

Quantum non miluus oberret. De homine supra modum locuplete, cui tantum sit agrorum, quantum nec miluus peruolet. Lucian.

Plato. *Tantali talenta.* Τάλαντα Ταντάλου. Nam Tantalus Phryx ob luculentas diuitias in fabulam hominum venit.

Ariftoph. *Noctuae laurioticae.* Γλαῦκες λαυριωτικαί. Hoc velut aenigmate pecuniarum vim fignificabant. Laurios enim Atticae regio eft, auri venis frequens, et numifmatis aureis noctuarum figura infculpebatur.

Bene loculis, bene fcrinio. Tanti habetur quifque quantum habet.

Horat. *Dextro Hercule, aut amico Hercule.* Quod quidem in eos competit, qui in accumulandis opibus funt bene fortunati. Idque inde natum exiftimant, quod Hercules moriturus dixerit, eos opulentos futuros, qui fibi decimam bonorum fuorum partem confecraffent. Proinde locupletes plerofque ita facere folitos.

Homer. *Praediues.* Praediuitem fignificamus his verfibus Homeri, in ζ. Iliad.

Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος.

Iuuen. *Quantum habet.* Quantum habet quifque, tanti fit.

Pindar. *Pecuniae vir.* Χρήματα ἀνήρ. Hoc eft, tanti quifque fit, quantum poffidet.

Plaut. *Vnde excoquat feuum.* Opes fignificat copiofiffimas. Seuum autem, vel vt alii febum, eft pingue pecudum durius, quod Graeci στέαρ appellant.

Homer. *Adminicula vitae.* Omnia quae ad vitae commoditatem pertinent, indicantur hoc carmine Odyff. T.

Οἷσίν τ' εὖ ζώουσι καὶ ἀφνειοὶ καλέονται.

Id eft,

Diui-

Diuitiae non semper optimis contingunt. Qui dicet, opes non semper cordatissimis sed pro fortunae arbitrio nunc huic, nunc illi contingere, citabit illud Homeri ex odyss. Ζ.

Ζεὺς αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι
Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ.

Vestis virum facit. Εἵματα ἀνήρ. Aiunt enim ad hunc modum: vestitus virum reddit; qui habet, induat.

Lysicrates alter. Λυσικράτης ἕτερος. Lysicrates quidam in vulgi fabulam abiit, quod capillos iam canos nigro tingeret, quo iuuenis etiamdum videretur.

Herculis quaestus. Pro magnis impendiis dixit Plautus. Quaestum appellat facere, quasi Hercules suum fauorem vendiderit. Plaut.

Magnum os anni. Μέγα στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ. Dicebatur, quoties vberior rerum prouentus, aut vilior annona animos et loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Non admodum dissidet ab illo: *Foenum habet in cornu.* Item illo: *Argenti fontes loquuntur.*

Nullius indigens Deus. Ἀνενδεὴς ὁ Θεός. Admonet paroemia, nullum esse mortalem tam absolutum, in quo non aliquid desideretur: vnum esse Deum vndequaque perfectum. Dici potest et in diuites, quibus omnia suppetunt, quae ad perfectam felicitatem pertinere videntur.

Attagenae nouillunium. Ἀτταγᾶς νεμηνία. Refertur a Suida nec explicatur, sed coniectura colligi potest, dictum fuisse in turbam abiectorum et seruilium hominum. Siquidem Attagen auis est palustris, versicoloribus plumarum maculis distincta. Vnde seruum hominem stigmaticum, et cui tergum ob plagarum vibices variis punctis esset picturatum, Attagenam vocabant. Suidas.

Porro

Porro ad nouam lunam serui distrahebantur apud Athenienses, et militum delectus agebatur.

Plutarch. *Euparyphus ex comoedia.* Admodum prouerbiali figura dixit Plutarchus in Symposi: ὥσπερ εὐπάρυφος ἐκ κωμῳδίας, hominem significans magnifice vestitum, ac magnam seruorum turbam post se trahentem. Vnde diuites omnes splendide cultos, Euparyphos appellant Graeci. Paryphis vestimenti genus est, vtrinque purpuram habens assutam, quod virgae purpureae intertextae vestionum lingua paryphi vocantur.

Theog. *Ad pedes, ad caput.* Non sine prouerbii specie dictum videtur illud Theocriti, de rebus copiosis et affluentibus.

Ὧν μοι πρὸς κεφαλῇ, καὶ πὰρ ποσὶ κῶεα πάντα.

Λακκόπλουτοι. Calliae barbarus quispiam clam indicauit, magnam auri vim in puteum quendam coniectam. Is et occidit indicem ne proderet, et aurum sustulit. Vbi res innotuit, in comoediarum iocum versa est, vt, qui malis artibus subito ditescerent, Laccopluti dicerentur.

DIVITVM PRAEROGATIVA.

Felicibus sunt et trimestres liberi. Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία. In diuitum ac principum felicitatem, quibus per adulationem omnia laudi vertuntur, quique sibi nihil non licere putant, adeo vt quod in homine plebeio perinde vt summum scelus damnatur, id illis virtutis titulo celebretur. Paroemia inde nata, quod Liuia, cum Augusto grauida nupsisset, Neronem intra mensem tertiam peperit. Nam mense septimo, decimo et vndecimo legitimi sunt partus, quarto et octauo neque vitales fere et perquam rari, mense tertio nulli partus editi leguntur.

Plaut. *Multitudo imperatorum Cariam perdidit.* Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν. Admonet senarius, nihil

nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rem gerit. Natum adagium a Caribus quondam florentissimis, postea per ciuiles seditiones eo redactis, vt etiam in vilitatis prouerbium abierint.

Citius Telegorae donarim. Telegoras apud Naxios praediues ac praepotens erat, cui quod quotidie multa missitarentur, vulgato sermone receptum est, vt venditores paruo licitantibus dicerent: μᾶλλον προΐλοιμι τῷ Τελεγόρᾳ δοῦναι. Vsus adagionis esse potest, si dicamus officium rectius gratuito collocari penes probos ac magnos, quam mercede penes improbos ac viles. Athen.

Nemo bene imperat, nisi qui paruerit imperio. Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα. Qui alieno prius parent imperio, vel prius cupiditatibus suis imperant, in alios recte exercere possunt imperium. Aristot.

Bonus dux, bonum reddit comitem. Ὁ καλῶς ἄγων ἐμποιεῖ τὸ καλῶς ἕπεσθαι. In episcopo positum, vt piam efficiat plebem, si tamen ipse piam et integram agat vitam. Bonus paterfamilias domum efficit bene institutam. Doctus ac diligens praeceptor eruditum reddit discipulum.

Vmbrae. Σκιαί. Prouerbiali ioco dicebantur olim ii, qui venirent ad conuiuium, non ipsi quidem vocati, sed comites eorum, qui vocati fuerant, sic illos sequentes, velut vmbra corpus vltro sequitur. Hieron.

Arbore deiecta quiuis ligna colligit. Δρυὸς πεσούσης πᾶς ξυλεύεται. Si quem fortuna praecipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, et quisque quod potest, diripit. Iam enim sibi putant impune fore. Iuuen.

Viua vox. Viua vox olim dicebatur, non scripta, sed ab ipso pronunciantis ore percepta, quasi viuida atque efficax. Cicero.

Annus producit, non ager. Ἔτος φέρει οὐχὶ ἄρουρα. *Ad incrementum, alimentumque plurimum quidem* Theoph.

quidem coeli temperies, et in totum anni conditio iuuat. Etenim si imbres, serenitates et hyemes accidant opportune, cuncta felicius atque vberius proueniunt, etiam in salsuginosis ac parum pinguibus agris. Theophr.

Aliis lingua, aliis dentes. Ἄλλοισι γλῶττ' ἄλλοισιν εἰσὶ γόμφιοι. De loquacibus et edacibus dici consueuit. Quem ad modum non raro fit in conuiuiis, vt aliis garrientibus, et fabulis potius, quam cibis intentis, alii interim taciti, strenue quod appositum est deuorent. Venustius erit, si longiuscule detorqueatur, veluti si quis minetur, se facto nociturum ei, qui verbis duntaxat laeserit. Poëtis est linguae qua inuehantur, at principibus sunt molares, quibus eos conficient.

DIVTVRNVM.

Plato. *Et nati natorum.* Παῖδες παίδων. Prouerbialis figura, qua longam rei cuiuspiam propagationem significabimus.

DOCILITAS.

Zenod. *Apertae musarum ianuae.* Ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι. Hoc adagio conueniet vti, quoties aliquem facili promptoque ingenio significamus, et in percipiendis optimis disciplinis celerem. Et e diuerso, qui tardiores sunt, Clausis musarum ianuis discere dici poterunt.

Suidas. *Bos alienus subinde foras prospectat.* Βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει. De iis, qui apud alienos non satis ex animi sententia tractantur, eoque saepius suos desiderant. Vnicuique domi ac velut in suis praesepibus iucundissima vita, peregre multa sunt, quae laedant, plurima desunt.

DO-

DOMI VIVERE.

Vtinam domi ſim. Οἴκοι γενοίμην. Dici ſolitum, vbi quis optat e malis, quibus implicitus eſt, emergere. Tranſlatum ab iis, qui in tempeſtate periclitantur. Suidas.

Domus amica, domus optima. Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Nuſquam commodius, nuſqam liberius, nuſquam lautius homini viuere contingit, quam domi. Plutarch.

Οἴκουρος. Dicitur quaſi cuſtós domus. Et homo ignauus qui tecto et vmbra gaudet, quique amat deſidere domi ſemper.

Domi manere oportet belle fortunatum. Οἴκοι μένειν δεῖ τὴν καλῶς εὐδαίμονα. Cui ſuppetit copia facultatum, is ſi felicem velit agere vitam, viuat domi. Nuſquam enim viuitur commodius, nuſquam liberius. Poteſt in hunc detorqueri ſenſum, qui ſibi bene conſcius eſt, ne captet ex alienis laudibus gloriam, ſed ſit ſuarum virtutum conſcientia contentus.

Domus optima. Infeliciſſimum, incertis vagari ſedibus, quem ad modum faciunt ſemper ἀνέστιοι peregreque viuentes. Huic adſtipulatur illud Homeri Odyſſ. ο.

Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν.

Domi manendum. Cum ſignificabimus, inutile fore diutius abeſſe domo, poſſeſſionibus relictis, quadrabit illud Homeri ex Odyſſ. γ. Homer.

Καὶ σὺ φίλος, μὴ δηθὰ δόμων ἄπο τῆλ' ἀλάλησο.

Κτήματά τε προλιπὼν, ἄνδρας τ' ἐν σοῖσι δόμοισι.

ELA-

ELABENDI.

Ἐκπερδικίσαι. Graeci prouerbiali metaphora vocant elabi ac ſuffugere. Ariſtophanes.

Ὡς πάρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρόν ἐστιν ἐκπερδικίσαι.

Dictum eſt ab auibus, quae nonnunquam elabuntur de retibus ſeu laqueis. Perdix autem praecipue callida effugere aucupum manus. Nec enim eodem in loco parit et incubat oua, ne quis animaduertat, ſi diutius in eodem aſſideat loco. Porro cum inter venandum inciderit quiſpiam in nidum, prouoluitur perdix ad pedes venantis, perinde quaſi capienda ſit, ad eumque modum illum allicit ad ſeſe quaſi capturum donec interim pulli ſingillatim effugerint. Quod vbi factum eſt, et ipſa ſubuolans pullos reuocat. Aliam etiam calliditatem vna cum prolis amore coniunctam perdices exhibent. Nam pullos adhuc inuolucres conſuefaciunt, vt ſupinos proſternant ſeſe, glebam aut palearum tegumentum aliquod impoſitum corpori ſuſtinentes, atque ita veluti obtecti deliteant, ipſae interim venantem alio abducunt hac arte. Alliciunt illum ad ſeſe, prouolantes ad pedes, ac paullatim prodeuntes, ac tamdiu ſpem oſtendunt capiendi ſui, donec eum procul a pullis abſtraxerint.

Euſtat. Ἐκλινέσαι. Prouerbiali figura dictum oſtendit Euſtathius, pro elabi atque clam ſe ſubducere. Sumta metaphora a piſcibus, qui ſuffugiunt e retibus, quiue ab hamo elabuntur. Lina retia etiam dicuntur Latinis. Ineſt autem piſcibus quibuſdam genuina quaedam calliditas, e reti intextis elabendi.

Plato. *Omnes laqueos effugere.* Quod ipſum a venatu tranſlatum eſt in quo ſic vndique ſepiuntur exitus, vt neceſſe ſit, feram in aliquas inſidias incidere.

Reperire

Reperire rimam. In causatores ac tergiuersa- Plaut.
ores, qui nulla in causa tot fidei vinculis adstrin-
i possunt, quin aliquid inueniant, quo ela-
antur.

In limine offendere. In portu impingere. Pro eo Virgil.
uod est, Statim in ipso operis ingressu pecca- Hieron.
e. In limine deficere idem. Translatum ab iis, Festus Pomp.
ui domum egressuri, statim in limine pedem
ffendunt, priusquam quidquam occoeperint
gere; vti illud a nauigantibus, qui magno cum
edecore priusquam portu exierint, nauim illi-
unt.

Cantherius in porta. Natum a Sulpitio Galba
uodam, cui cum in prouinciam ituro, canthe-
us in porta cecidisset: Rideo, inquit, te can-
erie in porta, quum tam longum iter sis itu-
s, iam lassum esse te, cum vix dum sis ingres-
s. Cantherius nempe equus est, exsectis testi-
us, vt hoc differat cantherius ab equo, quo
aialis a verre, capus a gallo, veruex ab ariete.

XCELLENTIA, ET INAEQVALITAS.

Aquilam noctuae comparas. Ἀετὸν γλαυκὶ συγ- M. rtial.
ίνεις. Aquila visus acerrimi, adeo vt non con-
uens versus solem intueatur: contra Noctua
lis lumen refugit.

Cicadae apem comparas. Τέττιγι τὴν μέλιτταν Lucian.
γκρίνεις. Nam Cicada cum maior, tum canora,
um apis sit non modo minuto corpusculo,
rum etiam paene muta.

Rana cum locusta. Impar certamen expressit Theocr.
ac figura Theocritus.

Sic certo, veluti si certet rana locustis.

Officere luminibus. Dicitur, qui gloriam alte- Paulus Iurisconsult.
us obscurat. Sumtum ex litteris Jureconsulto-

rum, in quibus cauetur ex seruitutibus praediorum, ne vicinus altius sublato aedificio officiat luminibus vicini.

Rosam cum anemona confers. Ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις. Vbi quis vehementer imparia inter se componit. Rosa priscis in pretio fuit. Anemona papaueris genus, cuius flos ipse quidem rosam imitatur, caeterum nulla odoris gratia.

Calph. *Acanthida vincit cornix.* Acanthis vocalis est auis, & imprimis canora. Cornix obstrepera quidem, sed minime canora.

Diog. *Cancros lepori comparas.* Καρκίνους λαγωῷ συγκρίνεις. De supra modum dissimilibus.

Testudinem pegaso comparas. χελώνην πηγάσῳ συγκρίνεις. De rebus nequaquam inter se conferendis. Pegasus equus erat volucer. Testudine nihil tardius.

Pindar. *Optima quidem aqua.* Ἄριστον μὲν ὕδωρ. Videtur in prouerbium abiisse, quoties rei vehementer laudatae praefertur aliquid melius, quemadmodum Pindarus auspicans hymnos Olympiacos, aquam quidem fatetur esse optimam, sed aurum praefert, quod ignis in morem noctu luceat.

Cic. *Croesi pecuniae teruncium addere.* Teruncii numi a tribus vnciis dicti vilitas prouerbio locum fecit. Croesus Lydorum rex inter prodigiose diuites celebratur.

Stob. *Senecta leonis praestantior hinnulorum iuuenta.* Γῆρας λέοντος, κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν. Senectus viri fortis ac strenui praestantior est iuuenta quorundam ignauorum et imbecillium iuuenum. Venustius fiet, si longiuscule transferatur, veluti si quis ingenium docti senis et exercitati praeferat ingenio parum eruditi iuuenis. Dicetur non inepte et in senectutem crudam, viridemque, ac viribus animi adhuc pollentem.

Camelus vel scabiosa, complurium asinorum gestet onera. Κάμηλος καὶ ψωριῶσα, πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται

ττῳ φορτία. De iis, qui vſque adeo praecelunt quoſdam, vt etiam ſenes, aut alioquin ‍egroti, praeſtantiores tamen ſint illis integris, ut de his, qui rebus parum proſperis tamen plus valent ob priſtinae fortunae reliquias, quam aliis rebus integris.

Crotoniatarum poſtremus, reliquorum Graecorum primus eſt. Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. Strabo lib. Geograph. 6. prouerbium hoc ait ortum ob inſignem Crotoniatarum praeſtantiam in certaminibus Graecanicis. Plurinos enim egregios athletas protulit ea ciuitas, adeo, vt in vno certamine olympico ſeptem viri, qui reliquos virtute praeceſſerant, omnes pariter uerint Crotoniatae. Huius gentis praecipuum lecus Milo litteris omnium celebratus, qui ſepties continenter vicit Olympia. Hunc ſi conſtitiſſet, nullus e veſtigio poterat educere, manum tenenti nemo digitum corrigebat. Adagioni locus erit, vbi genus aliquod tanto interuallo praecelere dicemus, vt, qui in hoc ſit vel infimus, in illo poſſit primus videri. Strabo.

Plus apud Campanos vnguenti, quam apud caeteros olei ſit. Campaniae ſumma celebratur fertilitas, feritur hic toto anno, nec terra vnquam ceſſat parere. Si cui placebit adagium ad allegoriam trahere, poterit accommodare vel in regionem, vel in hominem adeo caeteris excellentem, vt apud hunc maior ſit exquiſitarum rerum copia, quam apud alios mediocrium aut vulgarium.

Aquilae ſenecta, corydi iuuenta. Αἰετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης. De viuida viridique ſenecta, quae praeſtantior ſit aliquorum iuuenta: nam anus aquila praeſtat corydo auiculae, etiam aetate integra.

Equis albis praecedere. Vbi quem aliis quapiam in re longe ſuperiorem ſignificabant, longoque anteire interuallo; eum albis equis praecedere Horat.

 dice-

dicebant; vel quod antiquitus albi equi meliores haberentur, vel quod victores in triumpho albis equis vectari soleant; vel quod albi equi fortunatiores esse credantur, vt ad equestre certamen referamus metaphoram.

Lucian. *Culicem elephanti conferre.* Κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν. Est minima maximis comparare.

Athen. *Multis parasangis praecurrere.* Πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμεῖν. Qui longo interuallo praecedit, multisque partibus superior est. Parasangam autem Persae XXX. stadiorum spatium vocant.

Plutarch. *Testudinem equus insequitur.* Conueniet vti, quum rem praepostere et absurde geri significamus.

Homer. *Pica certat cum luscinia.* Haud fas est picas contendere cum philomela. Pica molestae garrulitatis, luscinia summe musica.

Idem. *Nihil simile.* Ad iniquam comparationem significandum, valebit illud Homeri:

Ἀλλ᾽ οὐ συμβλητ᾽ ἐστὶ κυνόσβατος οὐδ᾽ ἀνεμώνη

Πρὸς ῥόδα. Cynosbatus graecis sonat canis rubum, est fruticis genus, sed rosae genus producit, verum contemtum, minimeque grati odoris. Anemonam Dioscorides papaueris speciem facere videtur.

Bubo canit lusciniae. Quum infans suadere conatur eloquenti, aut ineruditus docere doctissimum.

Hieron. *Si tanti vitrum, quanti margaritum?* Hoc dicto summa rerum inaequalitas significatur. Inter gemmas prima laus olim fuit vnionibus, vitrum vilissimum, et tamen gemmas non nihil imitatur. Si tanto studio curas vt viuat corpus; quam est danda opera, quo viuat animus? Si nihil non facis, quo placeas homini principi, quanto magis enitendum, vt placeas principi Deo?

Deo? Si tantis sudoribus parantur opes perituræ, vel vsu, vel furto: quam non magis incumbimus, vt caelestes opes accumulemus. In his locus est prouerbio.

Sedecim pedibus superauit. Aristides scripsit in Pericle: nempe Periclem oratorem aliquos in dicendo sedecim praeteriisse pedibus. Itaque sedecim pedibus, pro maximo interuallo dixit. Sumta metaphora a stadiis cursorum. Aristid.

Tibiam tubae comparas. Αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις. Conueniet in res supra modum impares, quoniam exilem vocem edat fistula, tuba praegrandem. Diog.

Quanto asinis praestantiores mulli. Dicendum, vbi quis longo interuallo praecedit. Athen.

Fluuius cum mari certat. Ποταμὸς θαλάττῃ ἐρίζει. Vbi minimi cum maximis certamen suscipiunt. Est autem locus quispiam, cui nomen ποταμὸς, id est, fluuii. Huius incolae ποτάμιοι, quasi fluuiales dicuntur. Hi nominati sunt, quod quam plurimos in suam ciuitatem adscriberent, quos ea non satis commode caperet. Atque hinc prouerbii locus, quod, cum fluuius esset, id est, locus non admodum amplus, mare videretur aemulari, cum omnes vndecumque in sese reciperet. Suidas.

Hirundo totos schoenos anteibit. Πρόσωτις χελιδὼν ὅλους σχοίνους παρέιτα. Vbi quis immenso vincit interuallo. Nam schoenos Graecis mensurae genus, quae (sicuti quidam existimant,) quinquaginta complectitur stadia: quamquam suspicor hoc loco Chelidonem pro viro accipiendum, qui, haud scio, an cursu celeritateque praecelluerit.

Hinnulus leonem. Ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα. Subaudiendum, cepit, vicit, aut prouocat, aut id genus aliquid pro ratione sententiae, quoties praepostero rerum ordine, qui viribus multo est inferior, superat potentiorem. Lucian.

Mineruae felem. Ἀθηνᾷ τὸν αἴλουρον. Subaudiendum comparas. Cum multa inferiora cum praestantioribus comparantur. Quod leuicula quapiam in re conueniant. Quid enim habet Minerua dea cum fele commune, praeter glaucorem oculorum? Nam is oculorum color Mineruae tribuitur, qui et noctuis adest et felibus.

Plutarch. *Nihil ad Parmenonis suem.* Οὐδὲν πρὸς τὴν Παρμένοντος ὗν. De aemulatione dictum, quae longo interuallo abesset ab eo, quod imitaretur. Plutarchus in Symposiacis V. decadis, II. Problemate, quo pacto natum sit hoc adagium, narrat ad hanc ferme sententiam: *Parmeno quispiam fuit ex hominum eorum genere, qui nostris etiam temporibus varias animantium et hominum voces ita scite imitantur ac repraesentant, vt audientibus tantum, non etiam videntibus, verae, non imitatae voces videantur.* Neque desunt, quos hoc artificium maiorem in modum delectet. Parmenon igitur hac arte vulgo, vt iucundissimus, ita etiam celeberrimus fuisse perhibetur. Quem quum reliqui conarentur aemulari, ac protinus ab omnibus diceretur illud: recte quidem, verum nihil ad Parmenonis suem. Quidam prodiit, veram suculam sub alis occultatam gestans. Huius vocem cum populus imitatitiam esse crederet, statim que, sicuti solent, reclamarent: quid haec ad Parmenonis suem? vera sue depromta ac propalam ostensa: refellit illorum iudicium, vtpote non ex vero, sed ex imaginatione profectum. Nec intempestiuiter vtemur hoc adagio, quoties aliquis opinione deceptus, de re perperam iudicat.

Suidas. *Post Lesbium cantorem.* Κατὰ Λέσβιον ᾠδόν. Hoc adagio significabant aliquem non primas, sed secundas tenere partes. Lacedaemonicum prouerbium narrat Suidas. *Cum Lacedaemoniorum res seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum iussit,*

iussit, vti Lesbium cantorem arcesseret, Arcessitus itaque Terpander Lesbius, nimirum Antissaeus et ad Lacedaemonios missus. Is canendo illorum animos sic deliniuit, vt seditionem omnem sedaret, redactis in concordiam ciuibus. Qua ex re factum est, vt Lacedaemonii Lesbiis cantoribus primas in arte musica partes tribuerent, et si quem alium canentem audissent, protinus dicerent: Post Lesbium musicum.

Nihil aliae ciuitates ad Crotonem. Μάταια τ' ἄλλα παρὰ Κρότωνα τ' ἄστα. Licebit accommodare ad rem, aut hominem vsque adeo praecellentem, vt reliqui cum hoc collati, nihil esse videantur. Natum fortassis est a pugilum Crotoniatarum excellentia, quorum erat Milo.

Indignus, qui illi matellam porrigat. De vehementer inaequalibus, ac ne vllo quidem ex parte conferendis. Martialis. Martial.

Disperеam si tu Pyladi praestare matellam

Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

Nam sordidissimum officium est, micturienti matellam exhibere, quo qui sit indignus, is videlicet nimio inferior videtur.

Nec dignus, qui me intueatur. Qui contemnet omnino quempiam, vt ignauum, multoque sese inferiorem, non ineleganter illud ex Iliad F. detorserit, quod in Agamemnonem dixit Achilles: Homer.

Οὐδ' ἄν ἔμοιγε.

Τετλαίη κύνεός περ ἐὼν, εἰς ὦπα ἰδέσθαι.

Est autem indicium animi conscii, non audere recta faciem intueri eius, quem laeseris.

Celmis in ferro. Κέλμις ἐν σιδήρῳ. Dici consueuit de iis, qui praeter modum suis fiderent viribus, tamquam inexpugnabiles inuictique caeteris. Celmis, vt scribit Zenodotus, vnus fuit Zenod.

ex idaeis Dactylis, qui quum matrem deorum Rheam violasset stupro, deinde a reliquis fratribus reiectus est. Ab hoc ferrum solidissimum cudi solebat.

Aristoph. *Aquila in nubibus.* Ἀετὸς ἐν νεφέλαις. Plerique interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facile assequaris. Alii de iis, qui longe reliquis praecellunt. Oraculum quondam Atheniensibus redditum dicitur, quo praedicebatur futurum, vt Athenienses tanto internallo reliquas vrbes superarent, quanto aquila in nubibus reliquis auibus esset sublimior.

Plutarch. *Manica.* Μανικά. Phrygio prouerbio dicebantur ingentia, egregiaque facta, ducta voce a Mane quodam, prisco apud ipsos rege, quem ferunt virum fuisse praepotentem, et admirabili virtute praeditum.

Cicer. *Multi discipuli praestantiores magistris.* Πολλοὶ μαθηταὶ κρέσσονες διδασκάλων. Ad varios vsus accommodari potest; vel ad simplicem sensum, vt discipulus eruditione superet eum, a quo litteras didicit, aut per iocum, cum significabimus improbitate vinci, qui malitiae doctor fuerat, veluti si quis deciperetur ab eo, cui viam ac rationem imponendi demonstrasset aliquando, siue, cum quis ordine conditioneque inferior, tamen plus valet, quam is qui non parere, sed imperare videtur.

Idem. *Pedibus trahere.* Est rem pro suo arbitratu versare. Metaphora ducta videri potest, vel a Vulcano illo Homerico, quem Iuppiter, vt longe viribus praestantior, pedibus tractum e caelo deiecit, vel ab eiusdem Hectore, cui victor Achilles.

Talo transfodit neruos ac bubula lora
Inseruit, corpus de curru deligat alto,
Pendulum at interea trahitur caput.

Solus

Solus sapit. Narrat Diogenes Laërtius Chrysippum philosophum vsque adeo sibi placuisse, vt consultus a quodam, cui potissimum filium suum philosophiae praeceptis instituendum traderet, sibi committendum responderit. Nam si quem, inquit, alium me praestantiorem arbitrarer, ipse apud hunc philosophiae darem operam. Dicetur de iis, qui tanto interuallo reliquos ita vincunt, vt illi tantum vmbrae esse videantur, et deliria. Homer.

Formica camelus. Μύρμηξ ἢ κάμηλος. De vehementer inaequalibus, et modo minimis, modo maximis, quod perinde sit, quasi repente camelus in formicam vertatur. Lucian.

Hercules et simia. Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος. De minime congruentibus. Simia dolis valet, Hercules viribus antecellit. Homer.

Elucet egregia virtus. Egregia virtus, etiamsi quando dissimuletur, tamen semper eminet inter alios, atque ex ipso habitu oris perspicitur, et in ipsa quasi relucet fronte. Veram item nobilitatem testatur facies hominis itidem, vt mores. In hanc sententiam quadrabit Homericum illud ex Iliad. N.

Ἀρίγνωτοι δὲ θεοίπερ.

Quum sis nanus, cede. Νάνος ὢν ὕπαγε. De pusillis dictum. Nani enim homunciones appellantur infra modum humani corporis, et prodigiosae breuitatis. Dicetur in tenues et humilis fortunae homunculos.

Haec potior. Καῤῥόνων νίκα. *Id est*, Praestantiorum victoria. Illius sententia aut consilium magis quadrat. Ortum a Dinone, Tarentino, ductore exercitus, viro adprime forti, reique bellicae sane quam perito, cuius sententia cum reiiceretur a populo, et praeco pronunciaret Plutarch.

 senten-

ſententiam, quae vinceret, dicens: *haec potior;* Dinon ſubiecit: *Sed haec melior.*

Corui luſciniis honoratiores. Κόρακες ἀηδόνων αἰδεσιμώτεροι. Quum indocti doctis praeferuntur, improbi probis, blateratores eloquentibus, rapaces ac fures cordatis et integris viris.

Homer. *Seruus ſeruo praeſtat; dominus domino.* Δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου. Admonet adagium in eodem hominum genere non ſtatim omnes aequales eſſe, verum hominum habendam eſſe rationem, non tantum conditionis.

Idem. *Antiquis debetur veneratio.* Si quis dicat, cum ſummis et inuictis, vel cum antiquis non eſſe certandum, qui velut extra aleam hominum poſiti videntur, ſed his vltro cedendum eſſe, vſurpabit quod dicitur ab Vlyſſe Odyſſ. θ.

Ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω
Οὐθ' ἡρακλῆϊ οὔτ' εὐρύτῳ οἰχαλιῆϊ.

Acarnici equi. Ἀκαρνικοὶ ἵπποι. Dicebantur equi maximi: Conueniet vti de re quapiam eximia aut inſigni praemio.

Inter caecos regnat ſtrabus. Ἐν τοῖς τύποις τῶν τυφλῶν λάμων βασιλεύει. In regione coecorum rex eſt luſcus. Inter indoctos qui ſemidoctus eſt, doctiſſimus habetur. Inter mendicos, qui paullulum habet nummorum, Croeſus eſt.

Plato. *Qui probus Athenienſis.* Platonis verba ſunt lib. de Leg. 1. *Et quod vulgo dicitur, ex Athenienſibus qui probi ſint, eos egregie probos eſſe, veriſſime dictum videtur.* Sentit autem Plato, in male inſtituta maleque morata Repub. qui boni ſint, eos natura et inſigniter bonos eſſe.

Homer. *Vnus multorum inſtar.* Quod Iliad. A. Dictum eſt in laudem medici, idem torqueri poterit ad quemcunque virtute praeſtantem.

Ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Ala-

Alabanda fortunatiſſima. Ἀλάβανδα καρῶν εὐτυχεστάτη. Stephanus in commentariis de vrbibus tradit, Alabandam Cariae ciuitatem eſſe, conditam a Care, a cuius filio nomen ſortita eſt. Siquidem is poſtquam in equeſtri praelio ſtrenue nauaſſet operam, Alabandus dictus eſt. Cares enim ſua lingua Ala vocant equum, Banda victoriam. Eamque vocem ait Romanis etiam in vſu fuiſſe, vt Bandam victoriam dicerent. Equidem opinor hinc Germanis durare vocem eam, qua praepotentem et antiquae nobilitatis principem Banderum vocant, vt qui victor olim hoc honoris virtute bellica ſibi pepererit. Homer.

Alpha penulatorum. Martialis Alpha vocauit praecipuum, et quaſi primatem. Idem alias iocatur in quemdam offenſum, quod eum dixiſſet alpha, monetque, vt huius iniuriae talionem faciat, ſeque viciſſim Beta, ſi velit, appellet. Tranſlatum a notulis litterarum, quibus Graeci numerum indicant, eoſque ſigniferos et anteſignanos appellant. Metaphora ſumta a militia. Martial.

Aceſei et Heliconis opera. Ἀκέσεως καὶ Ἑλικῶνος ἔργα. Quae ſingulari artificio confecta viderentur, ſic antiquitus appellabantur. Locum prouerbio fecerunt, duo quidam celebratae artis artifices, Aceſeus, et Helicon. Hi primi contexuiſſe dicuntur peplum Palladis Peliadis, id enim cognomen Mineruae, quae in arce Athenienſium colebatur.

Ambroſia alendus. In egregios viros adagium. Ambroſia cibus eſt deorum. Cicero.

Gorgonem Perſeus aggreditur. Γόργονα Περσεὺς ἐχειρώσατο. Vbi quis egregium facinus acceptat. Notiſſima fabula. Diog.

Lydius currus. Λύδιον ἅρμα. Hoc ſcommate notabantur, qui in certamine quopiam longe caeteris eſſent inferiores. Refertur adagium a Diogeniano. Quidam ad Pelopem Lydum refe- Idem.

referunt, qui ſuo curru vicerit Oenomanum.

Diog. *Ne caprea contra leonem.* Μὴ πρὸς λέοντα δορκάς. Ne longe interior cum potentiore decertes. Dorcas enim ſilueſtris eſt capreolus.

Horat. *Monſtrari digito.* Pro eo quod eſt, inſignem eſſe. Horatius in Odis:

Quod monſtror digito praetereuntium.

Perſius:

Perſius. *At pulcrum eſt digito monſtrari, et dicier; Hic eſt.*

Ariſtoph. *Prodico doctior.* Προδίκῳ σοφώτερος. Aiunt hunc Prodicum in diiudicandis litibus et arbitriis inter diſſentientes amicos, acerrimi fuiſſe iudicii. Prodicus enim veluti praeiudicatorem ſonat, qui ante de lite pronunciet, quam ad iudices delata ſit.

Philoſtr. *Quo properas? num ad Ephebum?* Parum liquet quid ſibi voluerit Cilicum illud adagium, niſi forte ſumtum eſt ab Apollinis oraculo, ad quod vndique feſtinabatur. Fingebatur autem imberbis Apollo, quem ad modum et Bacchus.

Homer. *Alius aliis in rebus praeſtantior.* Qui dicet alium alia dote praecellere, accommodabit illud Homeri.

Ἀλλ' ὁ μὲν ἄρ μύθοισιν, ὁ δὲ ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.

Virgil. *Non omnia poſſumus omnes.* Natura differimus, vitam ſortientes, hi hanc, illam alii. Porro contingere non poteſt, vt omnis felicitas vni contingat.

Plato. *Diuinum excipio ſermonem.* Θεῖον ἐξαίρω λόγον. Quoties opinor, glorioſius aliquid dictum eſſe, ominis gratia deos excipiebant, qui nihil non poſſunt, et quibus nemo praeſcribit.

Dii

Dii omnia possunt. Hemistichium Homericum: Homer.

Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Quadrabit in monarchas, quibus promtum est facere, quidquid animo collibitum fuerit, siue iure, siue iniuria.

EXECRANDI.

Deuotionis templum. Ἀρᾶς ἱερόν. In eos dicebatur, qui crebris execrationibus vti consueuerunt. Qui mos nunc vulgo plerisque plurimum improbandus, vt nihil dicant nisi diras admisceant deuotiones, et imprecamina vel ipso horrenda auditu. Erant autem antiquitus etiam publicae quaedam detestationes, velut apud Athenienses, in eum, qui viam non monstrasset erranti, item deuotiones hostium. Diog.

Oedipi imprecatio. Οἰδίποδος ἀρά. De Tragicis et ingentibus malis. Qui Graeca colligunt adagia, citant ex Aeschylo huiusmodi fabulam: Eteocles et Polynices de more patri ex vnoquoque sacro partem anteriorem mittebant. Quum autem aliquando per imprudentiam atque incogitantiam, coxam, hoc est, posteriorem partem misissent, ille existimans, id non obliuione neque imprudentia, sed contumeliae caussa factum, imprecationibus diris eos est execratus. Alii narrant Oedipum, simul atque cognouisset se parricidam esse, tum autem cum matre consuetudinem habuisse, suis ipsius manibus oculos sibi eruisse. Quae res vbi eius loci incolis cognita est, Oedipum expulerunt vrbe. Ille in exsilium abiens, filios quod patrem in calamitate defenderent, execrationibus deuouit, quae quidem neutiquam irritae fuerunt. Nam iuuenes mutua-

tua caede extincti sunt; mater sibi mortem conſciuit, Oedipus ipſe fulmine ictus interiit.

Herod. *Phocenſium execratio.* Φωκέων ἀρά. De iureiurando multis vinculis adſtricto. Nam olim in foederibus, quo minus violarentur, adhibebant non ſolum promiſſa, dextras et ſacrificium, verum etiam execrationes in caput eius, quicumque non ſtaret pactis. Prouerbium autem ab huiusmodi profectum eſt caſu: Phocenſes olim communi populi conſilio, patrium ſolum reliquerunt, adacti deuotionibus atque execrationibus quibuſdam, ne quiſpiam vſquam de repetenda patria cogitaret.

Phocenſium amolitio. Φωκικὴ ἀπόνοια. Dici ſolitum, vbi deſperatis rebus ad extrema conſilia veniretur, aut de ſtultis et inſanis conſiliis. Phocenſes pugnaturi cum Theſſalis mulieres vna cum liberis ex vniuerſa Phocide congregatis, vno in loco ſepoſuerunt, congeſta ingenti lignorum materia, adhibitiſque cuſtodibus mandauerunt, vt ſimul intelligerent, ſe victos eſſe praelio pueros et vxores iniecto igni exurerent, quod, mandatum et ipſae mulieres ſuis ſuffragiis probauerunt.

Homer. *Adiurantis ſe facturum aliquid.* Quum adiurabimus, nos facturos quippiam, ſi modo vita non deſtituat, licet accommodare verſiculum ex Iliad. B.

Μὴκ᾽ ἔτ᾽ ἔπειτ᾽ Ὀδυσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη.

Item Iliados E.

Αὐτίκ᾽ ἔπειτ᾽ ἀπ᾽ ἐμεῖο κάρη τάμοι ἀλλότριος φώς.

In omni fabula et Daedali execratio. Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ Δαιδάλου μῦσος. Quadrabit in auctores atrocium facinorum, aut ingentium calamitatum, vt

vt frequenter illorum incidat mentio, sed non fine detestatione. Tradunt ab hac ortum fabula Pasiphaë regina Cretae, tauri amore capta, Daedalum exorauit, vt sibi vaccam ligneam ad proximam verae vaccae simulationem effingeret. In hac inclusa mulier e tauro concepit, ac Minotaurum monstrum abominandum peperit. Minos autem certis de causis iratus, Atheniensibus indixit, vt quotannis septem virgines, et totidem adolescentulos mitterent, Minotauro obiiciendos. Horum omnium quoniam Daedalus causam dedisse videtur, in eum vulgo dira imprecabantur, vnde res in prouerbium abiit.

Ἀποφρὰς. Hominem execrandum et abominandae malitiae ἀποφράδα Graeci appellant. Dictum a diebus funestis et sepeliendis mortuis sacris, quos ἀποφράδας etiam vocant.

In vltimas terras. Ἐν ἐσχάτα γῆς. Quum locum vehementer semotum intelligi volumus. Et frequens apud Ciceronem, in vltimas terras cet. Theocr.

EX EVENTV IVDICIVM.

Mali principii malus finis. Ἀρχῆς κακῆς τέλος κακόν. Iambicus dimeter ex Aeolo poëta refertur. Quae rectis consiliis constituuntur, etiam, si qua incidat difficultas, tamen sortiuntur aliquando laetum exitum, contra, quae prauis rationibus inceptantur, quamuis initio succedant, tamen habent infelicem exitum. Aeolus.

Mox sciemus melius vate. Τάχ' εἰσόμεσθα μαντέων ὑπέρτερον. Ad eum modum dicebant, qui rem non coniecturis diuinabant, sed experimento deprehendere tentarent. Plutarch.

Cocta numerabimus exta. Huic confinis color ille comicus: *Res indicabit.* Ouidius: *Exitus acta probat, et apud Graecos* Αὐτὸ δείξει *subaudi,* ἔργον. Diomed.

ἔργον. Quum significamus experimento exituque perspici sermonis veritatem.

Pittac. *Magistratus virum indicat.* Ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν. Quidam Pittaci Mitylenaei putant apophthegma. Sunt, qui Soloni tribuant. Sensus est: In vita priuata vix satis perspici posse mores et ingenium hominis. Verum si committas imperium, vt, quod libeat, idem liceat, tum demum apparere, quo sit animo.

Rem factam stultus cognouit. Piscator ictus sapiet. Ἁλιεὺς πληγεὶς νόον οἴσει. Post acerba prudentior. Ferunt inde natum. Cum piscator quispiam piscibus, quos intra rete tenebat, manum admouisset, atque a scorpio pisce feriretur ictus, inquit, sapiam. Itaque suo malo doctus cauit in posterum. Plinius demonstrat id esse peculiare draconi et scorpio pisci, vt laedant aculeis, si manu tollantur.

EXITIVM HONESTVM.

Aristoph. *De pulcro ligno vel strangulare.* Ἀπὸ καλοῦ ξύλου κἂν ἀπάγξασθαι. Admonet, calamitatem tolerabiliorem esse, si cum honestate fuerit coniuncta, et dedecore vacauerit: Quasi minus miserum sit suspendium si ex arbore pendeat insigni.

Cicero. *Ne vestigium quidem.* Quoties hominem penitus aut rem oblitam significamus, ne vestigium quidem superesse dicimus.

EXILIVM.

Plutarch. *Seruabis bouem.* Βουκολήσεις. Hoc velut aenigmate significabant exilium. Siquidem qui per ostracismum eiiciebantur, in Argiuam exulatum ibant. At illic bos erat aeneus, insigni magnitudine.

Testa-

Testaceum flagellum. Κεραμικὴ μάστιξ. De rebus subito transmutatis, siue de exilio repentino. Conueniet cum ostracismo, de quo vide adagium: Testulae transmutatio.

Terram pro terra. Γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι. In hominem exulem, erroneum et incertis vagantem sedibus. Lucian.

EXPERIENTIAE SEV PERICLITATIONIS.

In Care periculum. Ἐν καρὶ τὸν κίνδυνον. Subaudi, facito, hoc est, in homine, aut in re viliori fac periculosam experientiam, in qua si parum feliciter cesserit, non multum sit dispendii capiendum. Suidas scribit, Cares primos mortalium mercede militasse, vt qui vitam suam vilem haberent. Socrat.

In dolio figularem artem discere. Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν. De iis, qui protinus maximis in rebus artificii capiunt experimentum, quum paulatim a minutis ad summa proficisci conueniat. Neque enim figulus statim a dolio, id est, vase maximo, artem auspicatur, sed a pusillis quibusdam vasculis.

In arenam descendere. Pro eo, quod est, Certamen inire. A gladiatoria arena translatum. Quae si ad rem animi transferantur, metaphoram habebunt prouerbialem. In exemplis referendis, quoniam passim obuia sunt, non arbitratus sum, vel immorandum mihi, vel remorandum auctorem. Suidas.

Quanta mus apud Pisam. Ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ. Subaudi tulit. De iis, qui vincunt, et optatis potiuntur, sed non sine summo negotio, neque citra magnum incommodum suum. Suidas natum ait ab athleta quodam, seu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminibus apud Pisam Idem.

ſemel duntaxat victor diſceſſit, idque plurimis acceptis plagis.

Baſilius. *Omnem moue lapidem.* Πάντα λίθον κίνει. *Id eſt*, omnia experire, nihilque intentatum relinque. Quod adagium hoc pacto natum eſſe plerique ferunt. Xerxes Graecos bello adortus, cum eſſet apud Salaminem ſuperatus, ipſe quidem inde ſe mouit, verum Mardonium reliquit, qui ſuo nomine bellum proſequeretur. At cum hic quoque in plateis parum proſpere pugnaſſet fugatuſque eſſet, fama vulgo inualuit, Mardonium intra ambitum tentorii ſui, theſaurum ingentem humo defoſſum reliquiſſe. Hac ſpe pellectus Polycrates Thebanus eum agrum commercatus eſt. Verum vbi iam multum diuque theſaurum quaeſiſſet, neque quidquam proficeret, delphicum oraculum conſuluit, qua ratione poſſet eas pecunias inuenire. Apollo reſpondit his verbis; vnumquemque moue lapidem. Id ſimulatque feciſſet, multam auri vim repeſiſſe ferunt. Sunt qui metaphoram ſumtam exiſtiment ab his, qui cancros venantur in littore. Nam hi plerumque ſub ſaxis latitant, quos mouent, qui cancros quaerunt.

Cicero. *Pedem conferre.* A militia ſumtum, vſurpatur, vbi propius acceditur ad rem.

Iul. Pol. *Omnem rudentem mouere.* Πάντα κάλων σείειν. Ad eum modum ſignificat difficilem nauigationem, in qua omnia ſunt tentanda.

Plutarch. *Reſpublica virum docet.* Πολιτεία ἄνδρα διδάσκει. Significat neminem ad rem gerendam idoneum eſſe, niſi qui ſit vſu exercitatus.

Omnem iacere aleam. Eſt rem vniuerſam periclitari, fortunaeque arbitrio committere. Siquidem alea fortunae luſus eſt magis, quam artis.

Iul. Pollux. *Aut ter ſex, aut tres teſſerae.* Ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι. Si quando ſignificabimus nos extrema periclitari velle, et aut plane vincere, aut prorſum

ſum vinci. Sumtum eſt a vetuſto teſſeratum luſu, in quo qui nouem, ieciſſet, is modis omnibus ſuperabat: qui tres, is longiſſime aberat a victoria. Nam antiquiores tribus teſſeris vti conſueuerant. Teſſeram autem etiam ipſum iactum appellant, qui nonnumquam plenus eſt, interdum inanis.

Rex aut aſinus. Βασιλεὺς ἢ ὄνος. *Hoc eſt*, Aut victor aut victus. Metaphora ducta ab iis, qui ludunt ſphaera; hic victor appellabatur rex, victus vero aſinus. Iulius Pollux ſphaera ludendi quatuor modos commemorat, quorum primus appellatur ἐπίσκυρος, alter φανίδα ſeu φανίδου, tertius ἀπόῤῥαξις quartus οὐρανία. Quorum poſtremum, nam is ad prouerbium proprie facit, deſcribit his verbis. Vrania luſus ſic habet. Alio reſupinans ſeſe, ſphaeram in caelum mittit. Reliquis autem certamen erat, vt eam, priuſquam in terram recideret, raperent. Sane vero cum aduerſus parietem ſphaeram miſiſſent, numerus ſubſultuum cenſebatur, et qui victus fuiſſet, is aſinus appellabatur, et quidquid imperatum eſſet, faciebat. Rurſum, qui viciſſet, is et rex erat et imperabat. Plato.

Vela vento permittere. Hoc eſt, editionis ancipitem euentum vtcumque cadat, experiamur. Quinctil.

Deo fortunaeque committo. Qui fortunam experiri ſtatuerit, euentum negotii fortunae committens, in hunc conuenerit illud Homeri ex Iliados. ρ. Homer.

Ἥσω γὰρ καὶ ἐγὼ, τὰ δέ κεν Διὶ πάντα μελήσει.

Res ad triarios rediit. Romanum exſtat adagium elegans. Eo licebit vti, quum ſignificabimus rem eo periculi redactam eſſe, vt extremo conatu, ſummiſque viribus ſit enitendum, et ad ſuprema confugiendum conſilia, quibus ſi Liuius.

 nihil

nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse videatur, vnde subsidium sperare possis. Natum adagium e ratione modoque componendi Romani exercitus. Refertur et explicatur a Tit. Liuio. Postremo in plures ordines acies distribuebatur. Ordo enim sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim distantes inter se modicum spatium. Manipulus leuis, vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Leves autem, qui hastam tantum gessaque gererent, vocabantur. Haec prima frons in acie, florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde aetas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat. Earum vnam quamque primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis constabat. Vexillum centum octoginta tres homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem spectatae virtutis. Secundum rorarios minus roboris aetate factisque. Tertium accensos, minimae fiduciae manum. Eo et in postremam aciem reiiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes, in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati sequebantur. Triarii sub vexillis considebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas, vt haud secus quam vallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a prima acie ad triarios sensim

refe-

referebantur, inde rem ad triarios rediſſe, cum laboratur, prouerbio increbuit. Triarii conſurgentes, vbi in interualla ordinum ſuorum principes et haſtatos recipiſſent, extemplo compreſſis ordinibus velut claudebant vias, vnoque continente agmine, iam nulla ſpe poſt relicta in hoſtem incidebant. Id erat formidoloſiſſimum hoſti, cum velut victos inſecuti, nouam repente aciem exſurgentem auctam numero cernebant.

Sacram ancoram ſoluere. Ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζειν. Quoties ad extrema praeſidia confugitur. Tranſlatum a nautis, qui maximam ac validiſſimam ancoram ſacram vocant, eamque tum demum mittunt, quum extremo laborant diſcrimine. Lucian.

Ad aſylum confugere. Hoc ſuperiori cognatum.

Ad ephebum properare. Sumtum eſt ab Apollinis oraculo, ad quod vndique feſtinabatur. Fingebatur autem imberbis Apollo.

Tanquam ad aram. Hoc adagio extremum refugium intelligi volumus. Inde ſumtum, quod olim, qui extrema neceſſitate vrgebantur, ad aras deorum ſolebant confugere, vnde nefas erat quemquam detrahere.

Mouebo talum a ſacra linea. Κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς. Plutarch. De iis, qui extrema parant experiri. Id Iulius Pollux exponens, ait a ludo quopiam teſſerarum eſſe natum adagium. Luſum autem fuiſſe huiuſmodi, vt vtrique ludentium eſſent calculi quinque, totidem impoſiti lineis. Inter eas lineas vtrimque quinas, vnam fuiſſe mediam, quam ſacram vocabant. Vnde qui talum mouiſſet, is ſacrae lineae calculum mouere dicebatur. Id autem non fiebat, niſi cum res poſceret, vt ludens ad extrema confugeret auxilia.

Ouid. *Semper tibi pendeat hamus.* Semper experienda fortuna, et omnis tentanda occasio.

Theocr. *Tentantes ad Troiam peruenerunt Graeci.* Theocritus in Syracusis: Tentando atque experiendo, quantumlibet etiam ardua perfici figura prouerbiali significans, inquit:

Ἐς τροίην πειρώμενοι ἦλθον Ἀχαιοί.

Κάλλιστα παίδων πεῖρα τὰ πάντα τελεῖται.

Seneca. *Post malam segetem serendum est.* Quo licebit vti, quoties res parum ex animi sententia cecidit, et significabimus non esse desistendum a conatu. Huc referuntur, quae alibi citauimus:

Primas iactare hastas. Velitari.
Fabri fabrilia iactant. Asinus sedet. Rex sum.

EX SESE.

Cicero. *Domi habet. Domi nascitur.* Id dicimur domi habere, quod in nobis situm est, neque necesse est ab aliis mutuo sumere. Translatum apparet ab ea consuetudine foris rogandae supellectilis, quam domi desideres.

Homer. *Domesticum malum.* Ad significandum priuatum ac domesticum malum, quod ad alios nihil attineat, conueniet illud ex Homeri Odyss. 6.

Ἀλλ' ἐμὸν αὐτοῦ χρεῖος, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσεν οἴκῳ.

Diog. *Nihil graue passus es, nisi tibi vindicas.* Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν εἰ μὴ προσποιεῖς. Nemo laeditur, nisi a seipso. Nemini fit iniuria, si eam existimet ad se non pertinere.

Emere malo, quam rogare. Quo significatum est, haud quaquam gratis accipi, quod precibus emitur,

emitur, immo nihil emi carius, quam quod roganti datur. Durum enim illud verbum ingenuis animis, *rogo*, nec inter amicos vmquam exſpectandum. Tranſlatum a veterum conſuetudine, qua vicinus a vicino ſuppellectilem commodato rogabat, quam ipſe forte domi non habebat.

FACVNDIA.

Attica muſa. Ἀττικὴ μοῦσα. Pro venuſta lepidaque oratione. Nam inter dicendi genera laudatur inprimis Atticum. Sed ad hominem accommodatum erit venuſtius, praeſertim ſi accedat ironia, veluti, ſi inelegantem aliquem et ab omnibus litteris et gratiis alieniſſimum, atticam muſam voces. Nam amuſi vocantur omnes huiusmodi Diog.

Lepos Atticus, *Eloquentia Attica.* Inter reliquos Graeciae populos lepos quidam ac feſtiuitas quaedam quaſi vernacula ac peculiaris adeſt Atticis, adeo vt in prouerbium abierit. Laert.

Cygnea Cantio. Κύκνειον ᾆσμα. Conueniet in eos, qui ſupremo vitae tempore facunde diſſerunt, aut extrema ſenecta ſuauiloquentius ſcribunt, id quod fere ſolet accidere ſcriptoribus, vt poſtrema quaeque minime ſint acerba maximeque mellita, videlicet per aetatem matureſcente eloquentia. Porro Cygnos, inſtante morte mirandos quoſdam cantus edere, tam omnium litteris eſt celebratum, quam nulli vel compertum vel creditum. Hieron.

Tunc canent cygni, quum tacebunt graculi. Τότ' ᾄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι. Tunc loquentur eruditi, quum garrulis non erit loquendi locus.

Neſtorea eloquentia. Poetica mella. Neſtoris Pyliorum ducis facundia in prouerbium abiit, ſi Homer.

quando senilem suauiloquentiam significamus. Nam huic Homerus, vt tria secula, ita plusquam mellitam quandam facundiam affingit.

Nihil ex agro dicis. Οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις, Nihil humile, neque triuiale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id ex agro profectum dicitur. Contra, quod festiuum, quod lepidum, id vrbanum ac ciuile vocatur.

Nunc ipsa viuit sapientia. Αὐτὴ νῦν σοφία ζῇ. Applaudentis et adgratulantis est sermo, si quid aliquando videtur scite dictum, et arte factum. Festiuius erit si per ironiam efferatur.

Suidas. *Nunc ipsa floret musa.* Αὐτὴ νῦν ἀνθεῖ ἡ μοῦσα. Vbi quid erudite, facunde, venuste dictum, aut scriptum videbitur, quasi musis bene fortunantibus. Et hoc venustius fiet per ironiam.

Theocr. *Musarum aues.* Μουσῶν ὄρνιτες. Dicuntur Poëtae, quod assidue carmina sua modulentur. Huc facit quod alibi citatum est; *In cantatione quauis efficacius.*

FAMES.

Plaut. *Fames et mora, bilem in nasum conciunt.* *Id est*, Latrante stomacho, omnis mora bilem mouet. Ducta est metaphora ab animantibus, iram narium flatu significantibus.

Homer. *Miserrimum fame mori.* Cum significabimus, longe esse miserrimum fame perire, accommodabimus illud quod est apud Homerum Odyss. μ.

πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι.
Λιμῷ δὲ οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Accommodabitur in sordidos quosdam, qui, quo parcant nummis, defraudant genium suum et in eos qui pereunt inscitia verbi, quum animus hominis non aliter pascatur verbo Dei, quam cibo corpus.

corpus. Vere miserrimum est, hac fame mori.

Molestus interpellator venter. Venter improbus interpellator non finit vnquam quempiam oblivisci sui. Id ad egestatem torqueri poterit, quae mortales ad omnia tum facienda, tum perferenda solet compellere. Homer.

Cestreus ieiunat. Κεστρεὺς νηστεύει. De famelicis et voracibus dici consueuit. Alii malunt referre ad eos, qui vitam innocuam agunt et ab aliorum iniuriis abstinent nec vllum emolumentum ex sua innocentia ferunt. Est enim Cestreus piscis genus quoddam, quod, reliquis mutua deuoratione victitantibus, vnum ab aliorum carnibus abstinet, ideoque non capitur esca, sed in limum abdit sese, atque ibi perdurat, et vt arbitrantur nonnulli, limo pascitur. Quin captus etiam non alitur escis, aut vllo animante, cum sit acutis dentibus. Quin ipse impune deuoratur a lupo atque ob id, quia non sit edax, parum est esculentus. In metu vero caput occultat, arbitrans, totum corpus iam esse tutum. Suidas.

Non interpellandus famelicus. Quoties innuemus non esse confabulandi otium, nisi prius placauerimus latrantem et iratum, vt ait Horatius, ventrem, aut vbi significabimus aliquem, simulatque sit assecutus, quod expetebat, iam ad alia conuerti non inepte proferemus hunc versiculum Homeri; Homer.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

Ventre pleno melior consultatio. Γαστρὸς ἀπὸ πλέης βουλὴ καὶ μῆτις ἀμείνων. Quum fames interpellat, non vacat deliberare, propterea quod consultatio moram desiderat, et animi tranquillitatem, at fames bilem acuit. Potest et huc torqueri, prius agendum, quod instat et vrget, deinde de futuro deliberandum. Plutarch.

Hesych. *Etiam Baetylum deuorares.* Καὶ Βαίτυλον ἂν καταπίνοις. In voracem et omnia concoquentem. Nam Baetylus dicitur saxum illud fasciis obuinctum, quod pro Ioue deuorauit Saturnus, testante Hesychio.

Plaut. *Manduces.* Dicebantur vehementer famelici, aut qui minis inanibus terrorem incuterent. Manducem appellabant imaginem ridiculam ac formidolosam, quae olim in pompis ire solebat.

FEMINAE.

Femina nihil pestilentius. Hanc sententiam sic effert Homerus:

Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Ignis, mare, mulier, tria mala. Πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνὴ κακὰ τρία. Nam incendio nihil formidabilius, mare item periculosissimum est. His autem simillimum quiddam esse mulierem sentit paroemia, Lacon quidam, qui cum vxorem duxisset perpusillam, dicebat, e malis, quod minimum esset, eligendum.

Plutarch. *Sublata lucerna, nihil interest inter mulieres.* Λύχνου ἀρθέντος γυνὴ πᾶσα ἡ αὐτή. Sentit adagium, nullam mulierem non esse impudicam, si detur facultas sine teste peccandi. Mihi videtur e vulgo sumtum, non ab auctoribus.

Homer. *Male coniugati.* Conueniet in eos, qui cum iis coniugio iuncti sunt, quas non amant vicissim ex animo, quamuis ob voluptatem vxoriam amentur.

Diog. *Mulieri ne credas, ne mortuae quidem.* Γυναικὶ μὴ πίστευε μηδ' ἂν ἀποθάνῃ. Hyperbole prouerbialis. Vsque adeo non est fidendum mulieri, vt etiamsi morientem videas, putes fingere.

Nec

Nec mulieri, nec gremio credendum. Quod illa incerti ac leuis ſit animi, et plerumque fiat, vt in gremio poſita, cum in obliuionem venerint, exſurgentibus procidant. Feſtus Pomp.

Mulierum exitia. Γυναικῶν ὄλεθροι. De iis, qui funditus ac miſerabiliter pereunt. Mulieres enim omnium fere calamitatum auctores fuiſſe viris dicuntur. Teſtis bellum Troianum, teſtis Hercules a Deianira exſtinctus. Quanquam haec magis conueniebat ſtultitiae virorum adſcribere, qui tantum indulgeat mulierculis.

Mulieris oculus. Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσι βέλος. Virgil.

Vtrique videndo femina.

Mulier pudica ne ſola ſit vſquam. Quum admonebimus non conuenire, vt pudica mulier ſola, citraque teſtes cum viris colloquatur, vſui fuerit illud Homeri: Homer.

Haud ſola aſt illam famulae binae comitatae.

Qui non litigat, caelebs eſt. Diuus Hieronymus tamquam prouerbio iactatum citat. Indicat adagium, rixoſum eſſe omne coniugium, nec eſſe tranquillam vitam niſi in caelibatu. Hieron.

Tamquam Chalcidica nobis peperit vxor. Ὥσπερ Χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν γυνή. De ea dicebatur, quae liberos quam plurimos peperiſſet. Tradunt Heroinam quampiam fuiſſe nomine Comben, cui cognomen fuit Chalcidi, quod prima arma aerea confecerit. Ea viro coniuncta, centum liberos enixa dicitur. Quidam ad Chalcidem Euboiae ciuitatem referunt, quod e Chalcidenſium officinis ingens armorum aereorum et quadrigarum vis prodiret.

Theſſala mulier. Θεσσαλικὴ γυνή. In veneficas malarumque peritas artium dici ſolitum, propterea quod Ariſtoph.

quod ea gens praeter caeteras hoc nomine notata est. Eam superstitionem in Thessalos a Medea profectam existimant, quae cum illac fugeret per aerem vecta, scriniolum veneficiis ac magicis herbis plenum deiecerit, eaque sparsa suppullulasse; quin et Plinius docet, magiam ad Thessalos vsque propagatam diu ab ea gente cognomen obtinuisse, adeo vt Menander quoque litterarum subtilitatibus peritus, Thessalam cognominarit fabulam, complexam ambages feminarum, detrahentium lunam.

Ὑπεσφηνισμένη. Dicitur iam propinqua partui. Sumta metaphora a ficis post immissas psecas maturescentibus.

FESTINATIONIS.

Horat. *Nauibus atque quadrigis.* Pro summo studio, summaque festinatione.

Plaut. *Daedaleum remigium.* Ad celeritatem significandam Plautus in Amphitruone dixit.

Idem. *Citis quadrigis, Iouis quadrigis.* Subaudi, fugere. Pro eo quod est, quam ocissime fugere. Legitur apud Plautum ab Homero translatum, qui diis quadrigas affingit, quibus quo libitum sit, repente rapiantur ex Olympo in terras, rursus e terris in caelum.

Idem. *Equis albis praecedere.* Vbi quem aliis quapiam in re longe superiorem significabant, longoque anteire interuallo, eum albis equis praecedere dicebant, vel quod antiquitus equi albi meliores haberentur, vel quod victores in triumpho albis equis vectari solerent, vel quod fortunatiores et auspicatiores esse credantur.

Cicero. *Talaria induere.* Pro eo quod est, Fugam adornare, quasique velle quopiam auolare: Itaque talaria induere dicemus eos, qui parant aufugere.

fugere. Homerus Mercurium auolaturum frequenter adornat talaribus.

Citius quam asparagi coquuntur. De re vehementer properata. Asparagus est herbae genus spinosum, et in medicina vtile, et in cibis gratum, cuius summa, priusquam durescant, leuiter coquuntur, tantum vt cruditas absit.

E vestigio. Quod citra moram ac protinus fit, e vestigio fieri dicitur, quod prisci dicebant, extemplo.

Celerius quam Butes: Θᾶττον ἢ Βούτης. Hoc adagio significant aliquid quam plurimum absolvi, compendioque explicari. Butes Athenis inter picturas Stoae porticus ita depictus erat, vt summa capitis pars cum oculis tantum videretur, videlicet vt spectator imaginaretur reliquum corpus tegi montis obiectu, in quo ingrediebatur. In eius igitur pictura, quoniam non multum operae sumserat pictor, prouerbio iactari consueuit de his, quae facile perficiuntur. Zenod.

Simul et dictum et factum. Ἅμ᾽ ἔπος, ἅμ᾽ ἔργον. Vbi quis citra moram id re praestat, quod verbis pollicetur. Homer.

Duobus pedibus fugere. Ἐκ δυοῖν ποδοῖν καταφεύγειν. Summa vi, summoque conatu fugere. Prouerbium ductum ab iis, qui festinant cursu, vel a nauigantibus perinde quasi dicas, duobus clauis. Nam gubernaculum nauis pedem appellant, quod eo nauis, cum huc atque illuc vertitur, velut ingredi videatur. Aristophanes: Ἀνεπτόμεσθ᾽ ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν ποδοῖν. Aristid.

In foribus abesse. Περὶ τὰς θύρας. Pro eo, quod instat iamque in proximo est.

Velis equisque. Extremum conatum ad fugiendum aut assequendum magis, quam ad efficiendum significantes dicimus. Hic respicit non ad celeritatem, sed ad vtrumque pugnae genus nauale ac equestre. Cicero.

Vir

Vir fugiens haud moratur lyrae strepitum. Ἀνὴρ δὲ φεύγων οὐ μενεῖ λύρας κτύπον. In eos, qui in rebus periculosis ac seriis, properandi studio, negligunt leuiora. Nam qui fugit in bello, non putat sibi liberum ac vacuum, vt cantorem aliquem auscultet. Id etiam ad complures res accommodari potest, vt, non esse rebus friuolis ac voluptuariis nugandum, cum haec vita tot periculis sit obnoxia.

Homer. *Ocior accipitre.* Admirandam celeritatem hyperbola prouerbiali licebit indicare, quae est apud Homerum: θάσσονες ἰρήκων.

Pegaso velocior. Πηγάσου ταχύτερος. De praevelocibus. Nota fabula de equo alato.

Salaminia nauis. Σαλαμινία ναῦς. De praevelocibus dictitatum est. Celebratur enim vel inprimis nauale bellum aduersus Xerxem, gestum apud Salaminem, siue quod ex triremibus altera Salaminia vocari consueuit, altera παράλος. Plutarchus nauim robustam, in qua vltimum sit praesidium, Salaminiam appellat.

Parit puella, etiamsi mali adsit viro. Τίκτει κόρη, ὅταν κακῶς ἀνδρὶ παρείη. Dici conuenit, quoties res facile conficitur ex sententia, etiamsi negligenter et ignauiter gesta fuerit. Veluti puella propter aetatis felicitatem facile gerit vterum, etiamsi cum viro non admodum rem habuerit. Egregium ingenium etiam sub malo et indiligente praeceptore bonas litteras assequitur.

Ignem palma. Πῦρ παλάμῃ. Dici solitum, si quando protinus aliquid intellectum esset a quopiam, vt si scommate dicto, statim sentiat aliquis in se dictum. Sumtum videtur ab iis, qui per lusum ignem admouent manibus alienis, qui subito sensu excitati, resilire solent, risumque mouere spectantibus.

Aphya in ignem. Ἀφύα εἰς πῦρ. Prouerbium in ea, quae celeriter intereunt aut absumuntur, siue

siue quae facile ac statim conficiuntur. Nam aphya piscis genus molle ac tenerum, quod admotum igni, protinus decoquitur.

Ne nimium callidum hoc sit modo. Donatus pro- Terent.
uerbium esse demonstrat, quamquam anceps est lectio. Potest enim vtrumque legi, et callidum, et calidum, vt prius illud, ad festinatum consilium, alterum ad nimis astutum referatur. Siquidem vtraque parum feliciter euenire solent, vel quae nimium calent, id est, quae praecipitantius instituuntur, vel quae nimium audacibus aguntur dolis.

Intra septimam. Ἐντὸς ἑβδόμης. Subaudi lu- Zenod.
nam. Edictum erat Athenis, vt ante septimum diem mensis exercitum educerent. Recte fortassis vtemur hoc adagio, quoties admonebimus, mature, suoque tempore negotium aggrediendum.

Prius quam gallus iterum cecinerit. πρὶν ἢ δεύτερον ἀλεκτρυὼν ἐφθέγγετο. *Id est*, admodum mane et antelucano. A prisca consuetudine sumtum, qua noctis deliquium et accessum diei, galli cantu metiebantur, gnomonibus horariis nondum repertis. Gallus autem tribus interuallis canit, praenuncians diem. Cur autem id accidat gallis, Democritus concoctionem in causa esse putat, quod id temporis cibus a pectore depulsus in omne corpus digeritur. Ambrosius Leo Nolanus gallorum cantum a peculiari quadam salacitate proficisci putat. Esse enim hoc animal prae caeteris gallinis deditum ac velut vxorium, mireque sollicitum de sobole quam maxime propaganda, adeo vt vnus gallus compluribus gallinis praeficiatur, tantamque turbam vnicus maritus impleat, tum pro feminis ac pullis acerrime depugnet. Porro cantum gallorum ab imaginatione Veneris proficisci, vel illud satis arguit, quod priusquam ineundis gallinis maturi

turi ſint, ſileant. Ex reliquis item auibus pleraeque in coitu, coituſue deſiderio vocem edunt, vt, anates, paſſeres, hirundines, perdices. Vox autem maris in auium genere, tantam vim habet ad incitandam Venerem, vt quaedam hac audita tantum concipiant oua; quo in numero ſunt perdices. Gallus itaque dilabente iam per viſcera cibo ſomnoque diſcedente, quo tempore corpora ſua ſponte concitantur ad Venerem, ſtatim gallinarum meminit, quoque copioſior ſit foetura, cantus illecebra prouocat. Quod autem ſubinde canit, in cauſa eſt, quia gallis ſomnus eſt interſectus, minimeque perpetuus, maxime cum vigent aetate, vt intelligas et hoc a ſalacitate proficiſci. Sed vt ad interpretationem adagii recurramus, veteres initium diei a prima mediae noctis inclinatione ordiebantur, proximum tempus gallicinium vocabant, quod id temporis lucem multo ante praeſentientes incipiant canere; tertium conticinium, cum et galli conticeſcunt, et homines etiam tum quieſcunt; quartum diluculum, cum incipit dignoſci dies, quinctum mane, cum clarus iam dies exorto ſole. Itaque ſecundum gallorum cantus multo ſolis exortum antecenit.

Suidas. *Viuit, incende ignem.* Ζῇ, καῖε πῦρ. Vbi in negotii periculoſi puncto feſtinandum admonemus, et occaſionem arripiendam, vt, quum reperta ſcintillula properetur, ne pereat et illa.

Idem. *A ſubeunte portum naui.* Ἀπὸ καταδυομένης. *Id eſt*, A ſubeunte, ſubaudi, naue lucrum capias. Admonet adagium, celeritatem ad quaeſtum plurimum valere. Sumtum a mercatorum diligentia, qui merces ſtatim emunt ab ipſis nautis in portum appellentibus. Tum enim minoris emuntur, et maiori diſtrahuntur lucro. Trahi poterit ad eam ſententiam, vt ſi quis dicat ſtatim arripiendam oblatam occaſionem lucri, aut

tum

tum rogandum quempiam, vbi fortuna recentem aliquam commoditatem obiecerit.

Matura satio saepe decipit, sera semper mala est. Colum. Admonet adagium, in omni negotio maturandum esse, neque paulo satius esse, occupare tempus legitimum, quam serius aggredi. Veluti si quis admoneat, vt puer tenera adhuc aetate, praeceptoribus committatur erudiendus. Consultius enim anteuertere, quam prouectioribus annis tum demum incipere.

Sacra celerius absoluenda. In rebus diuinis Homer. attentum esse conuenit magis, quam diuturnum, ne vilescant assiduitate, contra quorumdam morem sacerdotum, qui nimium immorantur sacro precibusque, quas vocant horatias. Ad id torqueri poterit illud ex Odysseae. Γ.

Οὐδὲ ἔοικε.

Δῆτα θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι.

Lupinum potum. *Λυκεῖον ποτόν.* Lupinum Zenod. potum bibere dicebant, vbi quis voluptatem suo periculo capitis emeret. Narrant, duos erupisse fontes sacros Apollini, quorum alter vino scateret, alter melle, ad quos cum aues aduolarent, arcu feriebantur. Porro Apollo super caetera cognomina dictus est et Lucius, a luce quam aperit, siue a lupis interfectis.

Vt canis e Nilo. Qui leuiter ac velut obiter artem quampiam aut auctorem degustant, hi ceu canis e Nilo degustare dicuntur. Natum inde adagium. Post fugam Mutinensem, quaerentibus quid ageret Antonius quidam familiaris respondit: Quod canis in Aegypto, bibit et fugit. Nam in illis regionibus constat canes raptu crocodilorum exterritos, bibere et fugere. Solinus ait eos nonnisi currentes lambitare, ne deprehendantur.

Aristoph. *Alienis vti soleis.* Ἀλλοτρίοις βλαυτίοις χρῆσθαι. Dicuntur, qui moribus aliorum ad suum abutuntur emolumentum. Graeci absque soleis solebant accumbere. Qui desident in compotationibus, et vrgente aluo surgunt, arripiunt alienas soleas, siue quod festinant, siue quod ebrii sunt.

Plato. *Quantum pedibus potes.* Socrates in Gorgia Platonis ita loquitur: σωφροσύνην μὲν διωκτέον καὶ ἀσκητέον, ἀκολασίαν δὲ φευκτέον, ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν. Id quo longius transfertur a rebus corporeis, hoc magis accedit ad prouerbium celeritatis. Quod in corpore sunt pedes, hoc in animo sunt affectus, quibus expetimus aliquid aut refugimus.

Idem. *Crisonem Himeraeum praecurrere.* Prodigiosa celeritas Crisonis, videtur locum dedisse prouerbio. Sic enim Socrates apud Platonem in Protagora, rogatus vt institutam cum Protagora disputationem perageret. *Optarim quidem tibi morem gerere, si, quod petis, meae facultatis esset. Nunc perinde est, ac si me roges, vt Crisonem Himeraeum insignem cursorem sequar, aut dolichodromon quempiam, aut hemerodromon perpetuo aequem cursu sequarque.* Dolichodromi dicebantur, qui perpetuo impetu duodecim stadia decurrebant. Hemerodromi, qui totum diem a mane vsque ad vesperam citra respirationem currebant. Vnde Graeci poëtae solem ἡμεροδρόμον appellabant, quod singulis diebus cursum suum peragat; quasi vero noctu requiescat in diuersorio Thetydis. Himaera Siciliae ciuitas, vnde Crison, celeritate currendi celebris, Himeraeus dictus.

FESTINATIO PRAEPROPERA.

Plato. *Qui nimium properat, serius absoluit.* Monet adagium, instituendae rei non tam celeritatem, quam

quam curam adhibendam esse, ne postea sit in mora, quod in operis ingressu fuerit erratum.

Canis festinans, coecos parit catulos. Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει. In eos, qui nimio festinandi studio rem parum absolutam reddunt. Hinc natum, quod canis, quia celerius pariat, catulos caecos velut adhuc immaturos, edit. Quod potissimum euenit in animantibus, multifidis pedibus et numerosum alentibus foetum, quoniam, cum corporis humor non sufficit, alendo tam numeroso foetui, natura partum imperfectum potius educit. Aristot.

Ante victoriam encomium canis. Πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις. In eum qui praepropere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Graecos, qui rem strenue gessissent in bello, oratione quapiam aut carmine laudabantur. Quae laudatio proprie encomium dicitur. Athen.

Ante lentem augere ollam. Πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνειν τὴν λοπάδα. Pro eo quod est, spes ingentes in animo concipere, priusquam res ipsa teneatur, aut polliceri, quod ipse nondum habeat, aut praepropere sibi placere, quasi iam possideat ea, quae procul etiam dum absunt, vt teneantur: vt, si quis vitae strepitum augeat, spe magistratus, quem incertum est, an sit impetraturus. Lens legumen est vilissimum ac plebeium, ac lopade apponebantur cibi lautiores.

Aestate penulam deteris. Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις. Recte dicitur in eos, qui res necessarias temere, nec in tempore, profundunt, aliquando futuras vsui, si seruentur. Id quod vulgo factitant adolescentes: qui facultates patrias stulte prodigunt in iuuenta, quibus sustinenda fuerat imbecillitas senectae. Nam χλαῖνα summa vestis est, quae pro tempore sumitur ad ventos pluuiam frigusue depellendum, quasi latine dicas penulam. Zenod.

Muſcum demetere Ἄμνια θερίζειν. Dici ſolitum, vbi quis tener adhuc et intempeſtiuus durius tractaretur, aut tolleretur emolumentum, priuſquam oportunum eſſet. Tranſlatum ab iis, qui ſtatim vt ager obduci coeperit herba, demetunt, nec ſinunt adoleſcere gramen.

Suidas. *Siculus omphaciſſat.* Σικελὸς ὀμφακίζει. Omphaca Graeci dicunt vuam acerbam et immaturam. Vnde dicebatur in eos, qui libidine furandi quantumlibet vilia tollerent furto. Ductum a furacitate Siculorum.

Plato. *Praemouere venatum.* Προσοβεῖν τὴν θήραν. Dici ſolitum apparet, vbi quis non ſatis diſſimulat, quod molitur. Quem ad modum vſu venit, vt fera tumultu excitata intellectis inſidiis, ſubducat ſeſe.

Apulei. *Odi puerulos praecoci ſapientia.* Vulgo inualuit opinio, vt credant puerulos maturius ſapientes, aut non fore vitales, aut dementes futuros, ſimul atque ad maturam aetatem peruenerint. Adaptare licebit ad diſcipulum, qui in ipſis ſtatim rudimentis ſibi placeat.

Herod. *Non ſtatim finis apparet.* Herodotus in Polymnia, ſignificat hoc olim prouerbio dici ſolitum. *Non ſtatim cum principio apparere rei exitum.* Καὶ τὸ παλαιὸν, ἔπος ὡς ἐν εἴρηται, τὸ μὴ ἅμα ἀρχῇ τὸ τέλος καταφαίνεσθαι. Conueniet in quorundam praeproperas ſpes, qui negotio vix coepto, ſtatim arbitrantur, ſe rem factam habere, cum ſaepe exitus non reſpondeat initiis.

Feſtina lente. Vide tarditatis et cunctationis.

FIDES ET GRAVITAS.

Iuuen. *Folium Sibyllae.* Id eſt, rem indubitatam. Ductum adagium a Cumana Sibylla cuius oracula cumprimis celebrantur. Huic autem mos erat, vt

vt testatur M. Varro, in palmarum foliis oracula scribere.

Ex tripode. Τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος. Dici solitum de iis, quae vehementer vera atque indubitata videri volumus, perinde quasi ex Apollinis oraculo profecta. Tripodem autem fuisse lebetem, tribus fultum pedibus, notum est. Huius duo sunt genera, alterum Apollinis, ob veritatem oraculorum, alterum Bacchi, in quo vinum miscebatur, quod ebrii vera loquantur. Athen.

Diues promissis. Ὁ μὲν λόγος θαυμαστὸς, ὁ δὲ λέγων ἄπιστος. Quoties aliquis ingentia pollicetur, quae non videatur praestiturus. Plutarch.

Priscis credendum. Incertum, vtrum Cicero sentiat eam sententiam fuisse vulgo decantatam, an notet vocem prisci, qua declaramus, homines extremae antiquitatis, quorum origo, quoniam posteris erat incognita, fere referebatur ad deos. Cicero.

Recto pectore. Pro eo quod est, ingenue citraque dissimulationem, vt veritatis simplex est oratio.

Legatus non caeditur, neque violatur. Πρέσβυς οὐ τύπτεται, οὐ δὲ ὑβρίζεται. Id iure gentium receptum est, vt legati publica fide veniant, et redeant inuiolati. Cicero.

Ex Iouis tabulis testis. Ἐκ τῶν Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς. Pro certo et indubitabili teste. Allusum est, ni fallor, ad diphtheram, in qua Iuppiter omnia mortalium acta describere fingitur a poëtis. Lucian.

Atticus testis. Ἀττικὸς μάρτυς. Pro probatissimo atque incorruptissimo teste. Quod si quis per ironiam torqueat in testem vanum, non inconcinne dixerit. Diog.

Attica fides. Ἀττικὴ πίστις. Legitur apud eumdem de minime vanis, minimeque periuris. Inde natum, quod apud Atticos templum esset

Fidei deae constructum, cuius et meminit Plautus.

Pindar. *Rhadamantheum Iudicium.* Ῥαδαμάνθυος κρίσις. De incorrupte iudicantibus. Rhadamanthus enim manium iudex; neque muneribus, neque gratia deflectitur, quo minus seuere iudicet. Accommodari poterit ad mortis necessitatem, maximis pariter ac minimis ex aequo communem.

Cicero. *Iouem lapidem iurare.* Qui sancte ac religiose deiurant. Sumtum a prisco feriendi foederis ritu, quod a patre patrato manu tenente lapidem, conceptis verbis peragebatur; quem ad modum describit T. Liuius et Macrobius.

Rhadamanthi iusiurandum. Ῥαδαμάνθυος ὅρκος. Dicebatur, quod verissimum quidem esset, caeterum nullum Deum adscisceret. Socrates per canem et anserem iurare consueuit, ne quem deorum citaret; siue quod non crederet vllos esse Deos siue quod arbitraretur non esse boni viri, deos suorum negotiorum testes arcessere. Graeci per caput alterius iurare consueuerunt.

Plutarch. *Viri iureiurando, pueri talis fallendi.* Ὅρκοις ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ παῖδας ἐξαπατέον. Docet viris nulla re citius imponi posse, quam iureiurando, quod nemo tam improbus esse credatur, qui id velit violare. Laconis cuiusdam apophthegma.

Iouis suffragium. Διὸς ψῆφος. Dicebatur sacrum et inuiolatum. Vnde sententiam eius, cuius sit velut irrefragabilis auctoritas, Iouis suffragium recte dixeris, aut per ironiam, vbi quis arrogantius de re quapiam pronunciat, suamque opinionem pro lege atque oraculo postulat accipi. Aiunt enim locum, in quo Neptunus et Minerua iudicium peregerunt, vtrius nomine auspiciisque ciuitas Atheniensium institueretur, Iouis suffragium appellatum fuisse.

Amphi-

Amphictyonum consessus. Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον. De frequente grauium virorum conuentu. Ductum a conuentu illo Graecorum olim celebratissimo, qui Amphictyonum dicitur, ab Amphictyone Deucalionis filio, qui cum rerum potiretur, gentes Graecanicas dicitur conuocasse, vel quod vndecumque ad id consilium ex omnia Graecia conueniretur.

Pollicentis se promissa re praestiturum. Significantes promissorum fidem non irritam futuram, sed re praestituros nos, quod verbis simus polliciti, illud Homeri vsurpare poterimus: Homer.

Ου γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν,
Οὐδ' ἀτελεύτητον, ὅτι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

Dictum ac factum. Ῥεχθὲν καὶ πραχθέν. Proverbialis figura, qua nihil in negotio procurando praetermissum significamus. Terentius: *Dictum ac factum reddidi.* Qui modis omnibus dextri strenuique sunt, dictis et factis valere dicuntur. Terent.

Mineruae suffragium. Ἡ Ἀθήνας ψῆφος. De exacto iudicio, contrarium illi: ὗς ἔκρινεν. *Sus iudicauit.* Sed lepidius fiet, si per ironiam efferatur in stupidum et nullius iudicii hominem.

Veriora iis, quae apud Sagram acciderunt. Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. Dictum olim in incredulos, quique non nisi magno malo docti credunt. Strabo, *Post Locros*, inquit, *Sagra fluvius labitur, in cuius ripa Castoris et Pollucis arae sitae sunt, ad quas decem Locrorum millia, vna cum Rheginis aduersus Crotoniatas, numero centies ac tricies mille, Marte collato victoriam reportarunt. Addidere plerique, quo die certamen initum est, iis, qui in Olympiis erant, cum belli euentum nunciatum fuisse, Tanta celeritate nunciatae pugnae veritas comperta est.*

Oculis magis habenda fides; quam auribus. Ὠτίων πιστότεροι ὀφθαλμοί. Quae cernuntur, certiora sunt, quam quae audiuntur.

Domesticus testis. Οἴκοθεν ὁ μάρτυς. Vbi quis ipse sese laudat, quasi domi testem habeat, non aliunde adductum. Qui modis omnibus dextri strenuique sunt dictis et factis, valere dicuntur.

Plato. *Venereum Iusiurandum.* Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος. Sensus est: Amantium iusiurandum irritum esse, neque ad deos quidquam pertinere tamquam iocosum. Deflecti potest ad quoduis promissum, cuius fides praestanda non videatur.

Cicero. *Dignus, qui cum in tenebris mices.* Qui certissima esset fide, eum dignum dicebant, qui cum in tenebris micaretur. Est autem micare lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repente porrectis digitis certantium vterque numerum diuinet.

Idem. *De manu in manum.* Traduntur enim et qui commendantur.

Idem. *Manu longa et manu breui tradere.* Qui promissis agit, ac spem tandem ostendit, longa manu dat. Contra, qui praesens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat.

FOCVS.

Homer. *Focus luculentus in aedibus.* Primum domus ornamentum est, vt luceat focus. Proinde qui in aedes immigrant nouas, aut in diuersorium ingrediuntur, ante omnia ignem iubent incendi. Quod ex Homero χ. sumtum videtur.

Πῦρ νῦν μοι πρώτιστον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω. it.
Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι.

FOR-

FORMA, DEFORMITAS.

Ominabitur aliquis te conspecto. Σὲ δὲ οἰωνίσαιτ᾽ ἂν τις ἰδών. Dici consueuit in deformes foedoque aspectu. Veteres ex primo hominis occursu sumebant omen. Occurrere formoso, felix omen habebatur. Occurrere deformi, nigroque, contra. Plinius.

A furiis oriundus. Ἐριννύων ἀποῤῥώξ. Olim dicebatur tetra, foedaque specie. Item quod noxium et exitiale sit, id a furiis ortum aiunt.

Leporem non edit. Antiquitus superstitiose creditum est, esu leporinae pulpae conciliari formam septem post dies.

Myconius caluus. Μυκόνιος φαλακρός. Strabo refert, vulgo Myconios caluos dici solitos, quod in ea insula vitium hoc quasi gentilitium sit, atque omnibus ferme commune. Martial.

Pistillo caluior. Ὑπέρου φαλακρότερος. De magnopere glabris. Nam ima pistilli pars calui cranium referre videtur. Transferri potest ad insigniter egenos, aut simplices, ac dissimulandi ignaros.

Multam siluam gestis. Λόχμην πολλὴν φορεῖς. Dictum in Phormionem militem quemdam hirsutum, densaque pilorum obsitum silua. Quadrabit in agrestem et stupidum. Suidas.

Pronomi barba. Προνόμου πώγων. De praelonga dicebatur. Pronomus tibicen quispiam fuit prolixa barba, gestamine non admodum apposito professioni. Quandoquidem tibicinum mollitiem etiam prouerbia notant. Conuenit igitur in quosdam, qui alioqui mollissimi, vultus vestiumque seueritate vitae continentiam praeferunt. Aristoph.

Nauiges Troezenem. Πλεύσειας Τροιζῆνα. Dici solitum in eos, qui quum mento imberbi essent, tamen appostitiis pilis barbam virilem mentirentur. Inde natum, quod Troezenis portus quis- Eustath.

piam vulgo celebratus sit nomine Barbae. Est autem alter Troezen in Massilia.

Aristoph. *Perdicis crura.* Πέρδικος σκέλος. Perdix caupo quispiam erat claudus, ab Aristophane locis aliquot notatus. Dicebatur in crura gracilia distortaque. Perdicis pes in loripedes quadrat.

Καλλίκυγοι. Dicebantur eleganti forma praediti.

Idem. *Quod pulcrum idem amicum.* Τὸ καλὸν φίλον. Inter prouerbia conciliantium amicitiam, refertur et hoc apud Platonem in Lyside: Καὶ κινδυνεύει κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὴν καλὸν φίλον εἶναι. Qui commodi gratia amat, non amat vere, sed quod pulcrum est, per se amatur.

Ex ouo prodiit. Ἐξ ὠοῦ ἐξῆλθεν. Aiunt dici solitum de magnopere formosis ac nitidis, quasi neges communi hominum more natos, sed ex ouo, more Castoris et Pollucis. Siquidem est in Poëtarum fabulis, Ledam Tyndari filiam ex Iouis concubitu duo peperisse oua, e quorum altero prodiere gemini, Castor et Pollux insigni forma iuuenes. Ex altero nata est Helena, cuius forma litteris omnium est nobilitata.

Plutarch. *Pulcrorum etiam autumnus pulcer est.* Τῶν καλῶν καὶ ὀπώρη καλή. Vernis enim mensibus, nihil non tenerum ac nitidum, quum omnia adhuc in flore sunt ac in herba. Caeterum autumni tempore posteaquam in culmos aut caulem excreuerunt, horridiora videntur. Quadrabit igitur in ea, quae cum natura sint egregia, ne tum quidem fastidienda videntur, quum maturuerunt. Dicetur non ineleganter in hos, qui belle portant aetatem.

Lucian. *Simia simia est, etiamsi aurea gestet insignia.* Πίθηκος ὁ πίθηκος, κἂν χρύσεα ἔχῃ σύμβολα. Admonet fortunae ornamenta non mutare hominis ingenium. Natum videtur a simiis illis Aegyptiis saltationem humanam imitantibus. Lucianus refert

refert apologum in hunc modum. Rex quidam Aegyptius simias aliquot instituit, vt saltandi rationem perdiscerent. Vt enim nullum animal ad figuram hominis propius accedit, ita nec aliud actus humanos, aut melius aut libentius imitatur. Artem itaque saltandi protinus edoctae saltare coeperunt, insignibus indutae purpuris ac personatae, multoque iam tempore maiorem in modum placebat spectaculum, donec e spectatoribus facetus quispiam nuces, quas in sinu clanculum gestabat, in medium abiecit. Ibi statim simiae, simulatque nuces vidissent, oblitae choreae, id esse coeperunt, quod ante fuerant ac repente e saltatricibus in simias redierunt; contritisque personis, dilaceratis vestibus pro nucibus inter se depugnabant, non sine maximo spectatorum risu.

Thersitae facies. Θερσίτειον βλέμμα. De prodigiose deformi dici solitum, quod Homerus scripserit hunc omnium, qui ad Troiam venissent foedissimum fuisse. Suidas.

Corytheo deformior. Κορυθέως εἰδεχθέστερος. Aiunt Corytheum quempiam fuisse hominem insigniter stultum ac vecordem, ad hoc, forma infelicissima foedissimaque, cui liberi item fuerint omnes patrem referentes. Vnde vulgaris dictus est iocus in hominem bardum ac deformem. Zenod.

Simiarum pulcerrima deformis est. Τῶν πιθήκων ὁ εὐμορφότατος δυσμορφός ἐστι. Si quis dicat lenonem integerrimum esse periurum, aut honestissimum histrionem infamem. Plato.

Monogrammi. Μονόγραμμοι. In homines macie praetenues vesculi ac decolores. Monogrammos appellat Cicero informes, nullaque specie. Marcellus dictum autumat a pictura, quae primitus omnium consensu, ab vmbra hominis lineis circumducta coepit initium, quod vocant deliniare. Deinde singulis coloribus pingi coeptum Lucian.

ptum eſt, eaſque picturas μονογραμμάτους appellabant. Mox ars diſtinxit ſeſe, et inuenit lumen atque vmbras, vt quaedam eminere, quaedam abdi premique viderentur, differentia colorum. Deinde adiectus eſt ſplendor, quem alium a lumine volunt eſſe, medium tamen inter lumen et vmbram, proinde eumdem tonon vocant. Nam commiſſuram ac tranſitum colorum ἁρμογὴν appellant.

Simia in purpura. Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ. In hos qui tametſi magnifico cultu ſint ornati, tamen cuiuſmodi ſint, ex ipſo vultu moribusque cognoſcitur, vel in eos etiam, quibus dignitas additur indecora, vel quoties rei per ſe foedae aſcititia peregrinaque ornamenta indecenter admouentur. Lepidius erit, ſi longius transferatur, velut in eos, qui barba pallioque ſimulant ſanctimoniam.

FORTITVDO.

Varro. *Maſculum.* Maſculus apud veteres non ſemper ſignificat ſexum, ſed interdum quidquid vegetum, ſolidum ac robuſtum eſt, Maſculum dicitur. Lepidius erit, ſi ad incorporea transferatur, veluti cum exceIſum fortemque animum Maſculum appellamus.

Adamantinus. Ἀδαμάντινος. Pro eo quod eſt, inexorabilis, infatigabilis: huic prouerbio incredibilis huius lapidis durities locum fecit. Incudibus enim adamantes deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, vt ferrum vtrimque diſſultet, incudeſque etiam ipſae diſſiliant, quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulque ignium victrix natura et numquam incaleſcens. Adfinia ſunt: *Naxiacos*, *Ferreus*, *Aheneus*. *Cornea fibra*. *Achilles*. *Achilleum argumentum*.

Aut

Aut manenti vincendum, aut moriendum. Ἢ μένοντα ἀποθανεῖν, ἢ νικᾷν. Dic ſolitum, vbi certa ſtat ſententia, aut negotium aliquod abſolvere, aut immori. Tranſlatum ab inſtituto Lacedaemoniorum, qui hoc praelium inibant animo, vt aut victores redirent domum aut victi occumberent. Celebratum eſt cuiuſdam Lacenae apophthegma, quae filio tradens clypeum dixerit: Ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. *Id eſt*, Aut hunc, aut ſuper hunc. Laconice ſignificans aut referendum clypeum, aut in eo moriendum.

Thurium lema. Θούριον λῆμα. Dicebant animum intrepidum et ad bellum paratum. Λῆμα Graecis ſonat voluntatem animum ſiue propoſitum aut dignitatem aut auctoritatem. Thurion autem dicitur, quidquid eſt vehemens ac bellicum.

Inflige plagam ab aratro. Παῖε τὴν ἀπ' ἀρότρου. Cum iubebimus ſtrenue pugnare, licet ſine arte. Natum aiunt ab huiusmodi fabula. Glaucus quidam Caryſtius cum terram aratro proſcindenti forte fortuna vomis excidiſſet ab aratro, ſublatum aptauit manui, vice mallei. Quod ibi conſpexiſſet mater, iuuenem produxit in Olympia, ad pugilum certamen, verum vbi iam artis imperitus, plagis afflictus pene deficeret, pater acclamauit: παῖε rel. admonens, vt vomerem impingeret, quem inter arandum ſuſtulerat.

Moenia ferrea non terrea. Innuit non oportere tutamentum ciuitatis in moenibus collocare, ſed in viris armatis: quorum conſenſus, murorum inexpugnabilium vice, ciuitatem optime tuetur, Horatius: *Hic murus aheneus eſto.* Plato.

Praebere viros. Ad fortiter agendum ferendumue, adhortabimur hoc carmine Homeri ex Ilad. ν. Homer.

'Ανέ-

'Ανέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.

Homer. *Reiicientis auctorem formidinis.* Territanti metumque inanem iniicienti, versum hunc occinere licebit, quo Sthelenum alloquitur Diomedes:

Μήτοι φόβον δὲ ἀγόρευε.

Idem. *Vnum augurium optimum, tueri patriam.* Abiit in prouerbium etiam hic versus Homericus:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

In lipsydrio pugnas. Ἐπὶ λειψυδρίῳ μάχη. Lipsydrium locus erat haut procul a Parnethe, quem moenibus cinxerant tyranni, qui profugerant ex vrbe; prius condiderant Almoeonidae, sed in hos obsessos victosque a Pisistrati copiis, obliqua cantio cani coepta est huiusmodi; αἶ αἶ λειψύδριον προδοσέταιρον οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας, μαχεσθ' ἀγαθοὺς γε καὶ εὐπατρίδας ὅποτε ἔδειξαν οἵων πατρίων ἔσαν. Prouerbium dictum in strenuos et bellicosos viros.

Plutarch. *Solae Lacaenae viros pariunt.* Μόναι Λάκαιναι ἄνδρας τίκτουσι. Apud Lacedaemonios fortissimi viri nascebantur, et apud eosdem matres seuere natos educabant.

FORTVNAE COMMVTATIO.

Lucian. *Testulae transmutatio.* Ὀστράκου περιστροφή. De rebus repente in diuersum commutatis non absurde videri potest dictum adagium. Incertum, vtrum sumta sit metaphora a ludi genere quodam, quem ostracinda graeci vocant, an ab ostracismo, suffragiorum genere quodam? Ferebatur autem ostracismus ad hunc modum. Ostraci, id est, testulae viritim in comitiis dabantur. In eis, quem quisque vellet vrbe cedere, litteris inscriptis indicabat, hos deinde omnes

in

in fori locum quemdam cancellis circumſeptum, deportabant. Porro magiſtratus, quibus hoc datum erat negotii, primum vniuerſos recenſebant, qui niſi plures ſex millibus fuiſſent, nihil conficiebatur. Deinde ſemotis vniuſcuiuſque calculis is qui pluribus calculis damnatus erat, ad decennium in exilium ire iubebatur, ita tamen, vt illi liberum interim eſſet, fructus ſuos accipere. Erat itaque oſtraciſmus non improbitatis caſtigatio, ſed vulgaribus animis inſitae inuidiae placatio. Antiquatus eſt autem hic oſtraciſmus, eiecto per hunc hyperbolo quopiam homine contemto atque humili. Ab hoc igitur oſtraciſmo quoniam magna vulgi licentia ac temeritate peragebatur, ac repente praeſtantiſſimi cuiuſque ciuis fortunam commutabat, non abſurde videri poteſt ductum adagium. De luſu oſtracorum Iulius Pollux in hunc modum tradit. Pueri ducta in medio linea duas in partes ſeſe diſtribuebant, quarum altera intra oſtracum, altera extra dicebatur. Deinde mittente quopiam ad lineam teſtam, vtrius partis ſuperior exſtitiſſet aliquis, hunc inſequebantur, qui illi adhaerebant, reliquis in fugam conuerſis. Caeterum e fugientibus, qui comprehenſus eſſet, is conſidebat, aſinus dictus, teſtaque proiecta dicebat, nox dies. Nam interior teſtae pars pice ſublita erat, quae nocti reſpondebat. Hoc autem luſus genus appellabant, ὀστράκου περιστροφή.

Alia vita, alia diaeta. Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα. In eos quadrabit, qui commutata in melius fortuna, pariter et vitae rationem moreſque commutant. Tranſlatum ab iis, qui lautius incipiunt viuere, vbi res lautior obtigit.

Nunc pluit, et claro nunc Iuppiter aethere fulget. Theocr.
Χ' ὡ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει. Aliquando res aduerſae ſunt, aliquando ſecundae.

Huic

Huic affinis eſt allegoria Pindarica. Non ſemper eoſdem flare ventos, ſed nunc hos, nunc illos.

Sophocl. *Cum Deo quiſque et gaudet et flet.* Σὺν τῷ Θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κ' ὀδύρεται. Admonet adagium rerum humanarum celerem eſſe commutationem, neque in nobis ſitum, vt res perpetuo ſecundae ſint.

Heſiod. *Ipſa dies quandoque parens, quandoque nouerca eſt.* Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ. Eo verſu ſignificatum eſt, non omni die bene eſſe poſſe, ſed iſto bene, atque alio male. Inde tranſlatum, quod matres bene volunt liberis, nouercae oderunt priuignos.

Terent. *Omnium rerum viciſſitudo eſt.* Quae ſententia ſignificat, in rebus mortalium nihil eſſe perpetuum, nihil ſtabile, ſed omnia velut aeſtuario quodam fluxu, refluxuque decedere atque accedere. Variae fortunae vices, et nunc laeta, nunc triſtia contingunt vnicuique.

Multae rotae voluentur. Πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι. Multum adhuc temporis reſtat, multaeque rerum incident mutationes.

Fortuna aeſtuaria. Τύχη εὔριπος. Fortuna Euripus ſiue volubilis, quod videlicet nunc huic fauere ſoleat, nunc illi. Quem ad modum mare habet acceſſus et receſſus, ita in vita hominis nihil perpetuum. Nullum autem mare crebrius aut celerius recurrit quam Euripus.

Cicero. *Fors domina campi.* In creandis magiſtratibus non ſemper vincebat, qui potior eſſet, ſed cui fortuna fauebat. Nam a populi ſuffragiis res omnis pendebat.

Feſtus Pomp. *Inter manum et mentum.* Feſtus Pompeius indicat eſſe prouerbium apud Latinos, ſed ex illo Graeco ductum: πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Cuius originem ita refert: *Cum Calchas vitem ſereret, quidam augur vicinus praeteri-*

teriens, *dixit illum errare*. *Non enim ei fas esse nouum vinum degustare*. Prouerbium admonet, nihil certi esse in hominum vita. Nam saepenumero fit, vt quod nos maxime tenere credimus, casus aliquis inopinatus interuertat. Veluti cum manu tenet poculum, minimumque spatii sit inter manum et mentum: tamen interdum fit, vt is moriatur, antequam bibat. Huc pertinent alibi citata. *Bene natis turpe est male viuere. Mars communis. Iucunda vicissitudo rerum. Circulus res mortalium.* Scil. sunt, quod circumagantur, et velut in orbem recurrant, fortuna versante rotam. *Duo Iouis dolia*, ex quibus Iuppiter varie miscet res mortalium, ac secundum Aesopum excelsa deprimit, ac humilia tollit.

Victoria. Ἑτεραλκῆς. Homerus locis aliquot appellat ἑτεραλκέα νίκην. *Id est*, Victoriam alternatim nunc his, nunc illis obtingentem. Homer.

Res in foro nostro vertitur. Id est, Fortunas nostras commutari in diuersum intelligo. Traductum a mercatoribus, in quibus rerum pretium pro tempore saepenumero commutatur, aut a iudiciorum formulis, et explicandarum litium, cui diuersum est illud: *In alieno foro litigare*, cognatum illi, *vti foro.* Plaut.

Flos cinis. Dici solitum videtur in fugacitatem humanae vitae. Hodie floret iuuentus, cras erit in sepulcro.

Catastrophe fabulae. Cuiuslibet exitum rei prouerbiali figura catastrophen vocamus. Fabula omnis in tres partes distribuitur, πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφήν. Protasis est primus ille tumultus, iam quasi gliscens. Epitasis, turba feruidissima. Catastrophe subita rerum commutatio. Lucian.

Vbi non sis, qui fueris, non est cur velis viuere. Sumtum est a communi mortalium affectu, qui nihil minus tolerandum putant, quam vt inter Cicero.

 eos

eos neglecti, aut etiam notati viuant, apud quos aliquando cum splendore atque auctoritate sint versati.

Plaut. *Ad pristina praesepia.* Εἰς ἀρχαίας φάτνας. In eos dicebatur, qui e vita quapiam lautiore excussi, ad pristinam tenuitatem rediguntur, aut contra de iis, qui restituuntur in pristinam fortunam, vnde exciderant, aut qui ad solitum contubernium sese recipiunt. Translatum ab animantibus, quibus nota familiariaque praesepia gratissima solent esse.

A remo ad tribunal. Ἀπὸ κώπης ἐς τὸ βῆμα. Dici solitum, vbi quis repente ab infima conditione prouehitur ad honesti muneris administrationem.

Cicero. *Dionysius Corinthi.* Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Prouerbialis allegoria, qua significamus aliquem e summa dignitate atque imperio, ad priuatam humilemque redactum fortunam, quem ad modum Dionysius Syracusanorum tyrannus expulsus imperio, Corinthi pueros litteras ac musicam mercede docuit.

Plaut. *Citius quam formicae papauer.* De subita rerum consumtione, non aliter, quam si papauer obiicias agmini formicarum. Mox enim distrahitur aceruus, dum vnaquaeque suum arripit granulum.

Plinius. *Nemo mortalium omnibus horis sapit.* Sensus vel citra interpretem liquet: nempe neminem esse, qui non aliqua parte vitae desipiat ac peccet.

Zenod. *Pitana sum.* Πιτάνη εἰμί. Zenodotus indicat, dici solitum de iis, qui in extremas redacti calamitates, ab eisdem denuo in pristinam felicitatem restituuntur. Sic enim euenisse quondam Pitanae Aeoliae ciuitati. Nam hanc a Pelasgis in seruitutem redactam Erythraei in pristinam libertatem vindicarunt.

Quod

Quod alius condiuit coquus, aliter condiam. Vbi quis rem omnem nouat ac perturbat. Plaut.

Bona nemini hora est. Bona nemini hora est, quin alicui sit mala. Ita fortuna temperauit res mortalium, vt quod huic laetum est, alii pariat dolorem: Nisi mauis pro *alicui* legere *alicubi.* Plinius.

Osculana pugna. Festus Pomp. indicat, Osculanam pugnam prouerbio dici solitam, quoties victi vincerent; idque inde natum, quod Valerius Leuinius imperator prius a Pyrrho victus, paullo post eumdem regem deuicerit. Festus Pomp.

Per manus tradere. Quod successione quadam ab aliis ad alios deuenit, per manus tradi dicitur: Quod translatum videtur ab his, qui nauim aut plaustrum exonerant.

De manu in manum. A superiore non vsquequaque dissimile est. Traduntur et qui commendantur. Terent. *Hanc in manum dat.* Cicero

FORTVNATA STVLTITIA.

Athenienſium inconſulta temeritas. Ἡ τῶν ἀθηναίων δυσβουλία. Quadrat in eos, quibus male consulta vertunt bene. Nam id olim vulgo tributum est Atheniensibus, quod ipsi quidem socorditer consultarent, parumque prospicerent: verum Minerua ciuitatis praeses, illorum male instituta bene vertere consueuit. Simile est huic: *Est fortunatior, quam prudentior.*

Dormientis rete trahit. Εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ. In eos, quibus contra conatum obtingunt ea, quae cupiunt. Natum ex euentu, quod aliquando acciderit, vt dormientibus piscatoribus, pisces forte retibus inuoluti caperentur. Quidam ad Timotheum imperatorem Atheniensium referunt, cui quod multa feliciter obtingerent, magis commoditate fortunae, quam ipsius opera εὐτυχοῦς, id est, felicis cognomen inditum.

In huius inuidiam pingebant nonnulli fortunam ad rete cogentes vrbem illo iuxta dormiente. Quos ille ſic eluſit, vt diceret; ſi huiuſmodi vrbes capio dormiens, quid me facturum arbitramini, ſi vigilaro?

Sophocl. *In nihil ſapiendo iucundiſſima vita.* Sophocles in Aiace:

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιςος βίος,
Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ, κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.

Huic concinit illud Eccleſiaſtae dictum: In multa ſapientia, multa indignatio. Et qui addit ſcientiam, adiiciet et laborem.

Malum vas non frangitur. Κακὸν ἄγγος οὐ κλᾶται. Simili metaphora dicunt hodie: *Malam herbam non perire.* Qui deterior, is nonnunquam viuacior, et in periculis tutior.

FRAVS AB AMICO.

Κύκλῳ περιέλκειν. Qui arte circumagit quempiam, vt cum ſe putet, aliquid egiſſe, nihil egerit, aut in idem recidat, vnde volebat extricari, κύκλῳ ὑπεἰλκεσθαι dicitur. Metaph. ducta ab iis, qui circumacti eo reducuntur, vnde prius reſiliebant pauidi.

Ariſtoph. *Vallus vitem decepit.* Ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον ἐξηπάτησεν. Vbi quiſpiam ab eo fallitur aut laeditur, a quo pendebat, cuiuſque fide nitebatur. Traductum a vallis, quibus alligatae fulciuntur vites. Fit autem interdum, vt illi radicibus actis, ramis ac frondibus ſuis vitem ſtrangulent.

Canis mendico auxilians. Κύων τῷ πτωχῷ βοηθῶν. Vbi is nobis aduerſatur, et diuerſis ſtudet partibus, cuius auxilio nitebamur. Nam canes infeſti ſunt mendicis velut ὁμοτίχνοις, niſi ſi quando fruſto panis corrumpuntur.

FRV-

FRVGALITAS.

Acolo non fico. Ἀκόλῳ τὰ χεῖλη ὁ σύκῳ βῦσαι. Suidas.
Prouerbium hortatur ad victum tenuem. Nam ἀκόλας Graeci vocant minutas offulas.

Μυσικαρφί. Dicebantur agere, qui dure ac ſicce viuerent. Vox ficta videtur a mure et palea, quod mus in re puſilla vehementer laboret.

Allium in retibus. Σκόροδον ἐν δικτύοις. De Idem.
ſordido commeatu dicebatur. Hinc natum, quod Attici nauigationem adornantes commercabantur allia, ea retibus impoſita ſecum ferebant. Locus erit adagio, ſi quem admoneas, vt Philoſophiae ſtudium aggreſſurus paret ſe ad fragilem victum.

Phormionis thori. Στιβάδες Φορμίωνος. De ſtratis ſordidis ac frugalibus, minimeque delicatis, qualia ſunt cubilia militaria. Refertur a Suida. Phormio dux fuit quiſpiam militum, in perferendis militiae incommodis notae patientiae.

Cilicii imperatores. Κιλίκιοι στρατηγοί. Dice- Diog.
bantur homines hirſuti et pilis obſiti, vnde et ſaga pilis contexta, cilicia vocantur. Κιλίκιοι dicebantur robuſti, ſordidi et magni, vnde κιλικίζειν dicuntur, qui prauis ſunt moribus.

Vita doliaris. Ζωὴ πίθου. Prouerbio dicitur vita frugalis, parca, ab omni ſtrepitu atque ambitione ſemota, breuiter talis, qualem Diogenes nobis ille Cynicus Athenis egiſſe legitur vnico contentus pallio, baculo, quo canes, dolio de palo ſuſpenſo pro domicilio libenter vtens, crudis herbis et aqua ſimplici victitans, pane excauato pro catino, manu caua poculi vice ſolitus vti, idque a puero quodam didiciſſe ſe praedicabat, quem forte ad eum modum aquam haurientem viderat. Porro vt in dolio habitaret, inde ſibi dicebat in mentem veniſſe, quod cochleas contemplatus, nullum aliud aeque commodum domicilium iudicaſſet, vnde prorеperet ad ſolem

 et

et vbi se congeret a ventis atque aestu. Poterit torqueri et in eos, qui nimium sordide, nimisque dure atque immunde viuunt.

Tamquam in Phiditiis. *Ὥσπερ ἐν φειδιτίοις.* Vbi quid parcius nimiumque frugaliter actum significabimus. Lacedaemonii publica loca habebant, in quibus cibum caperent. In his accipiebant hospites ac legatos suos, sed apparatu perparco. Graeca vox ducta vel a *φείδεσθαι.* *Id est*, parcendo vel *φειδίτια* dicta quasi *φιλίτια*, quod eiusmodi conuiuiis coiretur sodalitas, velut in Laconicis phiditiis accipiatur, sed desideratur splendoris aliquid, et quod appetentiam irritet illecebra.

Athen. *Hecatae coena.* Veteres coenam perparcam et impendio frugalem, Hecatae coenam appellabant, quod apud inferos tenuissimo victu, minimoque cibo, eoque vilissimo viuitur. Siquidem vmbrae plebeiae malua porroque victitant, Hecatae Maenides ac Triglidus pisces, apud nos contemtissimos, habet in deliciis, vt sibi sacros. Vnde et Athenis locum esse dictum Triglam, atque inibi simulacrum Hecates Triglantinae. Alii Triglam illi sacram putant, ob nominis rationem a ternione dicti, cum triformis sit et Hecate.

Chrys. *Oliuam ne comedas.* Adagii vsum non video, nisi quando significabimus extremam victus parsimoniam, vt nec vrticae quidquam adhibeatur condimenti.

Sicyon arrodens vxor lacernam texe. Τὸν σικυὸν τρώγουσα γύναι, τὸν χλαῖναν ὕφαινε. Verba mariti iubentis, vt vxor tenui contenta victu peragat opus suum. Sicyon seu Sicyos herbae genus est, aut certe peponis: nonnulli putant cucumeris.

Suidas. *Thymbra victitans.* Θυμβροφάγοι. Adagio dicebantur, vel qui tutius ac liberius vitam age-

rent,

rent, vel qui moribus essent parum blandis, vel qui hilariter citraque solicitudinem paruo contenti viuerent, quod thymbra herbae genus sit, saporis subamari, in agris passim prouenit, et pratensis praestantior est hortensi.

Salem lingere. Ἅλα λείχειν. Dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. Diogenes quum a Cratero praediuite quodam inuitaretur, vt ad se veniret, vsurus hospitio suo, suaque liberalitate, respondit, se male salem Athenis lingere, quam apud illum opiparis mensis frui. Plaut.

Si caseum haberem, non desiderarem obsonium! Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἰδεόμην ὄψου. Dicendum, vbi quis minimis vilissimisque contentus est. Plutarch.

Xenocratis caseolus. Ξενοκράτους τυρίον. De cibo, qui perquam diu durat, priusquam absumatur. Apposite dicetur in sordidos quosdam, quibus hic mos est, omnem penum eo vsque seruare, quoad fuerit corruptus. Sumtum adagium ab admirabili Xenocratis frugalitate, vt quum cadum aliquem retinere vellet, iam vinum reperiret in acorem versum. Stobaeus.

Aspera vita, sed salubris. In vitae rationem, duriusculam quidem, sed tamen ad rectam motum institutionem idoneam, conueniet illud Homeri ex Odyss. I. Homer.

Τρηχεῖ' ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος.

Salem et caseum edere. Consimile hoc cum praecedentibus. Plinius.

FRVSTRATA SPES.

Coruum delusit hiantem. Dictum est ab Horatio in eum, qui captatorem suum arte frustratus fuerat; nam haec quoque vis cadaueribus imminet. Horat.

Lucian. *Thesaurus carbones erant.* Ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς πέφυκεν. In eos competit, qui spe sua frustrantur, quique magnificis rebus exspectatis, meras nugas reperiunt. Ex euentu quopiam natum videtur, quo quispiam thesauri spe fodiens, carbones defossos inuenit. Nam antiquitus carbones in terra defodi solent, ad indicandos agrorum terminos, propterea quod nulla res durabilior magisque perpetua, quam carbones sub terra defossi.

Terent. *Bolus ereptus e faucibus.* Dicitur, quoties commoditas aliqua, quae iam propemodum tenebatur, praeter exspectationem subito praeripitur.

Murem pro leone ostendit. Μῦν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξε. Prouerbiali schemate dictum, pro eo quod est, ingentia pollicitus et fortia, longe diuersa exhibuit.

Theocr. *Concupiuit assam farinam.* Ἤρατο ὀπτῷ ἀλεύρῳ. In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem pertaesus, apud alios lautiorem vitam quaesisset. Farinam assam et nouam, lautiorem victus rationem vocat, propterea quod priscos illos pulte duntaxat victitasse legimus, videlicet clibano coquendi panis vsu nondum reperto.

Lucian. *Ne per somnium quidem.* Οὐδ᾽ ὄναρ. Graecis prouerbialiter dictum est pro eo, quod est, Nulla ratione, nullo tempore, quod ne sperare quidem audeas.

Diog. *Aliena iacis.* Ἀλλότρια βάλλεις. Quoties res parum ex animi sententia cadit. Translatum ab iis, qui ludunt alea, quibus iacientibus interdum ea cadunt, quae minime sunt ad victoriam accommoda.

Aristoph. *Larus parturit.* Κέπφος ὠδίνει. Aiunt Cepphum auiculam esse stupido ingenio, quam nonnulli Larum appellant, eam viuere spuma marina, plumis ac pennis copiosis, corpore pusillo, quam parturit, vociferari. Hinc natum pro-

prouerbium, Larus parturit, vbi quis magna prae se fert pusilla praestiturus.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Ὤδινεν ὄρος εἶτα μῦν ἀπέτεκεν. Dici solitum in homines gloriosos et ostentatores, qui magnificis promissis, tum vultus, vestitusque autoritate miram de se mouent exspectationem, verum vbi ad rem ventum est, meras nugas adferunt. Aesop.

Lupus circum puteum chorum agit. Λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει. In eos dicetur, qui sumta inaniter opera, spe sua frustrantur. Aiunt enim lupo morem esse, vt si quando sitiat, nec tuto se possit demittere, circum puteum oberret, frustra inhians aquae, quam non possit contingere. Sunt qui paroemiam inde ductam putent, quod aliquando veniat vsu, vt lupus pecudem aliquam aut hominem insectetur, qui postea quam se in puteum quempiam altiorem metu demiserit, obambulat ille, velutique saltantium in modum in orbem circumagitur, praedae cupiditate, qua tamen potiri non queat. Zenod.

Lupus hiat. Λύκος ἔχανεν. Dicebatur, si quis re multum sperata multumque appetita, frustratus discederet. Aiunt enim lupum praedae inhiantem, rictu late diducto accurrere; qua si frustretur, obambulare hiantem. Aristop.

Aurificem te futurum credebas. Χρυσοχοήσειν ᾤου. Natum ab euentu quodam. Inualuerat aliquando fama apud vulgus Athieniensibus, in Hymetto monte magna auri fragmenta videri, quae a formicis illis pugnacibus seruarentur. Itaque quidam creduli, sumtis armis exierunt illas expugnaturi. Qui cum re infecta, frustraque sumto labore redirent in vrbem, irrisi sunt a caeteris ciuibus illud obiectantibus. Paroemia conueniet, vbi quis ingentes spes animo concepit, sed discedit frustratus.

Suidas. *Quaerens obſonium, veſtem perdidi.* Ζητῶν γὰρ ὄψον θοιμάτιον ἀπώλεσα. Vbi res peſſime cadit, aut quum puſilla quaedam captantes, maiora perdimus. Eſt ab euentu profectum, quo fur quiſpiam, dum ſtudet cibum tollere, comprehenſus, vix pallio quoque reiecto, effugit.

Cadere in curſu. Eſt expetita laude fruſtrari, quem ad modum, ſi quis ad lauream theologicam contendens, emoriatur, priusquam ad ſummum eius nominis faſtigium peruenerit. In curſu eſſe dicuntur, qui magno ſtudio contendunt aliquo. Metaphora ſumta a publicis certaminibus pedibus aut equis currentium.

Phurn. *Ne quaere mollia, ne tibi contingant dura.* Μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς. Congruit in eos, qui dum nimis improbe ac moroſe petunt, quae volunt offenſis iis, a quibus petunt, accipiunt ea quae nolunt, aut in eos, qui dum praeter modum captant voluptatem, incidunt in moleſtiam.

Duos inſequens lepores, neutrum capit. Ὁ δύο πτῶκας διώκων, οὐδέτερον καταλαμβάνει. Huius prouerbii ſenſus eſt: Qui ſimul duplex captat commodum, vtroque fruſtratur.

Ariſtoph. *Hic funis nihil attraxit;* Αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. Quo ſignificabant operam fruſtra ſumtam, neque ex ſententia eueniſſe, quod quis conabatur. Tranſlatum ab hamato funiculo piſcantibus, qui ſaepe hamum retrahunt inanem.

Inani ſpe flagrat. Κεναῖσιν ἐλπίσι θερμαίνεται. In eum qui fruſtra ſibi magna pollicetur. Spes enim ſtultis addit animos, etiamſi procul abſint ſapiens etiamſi ſperat diſſimulat.

Aeſop. *Fluuius non ſemper fert ſecures.* Οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει. Non protinus tibi ſperes idem, quod aliis feliciter ceſſit. Natum ab apologo Aeſopico, Cuidam caedenti ſiluam, ſecuris e manibus

nibus excidit. Mercurius inuocatus reddit argenteam. Neganti suam esse, reddidit auream. Hanc quoque suam esse neganti ferream tandem restituit et illas insuper donauit. Alius eumdem euentum sperans data opera passus est elabi securim. Ea cum perisset, nec Mercurius imploratus adfuisset, expostulanti prior ille respondit: *Fluuius non semper fert secures.*

Spem pretio emere. Est lucrum incertum, et in euentu situm, certo affectare damno.

Semper agricola in nouum annum diues. Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος. De iis dictitatum; qui spe futuri compendii diuites sunt, ac sibimet exspectatione rerum amplarum blandiuntur. Ductum a colonis, qui semper proximae aestatis vberiorem prouentum sibi pollicentur, eaque spe iam sumtus nonnullos audent facere.

Cretenses sacrum. Οἱ Κρῆτες τὴν θυσίαν. Scilicet faciunt, aut simile quippiam, dicetur, vbi quis non fruitur iis, quae parauit. Quod vsu venit Agamemnoni. Hic enim delatus in Cretam ingressusque Polyrrhenen, rem diuinam fecit. Cum autem illi nunciaretur captiuos aufugisse, imperfectum sacrificium et incensam victimam reliquit, curriculoque ad maris littus properauit perturbatus maiorem in modum animoque consternatus. Ibi vix vnam reperit navem reliquam, qua deuectus est, multum imprecatas malorum eius insulae cultoribus, quia eius victimas deuorauere. Zenod.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis, vbi resciuisset sibi impositum esse, et herum amissum pro seruo; et seruum pro domino retentum. Is enim ex quo fructus exspectabatur, aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Allegoria per se liquet. Plaut.

Prae-

Praeuertit ancorae iactum Deus. Ἀλλ' ἀντέπεσε τὴν ἐπ' ἄγκυραν Θεός. Cum res praeter ſpem euenit. Traductum a nautis, quibus accidit ſaepenumero, vt quum parant ſeſe, vt ancoram iaciant, in portum appulſuri, repellantur a ventis, et in mediam tempeſtatem reuocentur.

Hadrian. Imper. *In caducum parietem inclinare.* Qui ſenis praeſidio nititur, qui forma ſuperbit, qui in caducis fortunae bonis vitae praeſidia collocat, recte dicetur in caducum inclinare parietem.

Homer. *Foedum eſt emanſiſſe diu, vacuumque rediſſe.* Homerus Iliados. 2 libro.

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

Conueniet, vbi quis longam de ſe concitauit exſpectationem, cui poſtea non reſpondeat. Veluti ſi quis ſtudii cauſa diu peregrinatus, domum redeat nihilo doctior.

Idem. *Non omnia eueniunt, quae in animo ſtatueris.* Ἀλλ' ὀ Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ. Recte vtemur, quoties ſignificabimus non euenire protinus, quidquid ſpe conceperimus.

Eſaiae. 6. 4 Reg. 28. Eze. 29. *Scipioni arundineo inniti.* De eo, qui ſpes ſuas figit in his, qui non ſolum non poſſunt eſſe praeſidio, verum etiam noceant deſtituto. Siquidem arundineus ſcipio non ſuſtinet innitentem, verum etiam manum penetrat ac vulnerat.

FVERVNT NON SVNT.

Gellius. *Saepe etiam eſt olitor valde opportuna locutus.* Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν. Quo quidem admonemur, non eſſe faſtidiendam ſalutarem ſcientiam, propter auctoris humilitatem. Cicero: *Saepe eſt etiam ſub pallio ſordido ſapientia.* Plautus: *Vt ſumma ſaepe ingenia in occulto latent.* Effertur et ad hunc modum, et rectius fortaſſe:

Πολλάκι

Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς κατακαίριον εἶπε.

Summaria indicatura. Ῥωπικὸν ὤνιον. De rebus vilibus magno tamen emtis. Quem ad modum fit nonnumquam in auctionibus, quum non expenditur sigillatim vniuscuiusque rei pretium, sed multa simul congesta pariter aestimantur. Graecis enim ῥῶπες virgulta dicuntur, et ῥῶπον appellant fasciculum, seu sarcinam e diuersis rebus colligatam, aut varios colores simul confusos. Fit autem saepe numero, vt emtor attentus parum in hoc emtionis genere circumueniatur. Diog.

Nam illi iam non sunt: at qui sunt, mali. Οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτ' εἰσὶν οἱ δὲ ὄντες κακοί. Dici solitum, vbi quis requirit ea quae quondam quidem exstiterunt, verum temporum culpa perierunt. Veluti si quis inter principes, Codros, Camillos, Fabricios, Epaminondas hac tempestate requirat.

Fuere quondam strenui Milesii. Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Hoc senario notabant eos, qui a pristina fortuna deflexissent, aut a maiorum moribus degenerassent. Breuiter in omnes quadrabit, qui desierunt esse quod erant, facti deteriores. Milesii olim praeter caeteros belli florebant gloria. Hos cum Polycrates Samiorum tyrannus belli socios arcessere vellet, ab oraculo, quod super eo negotio consuluit, responsum est: *Fuere quondam strenui Milesii.* Alii diuersam adferunt fabulam. Cum Cares bellum aduersus quosdam molirentur, statuissentque eius gentis auxiliis vti, quae tum esset inter finitimos pollentissima, quidam Milesios arcessendos censuerunt, alii cum Persis res componendas. Itaque consultus hac de re Apollo respondit modo dictum senarium. Dissipato per omnem Asiam oraculo Milesii propemodum omnes in praelio cum Persis collato, caesi sunt. Itaque oraculum

cum

cum risu in prouerbium abiit. Rursum alii scribunt. Cares cum Dario belligerantes; iuxta vetus quoddam oraculum, quo monebantur, vt fortissimos auxilio aduocarent, in Branchidas fuisse profectos, atque eius loci Deum consuluisse, num Milesiorum auxiliis oporteret vti? Atque eum respondisse; quondam fortes fuisse Milesios, significantem videlicet, eos iam imbelles esse et delitiis effeminatos.

Virgil. *Fuimus Troes.* Ἦ μεν Τρῶες. Eo vtemur, vbi perisse quempiam significamus. Virgilius:

Fuimus Troes, fuit Ilium et ingens
Gloria Teucrorum.

FVCVS.

Aristoph. *Lecythum habet in malis.* Ἔχειν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις. Tectum et aenigmaticum est conuicium in anus, quae rugas illitis pigmentis dissimulant. Lecythum appellant vasculum vnguentarium, vnde fucatur facies.

Plaut. *Schoenicolae.* Festus Pompeius indicat, Schoenicolas olim appellata scorta plebeia ac vilia, ab vnguento vilissimo, quo linuntur.

Idem. *Oleo nitidius.* Olei nitor adeo venerat in prouerbium, vt mysticae quoque litterae iubeant facie oleo vncta dissimulare tristitiam ieiunii. Oleum nitorem ac lucem addit rebus omnibus.

GARRVLITAS.

Archytae crepitaculum. Ἀρχύτα πλαταγή. In hominem vehementer garrulum et obstreperum iaciebatur. Archytas crepitaculi genus aereum excogitauit, quod pueris lusitantibus daretur, ne quid interim ex vasis domesticis contingerent. Non absurde torquebitur in eos, qui naturae vitio quouis loco, quauis de re, et apud quosuis quiduis garriunt.

Arabi-

Arabicus tibicen. Ἀράβιος αὐλητής. Aut Arabicus nuncius. In eos dici folitum, qui a femel coeptis numquam defiftunt. Adagium hinc natum exiftimant, quod olim tibiis canendi artem non difcebant ingenui, tamquam fordidam, fed hanc fola mancipia exercebant, quae plerumque ex Arabia producebantur. Deinde ingenuis vfque adeo placere coepit, vt indoctus haberetur, quifquis huius effet rudis, donec Alcibiades tibias abiiceret, oris deformitate confpecta ad fpeculum. Menandr.

Turture loquacior. Τρυγόνος λαλίστερος. In garrulos et impendio loquaculos homines dici folitum. Sumta metaphora ab auis natura, quae vocem edens, etiam caudam mouere videtur. Ariftoph.

Prolixius Iliade. Μακρότερα τὸν Ἰλιάδος λαλῶν. Eft autem Ilias nobile opus Homeri, quo Troiae captae hiftoriam libris XXIIII. explicat, cum Virgil. XII. libris complexus fit, quod ex vtroque opere vifum eft decerpere. Iul. Pol.

Cornicari. Quin et Graeci prouerbio κρώζειν dicuntur, pro eo quod eft, inhiare praedae, aut inepte garrire; cornicum more. Perfius Satyra V. *Nefcio quid tecum graue cornicaris inepte.* Homer.

Mufarum aues. Μουσῶν ὄρνιθες. Mufarum aues, non abfque prouerbii fpecie Theocritus in Thalyfia appellat Poëtas, quod lufciniarum in morem affidue canant fua poëmata. Scholiaftes admonet, omnes aues canoras, Mufarum aues appellari. Sentit autem fibi difplicere Poëtas, qui cuculorum more audent Homero occinere. Theocr.

Tam multa quam fapiens. Ariftoteles libro Rhetor. III. admonet, ne Orator crebris enthymematibus vtatur, fed tantum intermifceat, fubiicit hoc carmen Homeri, ni fallor, ceu vulgo iactatum.

Ὦ φίλ' ἐπεὶ τόσα εἶπες, ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνήρ.

Con-

Conueniet in hominem multa loquentem potius quam opportuna.

Daulia cornix. Δαυλίαν κορώνην. Lusciniam vocant Poëtae, siue quod Tereus in Daulide Phocidis cum ea vixerit, siue quod illic Philomela mutata sit in auem. Dictum est in garrulos aut canoros.

Aristoph. *Hirundinum musea.* Χελιδόνων μουσεῖα. Conuenit in imperitos et tamen garrulos. Hirundines enim inepto garritu plus taedii auditoribus adferunt, quam voluptatis. Est enim haec auis minime canora, sed molesto quodam stridore. Vnde apud Pythagoricos loquacitatis symbolum esse meruit, cum vetant, ne quis hirundinem sub eodem habeat tecto.

Menan. *Luscinine nugis insidentes.* Ἀηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμεναι. Conueniet hoc ad eruditos, qui tamen immodice suo studio delectantur, quod genus sunt Poëtae potissimum. Sumtum est ab incredibili studio tum canendi, tum arte, quae huic auiculae tribuitur. Siquidem, teste Plinio, diebus ac noctibus quindecim continuis citra intermissionem canit, densante se frondium germine. Multis hominibus admiratione digna auis. Primum tanta vox in tam paruo corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta musicae scientia. Modulatus editur sonus et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuscatur ex inopinato, interdum et secum ipsa murmurat, plenus, grauis, acutus, creber extentus, vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuiter, omnia tam paruulis in faucibus, quae tot exquisitis tibiarum tormentis, ars hominum excogitauit. Ac nequis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus, et non idem omnibus, sed suus cuique. Certant inter se,

se, palamque animosa contentio est. Victa morte finit saepe vitam, spiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur aliae iuniores versusque, quos imitentur, accipiunt. Audit discipula intentione magna et reddit, vicibusque reticent. Intelligitur emendatae correctio et in docente quaedam reprehensio.

Dodonaeum aes. Δωδωναῖον χαλκεῖον. *Id est,* Dodonaeum cymbalum aut tintinabulum. In hominem dici consueuit improbae atque importunae loquacitatis. Zenodotus tradit in Dodona duas fuisse sublimes columnas, in quarum altera posita peluis aerea, in altera pensile pueri simulacrum, flagellum aereum manu tollentis. Vento autem vehementius flante scutica lebetem feriebat; isque tinnitum reddidit ad multum temporis resonantem. Alii referunt ad aera Corinthia, quae prae caeteris clarius tinniant. Menan.

Caute loquacior. Ῥαχίας λαλίστερος. Prouerbialis hyperbole. In hominem immodice ac permolestе garrulum. Sumta metaphora a cautibus, quae quoniam assiduis fluctibus tunduntur, multo resonant fragore.

Littore loquacior. Ῥαχίας λαλίστερος. In tabulam et obstreperum dicebatur. Nam ῥαχία Graecis littus appellatur, praesertim scopulis ac rupibus asperum, quod assiduis tunditur fluctibus non sine fragore. Vnde et Graeca vox ducta videtur.

Cicada vocalior. Τέττιγος εὐφωνότερος. Dicebatur in hominem impendio garrulum, aut admodum musicum, propterea quod hoc insectum rore duntaxat viuens, cantu potissimum delectetur, et puellas quasdam, ita musicae deditas, vt neglecto cibo periturae fuerint inedia, in cicadas a diis mutatas, narrat Socrates.

Non est eiusdem, et multa et opportuna dicere. Χωρὶς τόθ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια: Admonet

S vitan-

vitandam multiloquentiam, quod fere labi necesse sit, quisquis multum loqui conetur. Extat et in Hebraeorum prouerbiis, in multiloquiis non abesse peccatum.

Galenus. *Homo semper contradicens.* Galenus refert hanc sententiam, vt vulgo celebratam:

Οὐδὲν ἐστιν ἀπεραντολογώτερον ἀνθρώπου.

Conueniet in eos, qui nunquam fatentur se victos.

Os infrene. Ἀχάλινον στόμα. Vocant os petulans et maledicum. Sumta metaphora ab equis nullo freno coercitis. Competit in multos concionatores, non Euangelicos, sed sycophanticos ac meros adulatores.

Pindar. *Tamquam suber.* Ὡς φελλός. De iis qui non norunt dissimulare, aut qui nesciunt mergi aduersis fortunae procellis. Tractum a natura ligni, quod non solum ipsum non mergitur, verum etiam alligatum aliis ne sidant, sustinet, vnde retibus assuitur et natantibus subditur.

Telenicia echo. Τελενίκειος ἠχώ. Recte dicetur oratio fatui. Sic enim vocant crepitum vasculorum inanium. Sumto epitheto a Telenico, qui notae paupertatis fuit.

Aristoph. *Balneator.* Βαλανεύς Siue balnei caupo. Id nominis vulgato conuicio dicebatur in hominem alienarum rerum plus satis curiosum, propterea quod huiusmodi genus hominum, quoniam in otio viuit, neque suis negotiis distinetur, aliena curare consueuit.

Battologia. Laconismus. Battologia Graecis multiloquium vocatur, a Batto quopiam inepto Poëta, qui hymnos quosdam conscripsit prolixos, in quibus eadem crebrius iterabantur. Hinc vox etiam conficta Βαττολογεῖν. E diuerso λακωνισμός, in breuiloquentiae significationem abiit.

Moschus

Moſchus canens Boeoticum, Μόσχος ᾄδων βοιώτιον. Quadrabit in multiloquos, ſed tamen inepte loquaces. Moſchus citharoedus fuit imperitus, qui citra reſpirationem vocem in longum producebat. Boeoticum autem vocat cantionis genus veluti Phrygium ac Dorium.

Si coruus poſſit tacitus paſci. Quadrabit in eos, qui ſi quid bonae rei nacti ſunt, continuo iactant, oſtentantque atque ad eum modum efficiunt, vt alii tum obſiſtant, quo minus eiuſmodi commoda nanciſcantur, tum quae nacti ſunt interuertant. Quidam exiſtimant ſumtum de coruo praedam nacto, quam vulpes ita intercepit, dum arte perſuadet illi, vt canere incipiat. Horat.

Quicquid in linguam venerit. Quidquid in buccam venerit. Quoties libere quoſpiam ac tuto loqui ſignificamus, incircumſpecte, et quidquid forte fortuna in animum inciderit. Cicero. Plato.

Citra vinum temulentia. Ἄοινος μέθη. Vulgo panariam ebrietatem appellant arrogantiam licentiamque morum, quae ſecundis rebus comes eſſe conſueuit. Plutarch.

Meliacum remigium. Τὸ Μηλιακὸν πλοῖον. In futilem, et rimarum, vt ait Terentius, plenum, hac atque illac perfluentem, dictitatum videtur. Ariſtoteles quidem Meliacus deducendae coloniae praefectus, cum multi nauigationem detrectantes varia cauſarentur vel vxorum morbos, vel naues perſtillantes, atque his praetextibus domi manerent, imprecatus eſt illis, vt numquam naues haberent integras, et ſemper ſub vxorum viuerent imperio. Melia Cariae ciuitas. Eſt et arboris genus, cuius ligna ad fabricam nauigiorum inutilia.

Interſecta muſica. Ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική. Veteres in conuiuiis eruditis confabulationibus vti conſueuerunt. Poſt cantores, hiſtriones, ſaltationes induci coeptae. Vnde quidam moleſte ferren- Suidas.

rentes interrumpi sermones suos, dicebant, *intersecta est musica.* Quae vox in prouerbium traducta est, quoties aliquis interueniens, sermonem institutum interpellaret.

Lingua quo vadis. Γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλιν ὀρθώσουσα καὶ πάλιν ἀναστρέψουσα. Docet linguam plurimum vtilitatis adferre mortalibus, et eamdem rursum plurimam adferre perniciem.

Ἀθυρόγλωττος. Dicitur, cui est os intemperans atque improbum.

Zenod. *Cane Tellenis cantilenam.* Ἄειδε τὰ Τέλληνος. Quidam dici putant de dicacibus mordacibusque, quidam de inepte loquaculis. Tellenam dicunt tibicinem fuisse et poëtam carminum ineptissimorum. Alii tradunt hunc iocos quosdam versibus lepidissimis descripsisse, non sine multo sale scommatum.

Cicero. *Ad vinum diserti.* Qui ad serias causas agendas inepti, inter pocula multa garriunt, vbi nihil est opus.

Synesius. *Leuissima res oratio.* Κουφότατον πρᾶγμα λόγος. Apud Homerum passim obuium est illud: Ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. *Id est*, Verba volucria dixit. Verba alata cognominat, quod facile euolent, atque reuolare nesciant. Proinde Horatius:

Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Plaut. *Farcire centones.* *Id est*, Aliquem gloriosis mendaciis et confarcinatis fabulamentis explere. Solent enim homines gloriosi mendacium aliud ex alio connectere, nullum facientes neque finem, neque modum. Centones autem dicuntur vestes e variis panniculis, ac diuersis etiam interdum coloribus confarcinatae.

Zenod. *Sine capite fabula.* Ἀκέφαλος μῦθος. Dicitur imperfectus ac mutilus. Apud Cretenses festum quoddam nouis et absurdis ceremoniis agebatur, ostenso hominis simulacro sine capite. Hunc aiebant

aiebant Homerionis patrem fuiſſe, qui conſtuprata per vim nympha, ſine capite fuerit repertus.

GRATITVDO,

Qui egent lucerna, infundunt oleum. Plutarchus in vita Periclis refert, Anaxagoram Pericli in administranda repub. magno adiumento fuiſſe. Verum cum iam grauaret ſenectus, et a Pericle publicis intento negotiis negligeretur, decreuerat inedia finire vitam. Id vbi reſciuit Pericles, adcurrit ad aedes philoſophi precibusque et lacrimis conatus eſt, illum ab inſtituto reuocare, idque ſua ipſius cauſa magis quam Anaxagorae. At ille iam agens animam, dixit: ὦ Περίκλεις, καὶ οἱ τῶν λύχνα χρείαν ἔχοντες, ἔλαιον ἐπιχέουσιν. Exprobrans illi neglectum amici, vnde non vulgarem capiebat vtilitatem, cum qui egent lucerna, ob vſum qualemcumque curant illam, abſtergentes atque infundentes oleum. Anaxagoras.

Lingua ſeorſum inciditur. Ariſtophanes in pace:

Ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. Suidas.

Interpres admonet alluſum eſſe ad prouerbiale dictum, ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι. Quo recte videbimur vſuri, cum praemii nonnihil debere ſignificabimus, qui conficiendo negotio pro ſua virili in partem adiumento fuit, aut εὐαγγέλιον dandum laeta nuncianti. Sic enim Homerus vocat mercedulam, quae dari conſueuit, laetum adferentibus nuncium.

Ἀντιπελαργεῖν. Apud Graecos eſt, mutuam officii vicem rependere, maxime nutricandi fovendique eos, a quibus aliquando fueris enutritus aut inſtitutus, vt ſi liberi parentes aetate feſſos

 viciſſim

viciſſim alant, foueantque, aut ſi diſcipulus praeceptorem inuicem erudiat. A ciconiae natura ſumtum, quae Graece pelargus dicitur. Ea inter aues vna pietatis ſymbolum obtinet, ac parentes ſenecta defectos viciſſim alit, et volandi impotentes humeris geſtat.

Suidas. *Pro bonis glomi.* Ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Dici conſueuit, vbi quis beneficium, quod alium contuliſſet, cumulate cum foenore reciperet. Ἀγαθίδες enim Graecis glomi dicuntur: verum alluſionis decus in voce Graeca eſt, quod in ſermone Latino reddi non poteſt.

Diog. *Syloſontis chlamys.* Ἡ Συλοσῶντος χλαμύς. Dici ſolitum in hos, qui ſe cultu, veſtituque iactitant ac venditant. Videtur haud abſurde dici poſſe et in eos, quibus munus exiguum in tempore, magno cum foenore rediit. Hiſtoriae quae prouerbio dedit occaſionem, meminit Herodotus in Thalia, et Strabo Geographiae libro XIV. Syloſon quidam cum ſenſiſſet Darium, cum priuatus adhuc ageret, chlamyde ſua admodum bella impenſius fuiſſe delectatum, eam vltro dono miſit. Darius rebus praefectus memor liberalitatis totam vrbem et inſulam Samiorum Syloſonti tradidit, vnius veſtis munus opulento regno compenſans.

HAEREDIPETAE.

Seneca. *Si vultur es exſpecta cadauer.* Captatores teſtamentorum et haeredipetae, vulgata metaphora, vultures appellantur, quod ſenibus orbis, ceu cadaueribus inhient. Nam huic aui proprium cadaueribus tantum viuere. Vnde et natura tantum illi ſagacitatis addidit, vt biduo aut triduo praeuolet illuc, vbi cadauera ſint futura.

Homer. *Eidem teſtamento inhiantes.* Dictum hoc de Graecis ac Troianis, pro Patrocli cadauere dimicantibus,

tibus, torqueatur ad haeredipetas, eundem ſenem, velut idem cadauer certatim captantes:

Ὣς δέ γε ἔνθα καὶ ἔνθα νέκυν ὀλίγῃ ἐνὶ χώρῃ
Εἵλκεον ἀμφότεροι.

HONOS INDIGNO HABITVS.

Bos in quadra argentea. Βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ. In eos qui perſonam ſuſtinent, officium aliquod egregium pollicentem, nec vlli tamen ſunt vſui, niſi ad voluptatem aut faſtum. Olim apponebantur bellaria ſic effiƈta, quemadmodum et hodie variae animantium ſpecies in bellariis. Suidas.

Fato Metelli. Aſconius Pedianus in oratione pro Milone refert Naeuii Poëtae ſenarium iaƈtatum in familiam Metellorum, quod conſules deſignarentur arbitrio fortunae, (quae campi domina dicitur,) verius, quam ſuis meritis:

Fato Metelli Romae fiunt conſules.

Diƈtum facete et contumelioſe in Metellos, torqueri poterit in eos, qui praeter meritum ſuum ad opes ac dignitates prouehuntur.

Malus choraules, bonus ſymphoniacus. Vbi quis in ſuo genere contemtus in praeſtantiore habetur pretio, velutiſi quis poëta ineptus profiteatur medicinam, et inter praeclaros medicos habeatur. Auguſtin.

Strumam dibapho tegere. Pro eo quod eſt, infamiam aliqua dignitate obliterare. Vatinii, inquit, ſtrumam ſacerdotii dibapho tegere. Dibaphon appellat purpuram bis tinƈtam. Struma eſt tumor corporis, veluti gibbus. Ea deformitas interdum purpura diſſimulatur. Cic.

Aſinus in pelle leonis. Abibit nobis quidem philoſophus, caeterum aſinus leonis teƈtus pelle. Lucian. Tantum temporis non animaduerti eum ſub leonis exuuio, ridiculam quandam ſi- Euſeb.

miam tectam habere. Ortum a fabula asini Cumani, qui sumta in silua leonis pelle pro leone se gessit, homines pariter ac feras voce et cauda territans.

HOSPITALITAS ET CONTRA.

Suidas. *Haud vmquam arcet ostium.* Οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα. Interpres Aristophanis paroemiam admonet esse de iis qui impendio sunt hospitales, quorum fores semper patentes neminem excludunt.

Semper aliquis in Cydonis domo. Ἀεί τις ἐν Κύδωνος. Cydon Corinthius quispiam erat, adeo insignis hospitalitate, vt etiam prouerbio locum fecerit.

Cicero. *Scindere penulam.* Pro eo quod est, impensius retinere hospitem, atque inuitare prolixius, quod qui faciunt, manu in penulam iniecta, quasi vi conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit.

Diog. *Fores habet tritas, vt pastorum casae.* Τὴν θύραν ἔχει τετριμμένην, ὥσπερ αἱ ποίμναι. Ironia prouerbialis in homines inhospitales, adituque difficiles, sibi viuentes, semper occlusis foribus, quod pastores procul ab hominum commercio semotos, vix vmquam quispiam interuisat.

IGNAVIA ET INSCITIA.

Aristoph. *Neque compluitur, neque sole aduritur.* Οὔθ' ὕεται οὔτε ἡλιοῦται. De eo dici solitum, qui procul ab omni incommoditate semotus, vitam ageret. In hominem delicatum, et ad labores ferendos inhabilem quadrabit.

Sueton. *Neque natare, neque litteras.* Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα. Subaudiendum, nouit. In eos, qui supra modum indocti sunt, nihilque prorsus bonarum artium in pueritia didicerunt. Nam haec

due

duo ſtatim diſcebant pueri Athenis, atque adeo Romae quoque.

Ne tria quidem Steſichori noſti. Οὔτε τὰ τρία Στησιχόρου γινώσκεις. De vehementer indocto et imperito dici ſolitum. Adagium ſumtum hinc exiſtimant, quod pleraque Steſichori poëmata Epodica ſunt, quae tribus conſtant στροφῇ, ἀντιστρόφῳ, καὶ ἐπῳδῷ. Strophe prima ſeries, variis metrorum generibus incedens. Antiſtrophus eſt iteratus per eadem ferme genera recurſus. Epodus eſt diuerſi carminis accentio. His et alii tragici poëtae nonnumquam vtuntur potiſſimum in choris.

Inelegantior Libethriis. Ἀμουσότερος Λειβηθρίων. In hominem admodum idiotam, et ab omni muſarum commercio prorſus alienum. A gentis huius agreſti imperitia ſumtum eſt prouerbium. Lebethrii omnium diſciplinarum erant contemtores.

Barbarus ex triuio. Βάρβαρος ἐκ τριόδου. In hominem dicebatur extremae humilitatis, ac prorſum nullius pretii, perinde quaſi dicas, extremum atque vilem ſeruulum alicunde e triuiis emtum, non dono datum, aut domi natum. Lucian.

Ἀμυστὶ πίνειν. Dicuntur, qui hauſtim auideque bibunt, nec inter bibendum ſpiritum reciprocant, ſed potum in aluum non ſecus atque in dolium infundunt. Sonat autem Ἀμυστὶ quaſi dicas, citra ſuctum. Traduci poterit ad eos, qui ſermonem nullo delectu, nimis auide accipiunt, aut, qui immodica lectione obruunt ingenium, quum magis expediat ſubinde cogitationem admiſcere lectioni. Similis potatio Graecis dicitur Ἄμυστις, quod inter bibendum labia non claudantur.

Nec ſibi, nec aliis vtilis. Qui prorſus inutiles ſunt, et fruges conſumere nati, ſchemate prouerbiali, dicuntur. Cicero.

Cicero. *Claudi more tenere pilam.* Prouerbium congruit in eos, qui quidquid a praeceptoribus acceperint, siue id doctum sit, siue indoctum, nullo delectu, nulloque iudicio tenere solent, ac sequi. Sumta metaphora a claudo diffidente suis pedibus, et ob id pertinaciter columnis innitente.

Plutarch. *Equi senecta.* Ἵππε γῆρας. Prouerbium in eos dici solitum, qui praeclare rebus gestis in iuuenta, posteaquam consenuerint, ad sordidas curas semet abiiciunt. Allegoria sumta a generosis equis, qui senio segnes, in pistrinum, aut carrum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum viribus integris essent.

Anus, velut equus profundam habebis fossam. Γραῦς ὥς τις ἵππος τὸν χαραδραῖον τάφον ἕξεις. De iis, qui penitus abiiciuntur, tamquam prorsus inutiles. Equi postea quam consenuerint, in altos terrarum specus aliquo praecipitantur. Ita mulier olim amata, simulatque defloruit forma, fastiditur ab omnibus.

De Asino delapsus. Ἀπ' ὄνε καταπεσών. In eos dicitur, qui inconsulte quippiam agunt, et imperite, aut in eos, qui praesentibus commodis, quibus ob inscitiam vti nesciunt, excidunt. Vtitur hoc adagio Plato libro de legib. III.

Plato. Ἄμεσοι. Inelegantes et indoctos Graeci vocant ἀμέσους, hoc est, a musis alienos. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine musica. Vnde apud comicos, qui litteras se didicisse negant, aiunt se non didicisse musicam.

Zenod. *Liberae caprae ab aratro.* Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων. Dictum olim ab iis, qui se ab onere quopiam, aut molestia liberatos gloriarentur.

Suid. *Ne Aesopum quidem triuisti.* Οὐδὲ τὸν Αἴσωπον πεπάτηκας. De vehementer stupidis et imperitis. Nam antiquitus Aesopi fabellas etiam vulgus idiotarum

tarum tenebat. Has igitur qui non legiflet, nihil fcire videbatur.

Nullam hodie lineam duxi. Τήμερον οὐδεμίαν γραμμὴν ἤγαγον. Ab Apelle pictore natum adagium. In eos quadrat, quibus ceffatum ab exercitio ftudii artifque fuae. Scitum eft, inquit Plinius, inter Protogenem et Apellem quod accidit. Ille Rhodii viuebat. quo cum Apelles annauigaffet, auidus cognofcendi opera eius, fama tantum fibi cogniti continuo officinam petit. Aberat ipfe, fed tabulam magnae amplitudinis in machinam aptatam picturae, anus vna cuftodiebat. Haec Protogenem foris effe refpondit, interrogauitque, a quo quaefitum diceret. Ab hoc, inquit Apelles, arreptoque penicillo lineam ex colore duxit fummae tenuitatis per tabulam. Reuerfo Protogene, quae gefta erant, anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum fubtilitatem, dixiffe, Apellem veniffe. Non enim cadere in alium tam abfolutum opus. Ipfum tunc alio colore tenuiorem lineam in ipfa illa duxiffe, praecepiffeque abeuntem, fi rediffet ille, oftenderet adiiceretque, hunc effe, quem quaereret. Atque ita euenit. Reuertitur enim Apelles, fed vinci erubefcens, tertio colore lineas fecuit, nullum relinquens amplius fubtilitati locum. At Protogenes victum fe confeffus, in portum deuolauit, hofpitem quaerens. Placuit fic eam tabulam pofteris tradi, omnium quidem fed artificum praecipue miraculo. Confumtam eam conftat priore incendio domus Caefaris in palatio, auide ante a nobis fpectatam, fpatiofiore amplitudine nihil aliud continentem, quam lineas vifum effugientes, inter egregia multorum opera, inani fimilem, et eo ipfo allicientem, omnique opere nobiliorem. Apelli fuit alioqui perpetua confuetudo, numquam tam occupatam diem agendi, vt Plinius.

non

non lineam ducendo artem exerceret, quod ab eo in prouerbium venit.

Horat. *Neglectis vrenda filix innascitur agris.* Horatius mira admonuit allegoria, animum honestis excolendum disciplinis, alioqui futurum, vt inutili silua vitiorum occupetur. Filix herba inuisa agricolis, quae totos agros occupare solet, nec facile repurgatur, vbi semel occupauerit.

Zenod. *Ameles angulus.* Ἀμελὴς γωνία. Dicebatur is, qui supinus et oscitabundus desideret, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt in Lybia locum esse, qui securus angulus dictus est, ob id fortassis, quod neglectus et incultus iaceret.

Theocr. *Ignauis semper feriae sunt.* Ἀέργοις αἰὲν ἑορτά. Qui vacant otio, feriari dicuntur, et otiosi feriari, et otium feriae, quae metaphorae tamquam in prouerbium recepta sunt.

Mulieris podex. Γυναικὸς πυγή. In ignauum ac desidiosum dicebatur. Ignauum animal mulier, et quo minus habet mentis, hoc inhonestis voluptatibus est addictus. Amat otium, et fucorum in morem, quem ad modum ait Hesiodus, virorum laboribus quaesita, sibi insumit.

Qui domi compluitur. Τὺν οἴκοθεν βρεχόμενον οὐδὲ θεὸς οἰκτείρει. Sensus est, eum modis omnibus suo malo videri dignum, qui sit vsque adeo ignauus, vt nec domi suae possit a pluuia tutus esse.

Theocr. *Ne vidit quidem oleum.* Conueniet in eos, qui sint artis alicuius prorsus rudes et imperiti. Veluti si quis profiteatur rem medicam qui nunquam didicerit quidquam illius artis, venuste notabitur hoc versu.

Καὶ πόκα κεῖνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄπωπεν.

Vngebantur enim Athletae, quo membris euaderent durioribus; vnde per oleum significat certamen.

IGNO-

IGNORATIO.

Nullius coloris. Alibi commemorauimus de modis omnibus ignoto solere dici. Albus an ater sis, nescio. Huic simillimum est, quod ait Harpax apud Plautum; *Quem Pseudolum, quas tu praedicas mihi fallacias? Quem ego hominem nullius coloris noui.* Vehementius est, quam si dixisset, *Albus an ater*: Et paullo post pro eo, quo dici solet; *non noui hominem: Neque istum*, inquit, *Pseudolum mortalis qui siet, noui, neque scio*. Rursus in eodem: *Qui suum repetunt, alienum reddunt nato nemini.*. Plaut.

Iuxta cum ignarissimis. Non sine prouerbii specie Simo senex apud Plautum in Pseudolo rogatus a Ballione: *Iam nescis quae sit haec res?* respondet: *Iuxta cum ignarissimis.* Sentiens se nihil omnino scire, nihiloque plusquam hi, qui maxime sunt ignari. Consimilis forma sermonis frequens est apud veteres; ad personam: vt, *Tam mihi carus es, quam qui carissimus*, ad tempus: vt, *Pamphilus amabat, vt quam maxime*, ad rem: *istud officium tam mihi fuit gratum, quam quod est gratissimum. Tam odi temulentiam, quam qui maxime.* Plaut.

In alio mundo. Ὡς ἐν ἄλλῳ κόσμῳ. De iis, qui longe lateque diffident a moribus aliorum, aut quibus omnia noua videntur, aut qui longe dissiti sunt a patria. Solet autem hoc vsu venire plerisque mortalibus, vt si quando noui hospites in regionem longiuscule a suo nido dissitam peruenerint, nihil non horreant, non stupeant, non admirentur, perinde quasi in alium delati orbem.

In alieno foro litigare. Pro eo, quod est in re noua, cuique nondum assueueris, versari. Habent enim diuersa fora diuersas litium formulas, variasque tractandarum caussarum rationes, quarum Martial.

rum qui rudis sit, is, tamquam hospes in peregrina regione, multa desideret necesse est.

In tua ipsius arena. Id est, in tua ipsius arte. Sumtum a gladiatoribus, solitis in arena digladiari. Neque vero parui referebat horum, nota an in ignota dimicarent arena.

Cicero. *Albus an ater sis, nescio.* Solet dici de homine vehementer ignoto. Horatius in extrema epistola: *Vultu mirabilis albus et ater:* pro eo quod est, bonus et malus.

Idem. *Non nouit natos.* Similima huic figura est: *Natum non noui*, pro eo quod est, prorsus ac modis omnibus ignoto. Plautus in Euclione. *Non magis me respicias, quam si natus numquam siem.*

Idem. *Me pictum quidem vidit.* De vehementer ignoto dicimus. Multas enim vrbes et res, atque etiam homines numquam non conspectos, ex pictura vtcumque nouimus.

Horat. *Nomine tantum notus.* De homine nobis mirum in modum ignoto.

Suidas. *Late viuens:* Λάθε βιώσας. Admonet adagium in humili fortuna vitam esse feliciorem iis, qui obscure viuunt, et a publicis negotiis ita semoti, vt cum vita decessissent, nemo illos vixisse sentiret.

Arrepta candela, candelabrum quaerere. Dicimus, quum res improuide geritur. Oportuit enim candelabrum esse paratum, antequam candelam attingeres.

ILLECEBRA MALI.

Lotum gustauit. Λωτῦ ἔφαγες. De iis dicebatur, qui diutius in peregrinis regionibus haererent, veluti obliti reditus. Neque inconcinne dixeris in eos, qui simulatque semel voluptatem inhonestam degustarint, ad pristina studia reuocari non queunt.

queunt. Sumtum a fabula Lotophagorum. Est autem lotus arbor, de qua Plinius. Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiam genti terraeque dederit, nimis hospitali, aduenarum obliuione patriae. Est et herba eiusdem nominis, gratissima palato.

Periculosum est canem intestina gustasse. Χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι. Admonet adagium, haud facile temperare a peccando, qui semel illecebram illam velut autoramentum vitiorum degustauerit. Quem ad modum qui semel scortum attigerit, qui semel periurio rem auxerit, qui semel aulicam vitam sit expertus. Effertur et ad hunc modum apud Lucianum: οὐδὲ κύων παύσαιτ᾽ ἂν ἅπαξ σκυτο τραγεῖν μαθών. Theocr.

IMPERITIA.

Dulce bellum inexpertis. Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. Veger.
Sunt quaedam in rebus mortalium, quae quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas, nisi facto periculo. Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit.

Pedum visa est via. Τῶν ποδῶν ἑώραται ὁδός. Terent.
De negotio, cuius aliquando periculum feceris: Sumtum a viatoribus.

Operarii. M. Tullius non absque prouerbii specie operarios appellat, qui citra philosophiae cognitionem causas agunt. Architectus ex arte rationem operis praescribit: operarii vero non iudicium suum, sed tantum operam adhibent, iuxta praescriptum. At qui philosophiam callet, ex se paratus est de quauis re recte dicere. M. Tullius de Menesarcho loquens: *Hos, quos non Oratores vocamus, nihil esse dicebat, quosdam operarios, lingua celeri et exercitata: Oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem.* Huius generis Oratores libro de claris Oratoribus appellat vocales. Transferri poterit ad concionatores, qui quod parum exercitati sunt in sacris litteris, e Cicero.

colle-

collectaneis edifcunt, quod apud populum multo clamore, multaque corporis iactatione detonent, aut qui in templis ingenti boatu canunt non intellecta, non concionatores, fed operarii, non cantores fed operarii.

IMPOSSIBILIA.

Ariftoph. *Prius ouem lupus ducat vxorem.* Πρὶν κεν λύκος ὄιν ὑμεναιοῖ. De his inter quos infanabile diffidium eft. Confimili figura dixit Horat.

Sed prius Apulis iungentur capreae lupis.

Suidas. *Prius duo echini amicitiam ineant.* Πρὶν δὲ δύο ἐχῖνοι ἐς φιλίαν ἔλθοιεν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δὲ ἐκ χέρσου. De iis, qui moribus ac ftudiis funt inter fe difcrepantiores, quam vt fpes fit aliquando inter eos neceffitudinem coituram. Venuftius erit ad rem deflexum. Male conuenit Theologorum fpinis cum bonis litteris. Citius echino marino cum terreftri conuenerit. Nam eft echinus marinus, de quo multa Plinius et Ariftoteles. Eft et terreftris, quem alio nomine vocant erinaceum: illud commune, quod vterque fpinofus eft vnde et vocabulum inditum. Refertur a Suida.

Ennius. *Prius locufta bouem pariet.* M. Varro de lingua Latina lib. III. refert ex Ennio verfum hunc: *Atque prius pariet locufta Lucam.* Nam Lucas antiqui boues appellabant elephantos ob magnitudinem.

Diog. *Mare prius vitem tulerit.* Τὸ πέλαγος πρότερον οἴσει ἄμπελον. De iis, quae nullo pacto fieri posfint. Nam falfitudo vitibus inimiciffima.

Idem. *Prius teftudo leporem praeuerterit.* Πρότερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα. De re neutiquam verifimili. Teftudine nihil tardius; lepus autem celeritate praecellit.

Euripid. *Surfum verfus facrorum fluminum feruntur fontes.* Prouerbialis allegoria, qua quippiam praepoftere fieri

fieri significamus legitimasque rerum vices inuerti: quod genus sit, si puer senem admoneat, discipulus praeceptorem docere conetur.

Fontes ipsi sitiunt. Ironia prouerbialis in eos, qui petunt ab aliis, quod affatim abundet domi. Cicero.

Citius in naui cadens a ligno exciderit. Θᾶττον ἂν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν διαμάρτοι ξύλου. Hyperbole prouerbialis, qua tantam vbique copiam significamus, vt quocumque te vertas, occurrat quod quaeris. Etenim quum nauis ipsa vndique sit lignea, non potest non in lignum incidere, quisquis in ea cadit. Lucian.

Aquilam testudo vincit. Accipi potest per ironiam, aut simpliciter, vbi quis potentiorem arte vincit, et quod viribus non potest, assiduitate conficit.

Terra volat. Ἡ γῆ ἵπταται. De re vehementer absona, quaeque nullo pacto fieri queat. Suidas.

Citius elephantum sub ala celes. De iis quae dissimulari nullo pacto possunt, quin notis aliquibus prodant animi morbum.

Capram portare non possem, et imponitis bouem. Vbi quis quod leuius est, recusat, et quod multo sit intolerabilius, imponi sibi postulat. Plutarch.

Ab asino lanam. De iis, qui stulte quaerunt ea, quae nusquam sunt.

Simul sorbere et flare difficile est. Huic affinia videntur: *Nemo potest duobus dominis seruire: Nemo potest Deo seruire, et Mammonae.* Item illud Phocionis *Adulatore et amico non potes eodem vti.* Ad haec senarius ille: *Amare et sapere vix Deo conceditur.* Commode vtemur hoc adagio, siquando significabimus negotia quaepiam id genus esse, vt pariter ab iisdem tractari non queant. Plaut.

Sine pennis volare haud facile est. Locum habet, cum deesse significamus adminicula, sine quibus negotium peragi non possit. Idem.

Impossibilia captas. Ἀδύνατα θηρεῖς. In eum, qui molitur, quod efficere non queat. Sumtum ab aucupio, seu venatu praedarum, quas consequendi non sit facultas.

Scarabeus citius faciet mel. Ad τῶν ἀδυνάτων classem pertinet, quae res feruntur in Epigrammate Palladae. *Citius mel faciet scarabeus, aut lac culex.* Θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ.

Statuam faucibus colas. Ἀνδριάντα γαργαλίζεις. De re maiorem in modum absurda, quaeque fieri nullo pacto possit. Velut si quis hominem praepotentem et inuictum frustra conetur opprimere. Nec enim liquescit statua.

Aristoph. *Numquam efficies, vt recte ingrediantur cancri.* Quod a natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinum oblique ingredi.

Persius. *Sambucam citius.* Cuius vsus incidet, si quando significabimus aliquem a disciplina percipienda, siue munere gerendo nimis alienum esse. Siquidem Sambuca organum est musicorum, quod haudquaquam congruat caloni. Calones autem vocantur militum ministri, qui vallos ac ligna gestabant. Porro cum milites sint imperiti musices, multo magis calones: Quamquam potest non absurde accipi de sambuca militari machina, quae ritu organi musici chordis quibusdam intenditur. Ad hanc intendendam haud quaquam idonei sunt calones, vtpote stolidi, et ob id ipsum ad infima ministeria retrusi, quod disciplinae militaris prorsus rudes sint et indociles.

Suidas. *Lenticulam angulo tenes.* Φακῆ γωνίας κρατεῖς. De negotio, quod fieri nullo pacto queat, propterea quod hoc leguminis genus angulis careat.

Ex arena funiculum nectis. Ἐκ τῆς ψάμμου σχοινίον πλέκειν. Est frustra conari, quod nulla ratione possit effici. Quid enim stultius, quam ex

ex arena, quae nullo modo cohaerescit, funem velle nectere.

Asini cauda. Οὐκ ἀρᾷ τήλιαν ὁ ποιεῖ. Vbi quis ad hoc aut illud dicetur inutilis. Cribrum e pilis equinis fieri consueuit, non e villis asininae caudae. Suidas.

Augiae stabulum repurgare. Αὐγείου βουστασία. Allegoria prouerbialis in hominem, aut in rem maiorem in modum inquiratam. Ostenditur autem, huius stabula tantum habuisse congesti fimi, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerint. Lucian.

Veste circumfers ignem. Εἱματίῳ τὸ πῦρ περιστέλλεις. Vbi quid ridicule fit, aut vbi quis suum ipsius malum fouet, veluti scortum, aut adulatorem, aut fictum amicum.

Lupo agnum eripere postulat. Vbi quis frustra conatur praedam eripere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur sperare futurum, vt lupus agnum semel arreptum amittat. Plaut.

Lusciniae deest cantio. Perinde quasi dicas: Mulieri desunt verba, poetae versus, oratori color, sophistae cauillum. Idem.

Quid si coelum ruat? Τί, εἰ οὐρανὸς ἐμπέσοι. Ironia in eos, qui tutissimis etiam in rebus ridicule timent. Priscis et rudibus mortalibus persuasum erat, coelum quod videbatur imminere, Atlantis humeris sustineri. Quod si ille se subduxisset, fore vt e sublimi in terram decideret. Terent.

Bos porrecto vltra Taygetum capite. Ταῦρος ὑπερκύψας τὸ Ταΰγετον ἀπὸ τοῦ Εὐρώτα πίνει. De re vehementer absurda. Gerada Lacedaemonius interrogatus ab hospite quodam, quae esset poena adulteris apud Lacedaemonios, negauit vllos esse adulteros apud Lacedaemonios. At instans ille: Quid? si quis existerit, inquit, quam poenam daret? Is, inquit, taurum maximum dependeret, Plutarch.

qui producto vltra Taygetum montem capite biberet ex Erota: Cumque hospes arridens, diceret, vnde taurus tam ingens? Lacedaemonius vicissim; At vnde apud Lacedaemonios adulter.

IMPOSTVRAE.

Dare verba. Passim obuium est apud omnes auctores, pro eo quod est, fallere. *Cui verba dare difficile est.*

Plaut. *Addere manum.* Pro eo quod est, ludibrio habere. Translatum opinor ab iis, qui manu ad aurem porrecta, motaque, quempiam irrident.

Idem. *Os sublinere.* Pro eo quod est, dare verba, et arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud auctores. Nonius Marcellus tractum putat a ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur.

Cicero. *Obtrudere palpum.* Est arte, fucoque decipere. Vnde et palpari pro adulari, et palpones adulatores vocamus, a simili metaphora, tracta ab equisonibus, qui ferocientibus equis, plausu manus adblandiuntur.

Terent. *Facere fucum.* Imposturam facere, et artificiosa dissimulatione deludere. Medicamentum illud, quo cuti superinducto mulierculae vitia formae dissimulant, quasique personam assumunt, fucum vocant.

Lucian. *Circumtondere comam.* Περικείρειν τὰς πλοκάμους. Graecis in prouerbio est, pro eo quod est, ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, vt eis non sentientibus, caesaries circumtondeant.

Noua hirundo. Νέα χελιδών. Suidas ait dici solere, quoties verba darentur alicui. Sumtum a ioco puerili. Nam hi data opera, nouam hirundinem adsimulantes videre sese, ostendunt aliis

aliis; deinde contemplantibus illis, et intentis, interim quod volunt surripiunt. Proinde quadrabit in eos, qui falsa spe quapiam iniecta fallunt ac nocent.

In laqueum inducere. Et in casses inducere. Est arte sic concludere quempiam, vt iam nullum sit effugium.

Ephesiae litterae. Ἐφέσια γράμματα. Dictum videtur de iis, qui mira felicitate, tamquam diuina virgula, quidquid optarent, assequerentur. Aiunt enim Ephesiis notulas quasdam et voces magicas fuisse, quibus vtentes in omni negotio victores euaderent. Diog.

IMPROBI.

Lydi mali, post hos Aegyptiis etc. Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δὲ Αἰγύπτιοι. Τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι. Tempestiuiter vtemur, si quando mali cum malis conferuntur, et collatus cum sceleratioribus ita demum minus illaudatus aliquis videtur. Idem.

Lerii mali. Λέριοι κακοί. In eos recte dicetur, qui pariter omnis generis vitio sunt improbi. Leriorum enim populus ob insignem morum improbitatem in prouerbium abiit, auctore Strabone.

Mali commatis. Πονηρῦ κόμματος. Dicebatur improbus, contemtus, et reiiculus quispiam. Sumta metaphora a reprobatis numismatis. Aristophanes in Pluto: Ἔοικε δ' εἶναι τῦ πονηρῦ κόμματος. In sycophantam dictum, iam ad paupertatem, famemque redactum: Interpres ostendit, comma esse vilissimi numismatis genus. Aristoph.

Adulterinus. Κίβδηλος. Quod simplex non est, neque sincerum, id vulgato verbo Graeci κίβδηλον vocant. Hinc ducto vocabulo, vel quod aliud prae se ferant, aliud tegant, παρὰ τὸ κεύθειν

θειν τὸ δῆλον, vel quod Athenienses ob summum in Chios odium, sicui male vellent, huius nomen nomismati solent insculpere, addita littera, iisque in terram abiectis, dira imprecari, παρὰ τὸ τοὺς χίος βδελύττειν. Sed proprie nummum subaeratum κίβδηλον appellant, κιβδηλίαν insinceritatem seu corruptelam, κιβδηλεύειν corrumpere fuco; qui pallent, κιβδηλιῶντας, quod aliquid morbi vitiique subesse videatur: quem ad modum in nummis quoque color nonnumquam arguit fucum. Conueniet igitur in amicitiam insinceram et fictam, aut in hominem blando vultu sed animo virulento, aut in eum, qui sanctimoniam habitu prae se ferat, cum vita sit impia.

Cicero. *Bipedum nequissimus.* De homine vehementer improbato, quique vel pecudes nequitia superet. Cicero torserat in Clodium, in Oratione pro domo sua.

Steph. *Tenedius tibicen.* Τενέδιος αὐλητής. Dicebatur testis falsus et calumniator. Hinc natum, quod Philonome tibicinem suum subornarit, qui testaretur apud Cygnum, ipsam a Tenne de stupro fuisse interpellatam, ac vi etiam tentatam.

Lucian. *Phrynondas alter.* Φρυνώνδας ἄλλος. De improbo. Huius meminit Lucianus in Pseudomante, inter nobiles facinorosos. Quoties insigniter malum et sceleratum accipi volebant, Phrynondam appellabant. Fuit enim is homo versutissimus, maleficus, impostor, summus malarum rerum artifex.

Festus Pomp. *Noui Simonem, et Simon me: Bestia bestiam nouit.*

Ambrones. Ambrones vulgo dicebantur, qui rapto malisque artibus viuerent. Originem indicat Festus Pompeius, admonens eam Galliarum gentem fuisse, quam cum mare inundans finibus suis depulisset,

liſſet, per aliena oberrantes, rapinis ac praedationibus ſe ſuoſque alere coeperunt.

Ballio. Nomina quaedam ob inſignem improbitatem abierunt in prouerbium, quod interdum a veris, interdum a fictis comoediae perſonis ſumitur. Nam M. Tullius in actionibus ſuis ſubinde C. Fannium Chaeream quemdam Ballionem appellat. Ballionem inducit Plautus in Pſeudolo, lenonem impuriſſimum, rapaciſſimum, improbiſſimum: nomen confictum eſt a βάλλειν, quod ſemper aliquid praedae venetur leno; vel a βαλλίζω, quod laſciuiarum ac ſaltationum ſit architectus. Cicero.

Βεργαΐζειν, Stephanus ſcribit Βέργην eſſe ciuitatem Thraciae, ſiue (vt Strabo refert) vicum. Eius gentis improbi mores in prouerbium abierunt, vt dicerentur βεργαΐζειν, qui nihil ſani loquerentur. Tota enim natio Thracum ob morum truculentiam ac perfidiam male audiebat.

Eurybatizare. Εὐρυβατεύεσθαι. Eſt, improbis vti moribus. Eurybatus ex Cercopibus vnus fuit inſignitae improbitatis homo. Huius meminit Lucianus in Pſeudomante. Vltra Cercopas, vltra Eurybatum aut Phrynondam, aut Ariſtodemum, aut Soſtratum. Lucian.

Tria cappa peſſima. Τρία κάππα κάκιστα. Iactatum et hoc olim aenigmatis vice, quo trium gentium mores notati ſunt, Cappadocum, Cretenſium et Cilicum.

Duplex cappa. Διπλοῦν κάππα. Velut aenigma, quo malum aliquod ſignificabant. Siquidem gemino κ ſcribuntur κακά Simili figura Plautus, furem trium litterarum hominem appellauit. Ariſtoph.

Βωμολοχός. Βωμολοχεύεσθαι. Bomolochi prouerbiali conuicio dicebantur ſceleſti et improbi. Dicuntur autem Βωμολοχοί, qui cum res diuina peragitur, non faciant vota diis, ſed nugas inanes blaterant: Qui mos hodie magnatibus magnopere placet. Vox deducta a βωμός, altare, et

λίχος, insidiae. Inditum hoc nominis olim iis, qui obuersantes circum aras victimis tendere consueuerunt insidias. Denique vocis vsus transiit ad omnes, qui improbis artibus venantur quaestum.

Suidas. *Inexploratus homo.* Ἀβασάνιστος ἄνθρωπος. *Idest*, Inexpensus, inexercitatus, non probatus. Subest metaphora in ἀβασάνιστος. Βάσανος enim coticula est, qua solet aurum explorari. Latini vocant indicem.

Diagoras Melius. Διαγόρας ὁ Μήλιος. In sceleratum ac foedifragum et impium. Hic capta Melo vixit Athenis, et Atheniensium sacrorum mysteria vsque adeo contemsit, vt complures auerterit a religione, deterrueritque ne iam vellent initiari. Arcana praeterea mysteria impius ille in vulgus extulit, modis omnibus irridens, eamque ob rem ab Atheniensibus fuit proscriptus eamque proscriptionem palam in aerea columna posuerunt, addito praemii loco, talento, si quis hominem occidisset, vno, duobus, si quis viuum adduxisset.

Lupi decas. Λύκου δεκάς. Dictum apparet in eos, in quos inhonesti lucri pars aliqua, tametsi pusilla, rediret, aut in eos, qui largitionibus essent corrupti, aliosque corrumperent. Athenis in foro, vbi causae agebantur, Lycus quidam genius sculptus stabat, lupina specie. Apud hanc statuam sycophantae pecunia corrupti versari consueuerant, velut apud Deum sui quaestus praesidem, eique in dies singulos triobolus secabatur. Suidas refert Sycophantas fuisse decem numero, veluti decem viros referentes. Erat hoc quaestus genus apud veteres inusitatissimum eorum, qui in ius vocabant, vt ex damnato dicta multa portionem aliquam praemii loco ferrent. Vnde et sectores dicti sunt et quadruplatores.

Cum

Cum sacco adire. Non dubium est, quin hic sermo fuerit vulgo iactatus de quouis, qui postulat, vt statim exhibeatur, quod petit.

Onobatis. Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, vt illic lapidi insistens, omnibus esset conspicua. Deinde impositam asino, atque ita per totam ciuitatem circumductam, reducebant ad lapidem, vt ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnem vitam, et ignominiae gratia ὀνοβάτις dicebatur, quod asinum equitasset. Quadrabit in quamuis prostitutae famae. Plutarch.

Cercopum coetus. Ἀγορὰ κερκώπων. De conciliabulo, conuentuque versutorum et improborum hominum dicebatur. Narrant enim, Cercopes quosdam in Epheso fuisse notae fraudulentiae viros, qui suis dolis conati sint ipsi Ioui imponere: Hos admonuerat mater, ne in Melampygum inciderent, id quod euenit. Nam post ab Hercule vincti sunt, iussu Omphales. Quidam aiunt quosdam ob imposturas et malas artes κέρκωπας quasi caudatos appellatos fuisse apud Ephesios atque Athenienses.

Cercopissare. Κερκωπίζειν. Dicuntur, vel qui lasciuiunt, aut qui adulantur. Metaphora ducta ab animantibus, quae mota cauda adblandiuntur, vt Chrysippo placet, Suida teste, vel qui molesti sunt, obturbantque et obstrepunt; vt vox deflexa sit a Cercopibus illis Lydiis, quos Hercules, quod sibi cum Omphale cubanti petulantius obturbarent, amicae iussu vinctos de claua suspendit.

Ἀλιτήριος. Vulgo dicebatur, qui per vim raperet aliena. Natum ex euentu huiusmodi: Tempore Aetolici belli, tanta frumentariae rei penuria incidit Atheniensibus, vt pauperes coacti fame captiuorum farinam deriperent. Inde vox traduci coepit ad hominem quocunque modo scele-

leratum. Plutarchus aliter refert. Nempe cum Athenis fame vehementer laborarent, et hi qui iussi fuerant, frumentum non efferrent in publicum, sed domi clanculum molerent, ac noctu curiosi quidam ambulantes obseruato molarum strepitu, eos prodiderunt, atque hi quidem Aliterii dicti sunt.

Plaut. *Ferre iugum.* Plautus in Curcul. *Iamne fert Iugum?* i.e puella percontatur quispiam, num iam per aetatem virum reciperet.

Diog. *Magis impius Hippomene.* Ἀσεβέστερος Ἱππομένους. Hic Athenienſium princeps, filiam a ciue quopiam vitiatam, vna cum equo feroci conclusit in domicilio, nec huic, nec illi cibum praebens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam adortus confecit, deinde periit ipse quoque, pabuli videlicet inopia. Post haec pater domum est demolitus, loco nomen inditum, equi et puellae. Recenset adagium Diogenianus.

Eustath. *Mare proluit omnia mortalium mala.* Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. Natum est ab euentu huiusmodi. Refert Diogenes Laertius, Euripidem Platoni comitem fuisse peregrinationis, quum Aegyptum adiret. Ibi quum morbo suo corriperetur, comitiali, ni fallor, sacerdotes Aegyptii mersione marina sanauerunt hominem. Quin hodie morsos a cane rabido, si nouies mergantur in mare, putant a rabie liberari.

Gellius. *Qui omni in re, et omni in tempore.* Admonet paroemia, fere neminem esse tam deplorati ingenii, qui non aliquando dicat faciatue, quod laudem promereatur.

Seruilis Capillus. Ἀνδραποδώδη τρίχα ἐπιδεικνύειν. Seruilem capillum prae se ferre dicuntur, qui agrestibus et inelegantibus sunt moribus. Inde ductum, quod Athenis serui manumittendi capitis pilos deradebant.

Vlys-

Vlyssis remigium. Homines nequam et voluptatibus addictos Horatius in epistolis Vlyssis remigium appellauit, prouerbiali nimirum figura: Remigium vitiosum Ithacensis Vlyssi, vt qui nec a Circes poculis temperarint, nec a Lotophagis auelli potuerint, nec a solis bubus abstinuerint. Horat.

Dii tibi dent tuam mentem. In insanum congruit, et sua dignum mente. Martial.

Non est laudandus, ne in coena quidem. Οὐκ ἐπαινεθείης οὐδ' ἐν περιδείπνῳ. In hominem dicebatur vehementer illaudatum. Atticis mos erat in coenis funeralibus, quas περίδειπνα vocant, encomiis, epicediis et epitaphiis laudare defunctum, etiamsi parum meruisset in vita.

Compendiaria res improbitas. Σύντομος ἡ πονηρία, βραδεῖα ἡ ἀρετή. Qui semel addixit animum vitiis, is quiduis flagitii facile patrabit. At singulae virtutes magno sudore parandae.

Insania non omnibus eadem. Μανία γ' οὐ πᾶσιν ὁμοία. Sensus est, nullum esse mortalem, qui non in aliqua re desipiat; quamquam alius alio morbo laboret, hic auaritiae, ille libidinis, hic ambitionis, ille inuidiae, etc.

IMPVDENTIA.

Lingua non redarguta. Plato in Theaeteto: Ἀτὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐὰν ἀποκρίνῃ, ὅτι ἐστὶν, Εὐριπίδειόν τι ξυμβήσεται· ἡ μὲν γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος. In eos quadrat, qui rationibus conuicti, non cedunt tamen, sed tergiuersantur reclamantes aduersus suam ipsorum conscientiam. Plato.

Faciem, os, perfricare. Frontis perfrictae. Dicuntur, qui pudorem omnem deiecerunt, velut absterso manu a vultu pudore. Translatum a gestu quorundam, qui dicturi facturiue quippiam Plinius.

piam apud ignotos manu faciem perficiunt, quod rusticani pudoris indicium est, quem coneris peruincere.

Zenod. *Dea impudentia.* θεὸς ἡ ἀναίδεια. Dici solitum, vbi quis ex audacia inuerecundiaque sua lucrum atque emolumentum feret. *Nam inutilis*, vt ait Homerus, *verecundia viro egenti*, compluresque mortales videas, quibus magno bono fuerit, nihil omnino puduisse.

Plaut. *Nudo capite.* Γυμνῇ κεφαλῇ. Nudo capite facere quaepiam dicuntur, qui palam ac citra pudorem omnem faciunt. Qui rem pudendam faciebant, iis mos erat centonibus caput operire.

Aristoph. *Atticus aspectus.* Ἀττικὸν βλέπος. Perinde est, quasi dicas: Os impudens. Nam hoc vitio notati sunt Atticorum mores. In eos dicebatur, qui vultu ipso prae se ferebant impudentiam, dicendique confidentiam.

IMPVDICITIA.

Huc spectat etiam paulo ante citatum. *Onobatis.*

Osce loqui. Vetusto prouerbio dicebantur, qui turpiter parumque pudice loquerentur. Ab Oscorum moribus allusione sumta, quod apud eos spurcarum libidinum impunitus vsus fuerit.

Aegis venit. Αἰγὶς ἔρχεται. Suidas indicat prouerbio dici solitum de iis, qui petulanter et impudenter agerent. Aegis varia Graecis significat. Sunt qui putant significare sacerdotem, quae Athenis solita sit ferre sacram Aegidem, itaque ingredi ad eos, qui nuper duxissent vxores, in quibus sacris multum fuit licentiae.

INANIS

INANIS METVS.

Panicus casus. Πανικὸν. Veteres vocabant subitum animorum tumultum, sed inanem. Veteres enim existimabant, Panem Deum repentinos terrores et animi consternationes immittere, lymphaticis similimas; vsque adeo impotentes, vt non ratione modo, verum et mente careant. Cicero.

Da lapidi volam. Interpres Aristophanis indicat, pueros, si quando viderint aues, dicere solitos: *Da lapidi volam, et cadent omnes.* Conuenit, vbi quis sectatur, quae non possit assequi, aut minatur iis, quibus non potest nocere. Aristoph.

Metum inanem metuisti. Ἄδεις δέδιας δέος. Vbi quis formidat in re tuta. Vergilius: *Omnia tuta timens.* Plutarch.

Multa in bellis inania. Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. De inani suspicione, aut pauore sine causa oborto, quem Graeci πανικὸν vocant. Paroemiam hinc manasse putant, quod huiusmodi panici terrores solent plerumque in bellis accidere, vel quod Lacedaemonii fundis quibusdam & neruis crepitantibus vti consueuerint, ad terrorem hosti incutiendum.

Theagenis hecateum. Θεαγένους ἑκάτειον. In superstitiosos ac ridicule meticulosos dictum est. Hic Theagenes legitur vsque adeo fuisse superstitiosus, vt domi haberet Hecates simulachrum, nec vsquam pedem moueret, nisi illo consulto.

Canes timidi vehementius latrant. Thrasonum est, turgidis minis dira moliri, at Chremes ad rem gerendam promtior. Sic et Athenienses ad bene dicendum quam ad gnauiter agendum accommodatiores fuisse leguntur. Denique mulieres lingua melius, quam viri, belligerantur. Hoc prouerbium apud Batrianos vulgo iactatum est. Curt.

Plaut. *Aspersisti aquam.* Aspersisse aquam dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Mutuo sumtum ab iis, qui in deliquio aspersa in faciem aqua, ad sui sensum reuocantur.

Vtre territas. Ἀσκῷ ἢ ἀσκίῳ μορμολύττεσθαι. Dici solitum, quoties inanem formidinem aut concipit aliquis, aut incutit. Sumtum ab iis, qui vasorum inanium strepitu pauefaciunt pueros, vel potius, qui vasorum huiusmodi sonitu propellunt aues. Putant idem valere τῇ σκιᾷ μορμύττῃ.

Diog. *Leonem larua terres.* Μορμολυκίοις ἐκφοβεῖς τὸν λέοντα. Conuenit de minis inanibus ac terriculis deridendis; quamquam hoc tale, tamquam saeuum animal rotarum orbes circumacti, cursusque inanes, et gallinaceorum cristae, cantusque etiam magis terrent, sed maxime ignes.

INANIS OPERA.

Aristoph. *Asinum tondes.* Τὸν ὄνον κείρεις. De iis, qui rem absurdam atque inutilem aggrediuntur, quum asinus lanam non habeat.

Ab asino lanam. Ὄνου πόκας ζητεῖς. De iis, qui stulti quaerunt ea, quae nusquam sunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum: Asini lanae.

Vtrem vellis. Ἀσκὸν τίλλεις. Adagio, *Vtrem caedis*, ἀσκὸν δέρεις, simillimum, vel quod non sentiat, vel quod pilis careat. Sumtum vel a Bacchi Sacris, vel ab iis, qui percussis vtribus, inanem mouent strepitum.

Caluum vellis. Φαλακρὸν τίλλεις. Vbi quis inanem operam sumit, aut vbi quis auferre conatur, quo vacat is, a quo petitur. Veluti si quis a paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto litte-

litteraturam. Idem: *Nudo vestimenta detrahere: littus arant boues.*

Aethiopem lauas. Aethiopem dealbas. Αἰθίοπα σμήχεις, λευκαίνεις. Natiuus ille Aethiopum nigror, quem Plinius ex vicini sideris vapore putat accidere, nulla abluitur aqua, neque vlla ratione candescit. Adagium ortum videri potest ab aesopica fabula. Nam quidam mercatus Aethiopem, et existimans, eum colorem, non natura, sed superioris domini negligentia accidisse, nihil non adhibuit eorum, quibus vestes candefieri solent, adeoque perpetuis lotionibus miserum diuexauit, vt illum in morbum impulerit, colore, qui fuerat, manente.

Mortuum flagellas. Νεκρὸν μαστίζεις. In eos, qui obiurgant illos, qui nulla prorsus obiurgatione commouentur, aut qui vita defunctos insectantur ac lacerant.

Aquam e pumice postulas. Pro eo quod est, Frustra ab alio petere, cuius ipse a quo petas, maxime sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Perinde ac si quis ab indoctissimo doceri postulet, ab inconsultissimo consilium exspectet, ab egeno munus, ab inope praesidium, denique ab auaro atque tenaci pecuniam. Est autem pumex lapis cauernosus, quo solent poliri codices, naturae adeo siccae, vt si in vrceum bullientem immiseris, feruorem exstinguat, non solum ad tempus, sed et in totum; nec aliud in causa est, nisi quod vehementissima siccitate spumam totam ad se trahere nitatur. Plaut.

Mortuo verba facis. Νεκρῷ λέγουσα μύθους εἰς οὖς. Idem. Mortuo ad aurem fabulam narrans. Plautus: *Mortuo verba nunc facio.* Terentius: *Verba fiunt mortuo.* Rursum Plaut. *Nihilo pluris refert, quam si ad sepulcrum mortuo dicat iocum.* Natum a ridicula consuetudine veterum vita defunctos ter voce cientium, vnde conclamati dicebantur,

prae-

praeterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum.

Littori loqueris. Ἀιγιαλῷ λαλεῖς. Dictum in eos, qui fruftra fuadent vel orant, perinde quafi furdo loquantur. Nam littora propter affiduum fluctuum fragorem furda dicuntur.

Aquilam volare doces. Ἀιτὸν ἵπτασθαι διδάσκεις. In eos, qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum fit ipfe exercitatiffimus, nihil eget doctore.

Delphinum natare doces. Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις. Diuerfa metaphora fententiam eamdem declarat. Quod enim Delphinus inter pifces, id aquila inter volucres. Vterque παιδεραστὴς effe narratur. Nam delphinus in natando peruiciffimi impetus eft, ita vt non modo fuperet omne natatilium genus velocitate, verum etiam terreftrium animantium, quin et naues tranfilit, feque contento fpiritu, teli in morem eiaculatur.

Delphinum cauda ligas. Δελφῖνα πρὸς τὸν οὐραῖον δεῖς. In eos qui quippiam incaffum conantur, propter ea quod Delphinus cauda fit lubrica, nec ea parte teneri queat, aut quod cauda fit valida, cuius agitatione fertur et naues aliquando fubuertere, vt hac parte fit inuictus. Quadrabit et in eos, qui ea via quempiam aggrediuntur, qua nequaquam poffit fuperari.

Diog. *Nebulas diuerberare.* Νεφέλας ξαίνειν. Dicitur, qui vel in re ftulta, vel quae fieri non queat, fruftra fumit operam.

Suidas. *Afini caput ne laues nitro.* Ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ. Ne multum fumtus operaeue impendas in rem vilem ac fordidam.

Ad fractam canis. Πρὸς ἐῤῥωγυῖαν ᾄδεις. Subaudi, vel chordam vel citharam. Suidas oftendit dici folitum de iis, qui fruftra laborant. Quanquam non infcite accommodabitur, vbi non refpondetur officiis alicuius, aut vbi quis fuadet obfti-

obſtinato, aut orat inexorabilem. Antiquis mos erat ad citharam canere, in qua ſi qua chorda rupta ſit, ad eam fruſtra vocem accommodes, cum illa non reſpondeat.

De fumo diſceptare. In philoſophos dictum, qui de rebus nihili, nimium anxie diſputant. Ariſtoph.

Arenam metiris. Ψαμμον μετρεῖς. Hoc eſt rem infiniti laboris atque inexplicabilem inceptas, aut fruſtra conaris, quod nequeas efficere.

Arenae mandas ſemina. Ἐις ψάμμον σπείρεις. Propterea quod ſteriles arenae maxime litorales, nec idoneae ad ſementem. Ouid. Ouid.

Quid facis Oenone, quid arenae ſemina mandas?
Non profecturis littora bobus aras.

Atqui in noſtra Brabantia ſunt agricolae tam induſtrii, qui ſitientiſſimas arenas cogant et triticum ferre.

De lana caprina. Natum ab euentu apparet, de duobus contentioſe decertantibus, vtrum lanam haberet caper an ſetas, aut alioqui de villis caprinis dimicantibus, re videlicet inutili, minimique momenti. Loquitur de moroſis in amicitia, qui quantumlibet friuola de cauſa litem cum amico ſuſcipiunt. Horat.

In aqua ſcribis. Καθ' ὕδατος, εἰς ὕδωρ γράφεις. *Inſcribo vino, ſi qua iurat femina.* Item Catullus: Lucian.

Mulier cupido quod dicit amanti.
In vento et rapida ſcribere oportet aqua. Catul.

Reti ventos venaris. Δικτύῳ ἄνεμον θηρᾷς. De fruſtra laborantibus, qui rem inanem inaniter captant.

Ignem diſſecare. Ἐις τὸ πῦρ ξαίνειν. Ariſtides: *Non intelligebas autem teipſum omnibus illis prouer-* Ariſt.

 biis

biis obnoxium esse, quod ignem diuerberares, quod lapidem elixares, quod in saxis sementem faceres.

Isthmum perfodere. Dicebantur, qui magno quidem conatu, sed irrito molirentur aliquid. Dictum ab Isthmo Corinthiaco, qui efficiebat, vt naues longo et ancipiti ambitu iuxta peninsulam circumagerentur. Isthmus ea terrae structura est, quae in duo maria iter porrigat. Sunt autem duo Isthmi, Achaicus, seu Corinthiacus et Thracius.

In arena aedificas. Εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖς. Ad quod Euangelica parabola videtur alludere. Non consistit, quod super arenam struxeris. Proinde recte vsurpabitur vbi quis negotium aggreditur inutile futurum, vtpote non recte iactis ante fundamentis.

Plaut. *Parieti loqueris.* Πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς. Plautus in Trucul. vsurpat pro eo quod est tacituro loqui: *Ego*, inquit, *ero paries. loquere tu.* Fortassis ab amantibus sumtum, qui ad fores, ac fenestras aut etiam parietes amicarum perinde loquuntur nonnunquam, quasi sensus aliquis illis adsit.

Cribro aquam haurire. Κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ ἢ ἐπιφέρει. Quod etiam in obliuiosos non inconcinne dicetur. Sumtum a fabula Danaidum puellarum, quas Plato scripsit apud inferos hoc genus poenae pendere, vt assidue aquam in dolium pertusum, vasis item pertusis inferant. Effertur et ad hunc modum. Εἰς πίθον τετρημμένον ὕδωρ ἀντλεῖς.

Theogn. *In aquam sementem iacis.* Εἰς ὕδωρ σπείρεις. Loquitur de iis, qui beneficium conferunt in ingratos atque improbos homines, idque perinde perire dicit, quasi sementem facias in vndis marinis.

In saxis seminas. Κατὰ πετρῶν σπείρεις. Quo quidem allusisse credi potest allegoria Euangelica,

de

de ſemine quod in petras inciderit. Nam hoc terrae genus fere ſterile eſt, quia non poteſt aratro proſcindi.

Et operam et retiam perdere. Plaut. in Rud. *Iam nunc et operam ludos facit et retiam.* Id quidem citra tropum dictum eſt a ſene, qui Grippum ſeruum piſcatum miſerat, cum eſſet noctu orta tempeſtas grauiſſima. Venuſtius erit ſi tropo adhibito dicatur in captatorem, cui non ſucceſſit aucupium. Porro retiam Plautus antique dixit pro rete. Affine illi: *Oleum et operam perdidi.*

Sterilem fundum ne colas. Στεῖρον ἀγρὸν μὴ σπείρειν. Hoc eſt, ne doceas indocilem, ne felicitatem quaeras in diuitiis. Non enim pariunt homini beatitudinem. Plato.

Vtrem mergis vento plenum. Ἀσκὸν βαπτίζεις πνεύματος πληρῆ. Competit in eum, qui fruſtra conatur, vt, qui caſtigat inemendabilem: quod inflatus vter quantumuis immerſus, rurſum emicet.

Cauam Arabiam ſerere. Τὴν κοιλὴν Ἀραβίην σπείρειν. Pro fruſtra ſudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam ſumere. Lucianus in Apologia: *Vt cauam Arabiam ſerere aggrediatur.* Significat autem paluſtrem Arabiae partem neutiquam idoneam ſementi. Lucian.

Araneurum telas texere. Τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν. Eſt in re friuola nulliuſque frugis infinitum atque anxium capere laborem. Cuiuſmodi ſunt rationes Dialecticae. Baſil.

Arare littus. Αἰγιαλὸν ἀρῶν. Eſt ſterilem operam ſumere. Auſonius ad Theonem. Auſon.

Quid geris extremis poſitus telluris in oris.

Cultor arenarum vates cui littus arandum?

Huius peculiaris vſus erit, cum officium impenditur in eum, a quo nihil ſis fructus aliquando percepturus.

E multis paleis parum fructus collegi. Ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν συνήγαγον. *Id eſt*, Multo labore non multum emolumenti ſum conſecutus, aut e verboſo ſermone paululum bonae ſententiae, ex ingenti volumine minimum doctrinae retuli. Tranſlatum ab excuſſoribus tritici.

Diog. *Ouum adglutinas.* Ὠὸν κολλῇς. Ridicule laborat, qui fractum oui putamen glutino ſarcire & coagmentare conatur.

Homer. *Penelopes telam retexere.* Eſt inanem operam ſumere, et rurſum deſtruere quod effeceris. Natum ex Homeri Odyſſea β. Fingit Penelopen Vlyſſis vxorem procos iam vrgentes hac conditione deluſiſſe. vt tum ſe promitteret nupturam, vbi telam quam habebat in manibus abſoluiſſet. Quam conditionem poſteaquam illi accepiſſent, mulier aſtuta, quod interdiu texuiſſet, id noctu retexere coepit.

Plaut. *Oleum et operam perdidi.* Quidquid inſumſi ſeu rei ſeu laboris, id fruſtra inſumtum eſt. Metaphora ducta eſt a gladiatorum ac palaeſtritarum certaminibus, in quibus certaturi vnguentis quibuſdam oleaceis perungebantur. Pertinet huc illud ex Macrobii lib 2. Saturnal. Sublimis Actiaca victoria reuertebatur Octauius. Occurrit ei inter gratulantes coruum tenens, quem inſtituerat hoc dicere: Aue Caeſar victor imperator. Miratus Caeſar officioſam auem, viginti millibus numum emit. Socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmauit Caeſari, illum habere & alium coruum, quem vt afferre cogeretur, rogauit. Allatus verba, quae didicerat, expreſſit. Aue victor Imperator Antoni. Nihil exaſperatus, ſatis duxit iubere illum diuidere donarium cum contubernali. Salutatus

lutatus similiter a psittaco, emi iussit eum. Idem miratus in pica, hanc quoque redemit. Exemplum sutorem pauperem sollicitauit, vt coruum instituerit ad parem salutationem, qui impendio exhaustus, saepe ad auem non respondentem dicere solebat, opera et impensa periit. Aliquando tamen coruus coepit dicere dictatam salutationem. Hac audita, dum transit Augustus, resondit, satis domi salutatorum talium habeo. Superfuit coruo memoria, vt et illa quibus dominum querentem solebat audire, subtexeret, opera et impensa periit. Ad quod Caesar risit emique auem iussit, quanti nullam adhuc emerat.

Bos ad ceroma. Diuus Hieronymus ad Pamachium, videtur huic adagio velut alterum quoddam adagium subtexuisse: Oleum perdit et impensas. qui bouem mittit ad ceroma. Siquidem hoc ipsum, bouem ad ceroma mittere, prouerbium sapit, pro eo quod est, docere indocilem, aut ad id muneris quempiam asciscere, ad quod obeundum minime sit idoneus, videlicet ingenio repugnante. Nam ceroma dicitur vnguentum, quo olim Athletae vngebantur, id ex oleo certisque terrae generibus conficiebatur. Porro ad certamina bos inutilis est. Hieron.

Nibil agere. Suidas hunc versiculum citat e Cratini fabula. cui titulus Horae. Cratin.

Καὶ ταῦτα πράττων, φάσκ' ἀνὴρ, οὐδὲν ποιῶν.

Admonetque subesse prouerbium, quod quadret in eos, qui frustra laborant. Celebratur et illud Attilii: *Satius est otiosum esse, quam nihil agere.*

Periit sus. Ἀπόλωλεν ὗς καὶ τάλαντον καὶ γάμος. Dici consuetum, vbi quis frustratus perdidisset operam et impensam. Natum a quodam, qui cum parasset ad nuptias omnia, non est eas assecutus.

Quid opus erat longis canere tibiis? Τί γὰρ μὲ ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν Id aiunt conuenire in eos, qui sumsissent inanem operam aut sumtum. Olim in sacris longis tibiis cani solitum. Otto cum post caesum Galbam sacrum faceret in quo exta inauspicata portendebant poenitens operae insumtae dixit: Quid opus erat etc.

Plutarch. *Ollas ostentare.* Χύτρας ἐπιδείκνυσθαι. Est rem per se ridiculam ac sordidam, perinde vt maximam efferre.

Homer. *Cum Diis non pugnandum.* Qui monebit non esse pugnandum cum genio, cum superis, cum magnis principibus, vsurpabit illud Homeri: Θεοὶ δέ τοι φέρτεροι ἀνδρῶν. Hanc sententiam ti. extulit Pindarus: Χρὴ δὲ πρὸς Θεὸν οὐκ ἐρίζειν.

Horat. *Asinum sub freno currere doces.* *Hoc est*, doces indocilem. Nam equus ad cursum idoneus, asinus ad equestrem cursum inutilis. Horatius:

Infelix operam perdas, vt si quis asellum
In campum doceat parentem currere freno.

Plaut. *Apud nouercam queri.* Qui deplorant infelicitatem suam apud eos, qui nihil auxilii sunt laturi, vel gauisuri magis conquerentium malis.

Ferrum natare doces. Σίδηρον πλεῖν διδάσκεις. De iis, qui rem conantur, quae, repugnante natura, nequaquam fieri possit.

Idem. *Cauda tenes anguillam.* Ἀπ' οὐρᾶς τὴν ἔγχελυν ἔχεις. In eos, quibus res est cum hominibus lubrica fide perfidisque, aut qui rem fugitiuam atque incertam aliquam habent, quam tueri diu non possint.

Plaut. *Austrum perculi.* *Aerem verbero.* *Id est*, Operam lusi. Est apud Plautum in Epidico. Quo quidem adagio non est grauatus vti Paulus in Epistolis suis. Sumtum ab his, vel qui exercentur ad artem gladiatoriam, vel ab historia, cuius memi-

meminit Gellius, de gente quadam, quae cum vento bellum gessit.

Σκιᾳ μαχεῖν. Olim, qui inaniter laborabant, σκιαμαχεῖν dicebantur, hoc est, cum vmbra pugnare. Plato: *Sed necesse est omnino, vt cum vmbra pugnem, simul et defendens et accusans, cum nemo responderit.* Plato.

Milium terebrare. Κέγχρον τρυπᾷν. Milium perforare dicuntur, qui in re difficili, sed prorsus inutili laborant. Plato.

Vacuam inhabitare. Κενῷ ἐγκατοικεῖν δόμῳ. Dicuntur, qui speciem rei magnificam ostentant, cum ipso bono vacui sunt.

In frigidum furnum panes immittere. Ἐπὶ ψυχρὸν ἰπνὸν τὰς ἄρτας ἐπιβάλλειν. Dicuntur et hodie, qui docent indocilem, qui mouent auersum, aut qui alioqui sumunt inanem operam.

Lapidi loqueris. Λίθῳ διαλέγῃ. Lapis pro stupido brutoque homine ponitur. Terent.

Linum lino nectis. Λίνον λίνῳ συνάπτεις. Huius adagii duplicem apud Graecos interpretes sensum inuenio. Quorum alter est, *Infirmis infirma copulas, friuola friuolis.* Alter, *Eadem non iisdem rationibus facis, aut dicis.*

Surdo oppedere. Παρὰ κωφῷ ἀποπαρδεῖν. Dicitur, vbi quid frustra fit, siue quum conuitiis incessitur is, qui perinde negligit, quasi non audiat, aut vbi peccatur apud stupidos, qui non queant sentire.

Laterem lauas. Πλίνθον πλύνεις. Quo operam inanem significamus. Idem.

Anthericum metere. Τὸν ἀνθέρικον θερίζειν. Dicebantur, qui laborem inanem ac sterilem caperent. Anthericus herbae genus, quod meti non possit, sed velli manibus necesse est, veluti et linum. Antherices vocantur summa spicarum fastigia, siue Atheres.

De asini prospectu. Περὶ ὄνου παρακύψεως. Dici solitum in eos, qui ridendo titulo quempiam calumniantur, aut de friuolis rebus aliquem in ius vocant. Figulus quispiam varias auium formas finxerat, easque in officina collocatas habebat. At asinus quidam, inobseruantius sequente agasone, inserto per officinae fenestellam capite, pariter et aues, et reliqua vasa deiecit comminuitque. Is cuius erat officina, agasonem in ius vocat, cumque rogaretur ab omnibus, quanam de re litem moueret; de asini, inquit, prospectu. Alii aues non fictiles, sed veras fuisse volunt, quae asino per fenestram immittente caput, disturbatae perticam ruperunt, reliquaque vasa subuerterunt. Lucianus paroemiam hanc fingit ex se natam, quod, dum asinus obliquato capite per fenestram prospicere, quid ageretur, tum sese, tum dominos suos prodidit, eaque res magno omnium risu excepta in adagionem abiit.

De asini vmbra. Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς. Pro eo quod est, de re nihili. Prouerbium natum ab Demosthene. Is cum aliquando quemdam in causa capitali defenderet, ac iudices haberet parum attentos, sed dicenti obstreperent, ille paullisper, inquit, aures mihi praebete, siquidem rem narrabo nouam ac lepidam, atque auditu iucundam. Ad quae verba cum illi iam aures arrexissent, adolescens, inquit, quispiam asinum conduxerat, rerum quiddam Athenis Megaram deportaturus. Inter viam autem cum aestus meridianus ingrauesceret, nec inueniret quonam vmbraculo solis ardorem defenderet, depositis clitellis, sub asino sedens eius vmbra semet obtegebat. Caeterum id agaso non sinebat, hominem inde depellens clamansque asinum esse locatum, non asini vmbram. Alter item ex aduerso tendebat, asseuerans etiam vmbram asini sibi conductam esse. Atque ita inter eos acerrima rixa in lon-

longum producta est, ita vt etiam ad manus venerint, hoc pertinaciter affirmante, non conductam esse asini vmbram, illo pari contentione respondente, vmbram etiam asini conductam esse. Demum in ius ambulant. Haec locutus Demosthenes, vbi sensisset iudices diligenter auscultantes, repente coepit a tribunalibus descendere. Porro reuocatus a iudicibus rogatusque, vt reliquum fabulae pergeret enarrare, de asini, inquit, vmbra libet audire, viri causam de vita periclitantis audire grauamini. Aliter narrat Plutarchus in vita Demosthenis.

Lapidem decoquis. Λίθον ἕψεις. Pro eo quod est, inaniter laboras. Neque vmquam mollescit lapis, quamtumuis diutina coctione. Speciatim conuenit in hominem durum, nullisque precibus mollescentem.

Surdo fabulam narras. Surdo canis. Κωφῷ ᾄδεις. Horat. Virg. *Non canimus surdis, respondent omnia siluae,* Virgil. Horat. *Narrare putat asello Fabulam surdo.* Plaut.

Verberare lapidem. Apte dicitur, vbi quis obiurgat incastigabilem, aut inanem operam sumit in re quacumque.

Laborem serere. Πόνον σπείρειν. Vulgo dicebantur, qui frustra laborarent, quasi nihil fructus e labore reportaturi; praeter laborem ipsum.

A lupi venatu. Ἀπὸ λύκου θήρας. Dici solitum, Suidas. vbi quis protinus re infecta discedit, aut de negotio molesto et agresti. Neque enim tutum est lupum insequi, neque is facile capitur, cum reliquarum ferarum venatus non vulgarem adferant voluptatem.

Alienum arare fundum. Ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀρῶν. Theogn. Pro eo quod est, Alienum agere negotium, aut cum alienis vxoribus habere rem. Plautus: *Fundum alienum arat, suum incultum deserit.*

Virgil. *Hylam inclamas.* Ὕλαν κραυγάζεις. De frustra vociferantibus, aut in genere, de nihil proficientibus. Ab huiusmodi casu natum adagium. Hylas Theodamantis filius cum esset inter Argonautas formosus adolescens, adamatus est ab Hercule. Is cum esset in Mysia, forte aquatum egressus in fonte periit, vnde et a nymphis adamatus ac raptus fingitur. Ad hunc vestigandum missus est Polyphemus, qui ingenti vociferatione nomen inclamabat Hylae, neque quidquam tamen profecit. Id fuerit venustius atque concinnius, vbi quis rem absentem frustra desiderat, vel deplorans, vel optans.

Hic funis nihil attraxit. Αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. Quo significabant operam frustra sumtam, neque ex sententia euenisse, quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piscantibus, qui saepe hamum retrahunt inanem.

Plato. *Hydram secas.* Ὕδραν τέμνεις. Hydram incidere, est ita vnum aliquod incommodum tollere, vt in eius locum plura alia recipias. Adagium natum a fabula hydrae Lernaeae, quam alii centum fuisse capitum aiunt, alii octo, e quibus vnum erat immortale, cum qua multum, diuque conflictatus est Hercules, propterea quod vno reciso capite plura renascerentur. Accommodari poterit ad eos, qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis. Lis enim litem parit.

Herm. Barb. *Cotem alis.* Ἀκόνην σιτίζεις. Dicitur in homines edaces, plurimique cibi, qui nihilo tamen habitiores inde reddantur. Nam in cotis macilentiam et hodie vulgo iactatur adagium quum aiunt: *Tam pinguem quam cotem, macilentum quempiam esse significantes.* Hermolaus Barbarus interpretatur hoc adagium, pro male collocare beneficium, vnde non sit reditura gratia.

Cum

Cum Coryco luctari. Πρὸς Κώρυκον γυμνάζεσθαι. Dicebatur, qui sumeret inanem operam. Opinor Corycum palaestritem fuisse quempiam inuictum, nisi malumus, Corycum esse manticam Coryaceam.

Cum Diis pugnare. Θεομαχεῖν. Dicitur, qui vel naturae repugnant, vel aduersus fatalem necessitatem reluctantur. Sumtum a gigantum fabula. Cicero: *Quid enim gigantum more bellare cum diis, nisi naturae repugnare?* Cicero.

Cum plurimum laborauerimus, eodem in statu sumus. De frustra laborantibus. Quod euenit iis, qui post diuturnum studium nihilo reperiuntur eruditiores, post longam negotiationem nihilo ditiores. Lucian.

Cum laruis luctari. Dicuntur ii, qui vita defunctos insectantur maledictis, qua re nihil esse potest indignius ingenuo viro. Plinius.

Vndas numeras. Κύματα μετρεῖν. *Id est*, Rem infiniti laboris incoeptas. Videri potest ab aesopico quodam apologo natum adagium. Olim quendam in maris littore sedisse, conantem singulas vndas pernumerare, cumque vndas vndis trudentibus obrueretur, animoque male angeretur, quod eas numero complecti non posset, adiens callida vulpes, opportuno consilio sic hominem subleuauit. Quid angeris, inquit, propter vndas, quae praeterierunt? Hinc numerare incipias oportet, illas missas facias. Theocr.

Inaniter aquam consumis. *Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ. In eos quadrabit, qui frustra suadent. A prisco more iudiciorum sumtum, in quibus ad clepsydrae modum dicebatur. Prima aqua infundebatur actoribus, altera patronis, tertia iudicibus, ad poenam constituendam, nisi primis sententiis reus fuisset absolutus.

In

Zenod. *In coelum iacularis:* Ἐς τὸν οὐρανὸν τοξεύεις. De iis, qui frustra laborant; aut qui audent eos lacessere, quos non possunt laedere.

Lucian. *Voluitur dolium.* Κεκύλισθαι ὁ πίθος. In eum, qui commouetur alieno exemplo siue instinctu, ad stulte quid faciendum. Nam dolium facili impulsu, quo velis, voluitur. At sapiens semper fixus est, et immotus.

Cicero. *Vlulas Athenas.* Γλαῦκας εἰς Ἀθήνας. Subaudiendum, portas, aut mittis. Conueniet in stultos negotiatores, qui merces eo comportant, vbi per se magis abundant. Vt si quis in Aegyptum frumentum, in Ciliciam crocum inuehat. Athenis noctuarum erat copia, et nummis Atheniensium insculpta erat noctua, cum facie Mineruae.

Terent. *In eodem haesitas luto.* In eos competit, qui sic implicantur negotio cuipiam, vt se nequeant extricare. A viatoribus translatum, qui simul atque in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rursum, vt hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuo est infigendus.

Horat. *In siluam ligna ferre.* Est aliquem iis rebus augere velle, quibus ipse maxime abundet. Eadem ratione dicimus, *In mare deferre aquam.*

Pausan. *Contorquet piger funiculum.* Cratinus fingit quemdam apud inferos funem torquentem, asinam autem arrodentem ea, quae ille iam torsisset, atque ita inaniter laborare, qui torquebat.

Zenod. *Tranquillum aethera remigas.* Αἰθέρα νήνεμον ἐρέσσεις. De incassum laborantibus, quasi dicas, aërem diuerberas, remigantium more.

Idem. *Ventos colis.* Ἀνέμους γεωργεῖς. Dicitur in eos, qui e suis laboribus nihil fructus reportant.

Suidas. *Vento loqueris.* Ἀνέμῳ διαλέγεις. Pro eo quod est, Inaniter. Nam ventus omnia dissipat. Con-

simili

fimili figura apud Athenaeum legitur: *Coelo et terra loqui.*

Nugas agere. Rem friuolam ac nihili facere, feu fruftra conari Λῆρον ληρεῖς, Atticis familiare, id eft, Nugas nugaris. Ariftoph.

Actum agere. A iudiciorum confuetudine fumtum, qua fas non eft iterum agere caufam, de qua iam fit pronunciatum. Plautus: *Rem actam agis*, id eft, incaffum laboras. Tullius de Amicitia indicat dici folitum de negotio, quod praepoftere geritur. Terent.

Aquam in mortario tundere. Ὕδωρ ὑπέρῳ πλήττειν. In eos qui laborant inaniter. Siquidem aquam fi quis vel aetatem contundat, nihil aliud erit, quam aqua. Quantumuis doceas ὄνον λύρας, quantumlibet admoneas ftupidum, fui fimilis effe pergit. Lucian.

Volantia fectari. De iis, qui nullum certum vitae fcopum fibi proponunt, fed ex tempore viuunt, ad quamuis occafionem mutabiles. Ariftot.

Vorfuram foluere. Vorfuram foluere dicitur, qui fic e praefentibus malis extricat fefe, vt aliis grauioribus impediatur. Nam Donato, Vorfuram facere, eft aes alienum aere alieno foluere, aut minore foenore maiorem acceptam pecuniam occupare. Hinc ducta voce, vt auctor eft Feftus Pompeius, quod vertant creditorem. Terent.

Saxum voluere. Saxum voluere dicuntur, qui inexhaufto quopiam atque inutili labore fatigantur. Tractum a notiffima Sifyphi fabula, faxum apud inferos furfum ac deorfum voluentis. Idem.

Ex inanibus paleis. Ἀτὰρ ἐν καθαρῶν ἀχύρων τετρύγηκας σιτίον. Natum a rufticis cum male enatis fegetibus praeter culmos et paleas nihil adferunt in horrea. Diog.

Fruftra canis. Ἄλλως ᾄδεις. De iis, qui fruftra fuadent. Effertur etiam ad hunc modum: *In vanum cantas. Fruftra pulfas chordas.* A cantoribus Lycop.

ribus ductum, qui cum ingrati sunt auditoribus, inaniter canunt, cum a nemine audiantur, aut qui canunt suo sumtu, nihil auferentes praemii.

Paulus. Apost. *Frustra currit.* Εἰς κενὸν τρέχει. Pro eo quod est, Frustra laborat. Sic vsus est D. Paulus. Sumtum ab his, qui in stadio cursu certant.

Suidas. *Milium torno sculpere.* Τὰς κέγχρους ἀποτορνεύειν. Dicebantur, qui rem absurdam molirentur. Milium enim minutius est, quam vt inde quidquam desculpi possit.

Memorem mones, doctum doces, et similia. Idem pollet illud Graecanicum:

Λαλᾶς πρὸς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην.

Obturbas frustra velut vnda. Ὀχλᾶς μάτην με, κῦμ' ὅπως. Id est, incassum mihi molestus es. Traductum ab vnda cautem assidue verberante.

Cancrum recte ingredi doces. Καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις. De eo, qui docet indocilem.

Suidas. *Apud fimum odorum vaporem spargis.* Εἰς κόπρον θυμιᾷς. Perit omnis fragrantia, fimique foetore vincitur.

Plaut. *Inuitis canibus venari.* Hoc adagio significatum est, non sat feliciter succedere, quod a nolentibus extorquetur.

Theogn. *Inuitos boues plaustro inducere.* Simile dictum etiam hodie perseuerat vulgo celebratum, incommodum esse, bobus inuitis plaustrum ducere.

August. *Contra torrentem niti.* Dicuntur, qui frustra certant cum iis, quos vincere non queant. Sumtum a natantibus, qui solent secundo natare flumine, maxime si torrens fuerit.

Hieron. Terent. *Contra stimulum calces.* Πρὸς κέντρα λακτίζειν. Est frustra repugnare iis, quos vincere nequeas, et incommodum quod euitare non queas impatienter ferendo, non solum non effugere, verum

rum etiam conduplicare. Donatus paroemiam esse admonet cum ellipsi. Deest enim iactare, quod vnico verbo Graeci dicunt λακτίζειν.

Senis mutare linguam. De frustra atque intempestiue loborantibus. Hieronymus praeloquens in quatuor Euangelia: *Pius*, inquit, *labor, sed periculosa praesumtio, iudicare de caeteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam, et canescentem mundum ad initia retrahere paruulorum.* Quo significatur adultam aetatem ad omnia minus esse tractabilem, quam rudes illos ac teneros annos. His finitimum est: *Serum esse, canes vetulos loris assuescere.* Et hoc: *Senex psittacus negligit ferulam.* Inde prouerbium, quia senectus ad discendam linguam tardior est. Hieron.

Senis doctor. Γέροντος διδάσκαλος. Conuenit in eum, qui in re sera atque intempestiua frustra sumit operam. Siquidem vt est iuuenta docilis, atque in quemuis habitum sequax, ita senecta intractabilis, tarda atque obliuiosa.

Herculei labores. Ἡράκλειοι πόνοι. Dicuntur plurimi atque ingentes, qui ve vires desiderant Herculanas, vel qui aliis quidem maximas adferunt commoditates, caeterum auctori suo nihil ferme fructus adducunt, praeter aliquantulum famae plurimum inuidiae. Idque ita fato quodam accidisse Herculi putant, quod quarta luna natus credatur.

Asinus balneatoris. Ὥσπερ ὄνος βαλανέως. Dictum in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperent. Plutarch.

Mare exhauris. Θάλασσαν ἀντλεῖς. De eo, qui conatur, quod effici non possit.

Exurere mare.

Propert. *Tu prius et fluctus poteris siccare marinos.*
Altaque mortali detrahere astra manu.

Muscas

Ariftoph. *Mufcas depellere.* Dicitur, qui iocofo atque inutili fungitur officio.

Conchas legere. Summi otii eft, conchas et vmbilicos legere in littoribus, qui lufus effe folet puerorum.

Aues quaeris. Ὄρνις ζητεῖς. Rem vanam et captu difficilem fequeris.

Zenod. *Humi hauris.* Χαμαὶ ἀντλεῖς. De inaniter laborante dicebatur. Nihil enim eft quod e folo haurias, ab imo fundo, fi is ficcus fit. Apparet dici poffe, quoties exhaufta copia non multum fupereft, quod haurias.

Influit quod exhauritur. Ἐπιῤῥεῖ τὸ ἐξαντλούμενον. Vbi quis fruftra fumit operam in re quapiam. Sumtum a nautis, naue pertufa fruftra fentinam exhaurientibus, tantum humoris accipientibus fiffuris, quantum ab illis educitur.

E Tantali horto fructus colligis. Ταντάλου κήπους τρυγᾷς. *Id eft*, Ea confectaris, quae nufquam funt, aut quibus frui non licet. Quod quidem appofite dicetur in mundanis addictos voluptatibus.

Martial. *Dentem dente rodere.* Dicitur, qui carpit eum, qui neque laedi queat, neque fentiat, aut qui mordet pari mordacitate praeditum quempiam.

Ariftoph. *Orefti pallium texere*, Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν. Dicebatur, qui munus pararet abuluro. Nam Oreftes per infaniam veftes dilacerabat.

Herod. *Ver ex anno tollere.* Ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἔαρ ἐξαίρειν. Dicebatur, qui id, quod negotio quopiam erat praecipuum, tolleret. Ver enim anni praecipua pars eft. Poteft deflecti longius, vt dicantur ver eximere anno, qui linguarum ac bonarum litterarum peritiam tollant e fcholis.

Ariftoph. *Bulbos quaerit.* Βολβοὺς ζητεῖ. Iocus prouerbialis in eos qui, iuxta Perfium:

Obftipo capite defigunt lumina terrae.

Nudus

Nudus nec a centum viris spoliatur. Adducit prouerbium vulgo iactatum D. Chrysostomus, quo significabitur conatus inanis. Apuleius Asinus effert in hunc modum. Chrysost.

Nudus nec a decem potest palaestricis spoliari.

Inter lapides pugnabant et lapidem capere non poterant. In eos, qui praesenti commodo non fruuntur, vel ob ignauiam, vel ob peruersam de rebus opinionem, vt qui vel saxum grauentur ex aceruo tollere quo repellant aduersarium. Torquebitur non inuenuste etiam ad inanem operam. Sumta metaphora vel ab oppugnatione cuiuspiam arcis in praeruptis rupibus sitae, aut a cultura agri petricosi, et ob id praeter immodicos sudores non multum fructus adferentis suo colono. Plutarch.

Vtrem caedis. Ἀσκὸν δέρεις. Sumtum vel a Bacchi sacris, vel ab iis, qui percussis vtribus inanem mouent strepitum. Aristoph.

Impete peritum artis. Βάλλ' ὡς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην. *Id est*, Iaculare in eum qui nouit artem, vbi quis conuicium facit homini, qui norit et ipse retorquere conuicium, aut qui carpit velut imperitum, qui non inferior sit in artis scientiá. Sumta metaphora videtur ab iis, qui iaculo aut saxis petunt eum, qui calleat ictum vel declinare, vel in iaculantem retorquere.

Canis. Ἄδεις ἔχων. Pro eo quod est, nugaris, ineptis, frustra loqueris. Etenim qui canunt, non agunt rem seriam, sed tantum vt aures deliniant voluptate mox peritura.

Vtre territas. Ἀσκῷ ἀσκίῳ μορμολύττεσθαι. Dici solitum, quoties inanem formidinem aut concipit aliquis, aut incutit. Sumtum ab iis, qui vasorum inanium strepitu pauefaciunt pueros, aut alioqui formidolosos, vel potius qui vasorum, huiusmodi sonitu propellunt aues. Diog.

Senex Psittacus negligit ferulam, Eumdem calceum omni pede inducere. Coruus albus Senis doctor. Mortuo mederi. Vmbra territas. Senis mutare linguam. Senem admonere. Enarrauimus alibi suo quodque loco.

Mari aquam addere. Est aliquem iis rebus velle augere, quibus ipse maxime abundet.

Inanis conatus. Vbi sentiemus, frustra sumi operam, neque quidquam promoueri diutinis laboribus, non inepte quadrabit illud Homeri Iliad. 6.

Ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.

Quasi Sutrium eant. Sutrium peruetustum Hetruriae oppidum. Id olim defecerat a Romanis, cum quibus inierant societatem. Camillus ad id delectus a senatu, vt eos cogeret ad fidem. Is ne in apparando commeatu multum temporis tereretur, vtque Sutrini ipsa celeritate opprimerentur, edixit, vti singuli milites trium dierum commeatum secum exportarent. Id deinde versum est in prouerbium, quod vsurpari consueuit, quoties aliquis suo sumtu nauat operam aliis.

Phrynichi lucta. Τὸ Φρυνίχου πάλαισμα. Dictitari suetum de iis, qui astu dolisque negotium peragunt. Fuit is Phrynichus, Lacedaemoniorum proditor.

Excubiarum causa canens. Φρουρᾶς ᾄδων. Dicebatur olim in hominem vigilantem ac diligentem, inde ductum, quod qui excubias agunt, canere consueuerunt, veluti vigiliarum taedium cantu solentur, vel ne interim obdormiscant.

Gyrgathum spiras. Γύργαθον φυσᾷς. In insanum frustraque vociferantem iaciebatur. Gyrgathus lectus est, in quo paralytici menteque capti, quique vocantur daemoniaci, vincti iactant sese, multa minitantes, sed frustra.

INAEQVALIS PENSATIO.

Ne verba pro farina. Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων. Aduersus eos adiiciebatur, qui beneficium verbis, non re dabant. Veteres quidquid ad victum pertineret, ἄλφιτα vocabant.

Pro perca scorpium. Ἀντὶ πέρκας σκορπίον. Vbi quis optima captans, pessima capit. Nam perca piscis est vel maxime laudatus. Scorpius letalis est: quamquam est et piscis huius nominis, contemti saporis, de quo magis sentire adagium videtur.

Vmbra pro corpore. Σκιὰ ἀντὶ τοῦ σώματος. Quoties aliquis magnum quiddam videbitur assecutus, cum nihil tamen adferat praeter titulum aut spes meras. Mutuo sumtum ab Aesopica fabula de cane, qui dum vmbram carnium, quod ea maior appareret, captat, veras amisit carnes.

Palumbem pro columba. Φάτταν ἀντὶ περιστερᾶς. Subaudi verbum ad sententiam accommodatum. Conueniet, vbi quod deterius est et adulterinum, pro eo quod est praestantius ac legitimum, supponunt. Plato.

Pilos pro lana. Τρίχας ἀντ' ἐρίων. De re vehementer inaequali, aut de negotio supra modum absurdo.

Pro malo cane suem reposcis. Ἀντὶ κακῆς κυνὸς σῦν ἀπαιτεῖς. *Id est*, Pro re vili pretiolam. Sus enim esculentus, canis haudquaquam vescus est. Diog.

In parte vel ignem praedetur aliquis. Ἐν τῷ μέρει τὶς καὶ τὸ πῦρ σκυλευσάτω. Dictum de iis, qui parum aequa referunt in commune. Quid enim non praedetur, qui praedatur ignem? qui sic est natura communis, vt ipse nihilominus possideas, postea quam et aliis fueris impartitus. Suidas.

Diomedis et Glauci permutatio. In prouerbium abiit, quoties inaequalem commutationem significamus, hoc est, deteriora pro melioribus red- Homer.

 dita,

dita, ſcilicet aerea pro aureis, vel quoties officium aut minus longe impari munere penſatur, aut contra, aut quoties aliquis rem pecuniariam auxit, ſed diſpendio famae. Admiſſus eſt ad amicitiam principis, ſed excidit ab amicitia Chriſti. Diomedes et Glaucus permutarunt arma, ac Glaucus Diomedi aurea dedit pro aereis.

Suidas. *Si vinum poſtulet, pugnos illi dato.* Ἂν οἶνον αἰτῇ, κονδύλους αὐτῷ δίδου. Vbi pro bonis rebus expectatis, diuerſa accipiuntur. Putant metaphoram a pueris ductam; qui petentes non petenda, nonnunquam colaphos recipiunt.

INCERTVS EVENTVS.

Mars communis. Incertum ac varium belli euentum notabant hoc dicto, ἄρης κοινός. *Ideſt*, Mars communis.

Gellius. *Inter os et offam.* Quod a ſumendis cibis ſumtum eſt. In eadem ſententia adagium eſt quod ſequitur.

Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra. Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. His monemur, nihil tam certum ſperari, neque quidquam tam eſſe vicinum, quod non repentinus aliquis caſus queat interuertere. Adeoque non eſſe tutum venturis fidere, vt vix etiam illa ſunt tuta, quae manibus tenemus. Originem adagii quidam ad huiuſmodi fabulam referunt. Ancaeus Neptuni et Aſtypaleae Phoenicis filius cum vitem ſereret, grauiterque miniſtris inſtaret vrgeretque; quidam operis taedio commotus in herum, negauit futurum, vt ex ea vite herus vmquam vinum guſtaret. Poſt vbi vitis prouenisſet feliciter, atque vuae maturuiſſent, herus exſultans ac geſtiens, ſeruum eumdem arceſſit, atque, vt ſibi vinum infundat, iubet. Deinde iam calicem admoturus ori, ſeruo quae dixiſſet, redegit

git in memoriam, quasi vanam explorans diuinationem. At ille sententiam hanc hero respondit. Seruili sententiae fauit euentus. Nam inter loquendum priusquam ille vinum hauriret, alter quidam minister ingressus, nunciat vinetum ab apro quopiam immani vastari. Quibus auditis Ancaeus deposito poculo protinus in aprum fertur, a quo inter venandum percussus interiit.

In herba esse. Vbi spem immaturam indicamus, ac longius adhuc abesse vt consequaris, in herba esse dicimus. Sumta metaphora a segetibus teneris adhuc et herbescentibus, de quibus nihil adhuc certi sibi possit agricola polliceri, propter ea quod plurimi casus solent incidere, qui non sinant cultorem optato potiri. Ouidius.

Nescis quid serus vesper vehat. Quo salubriter admonemur, ne praesentium successuum prosperitate sublati, futuri curam abiiciamus, nec vlla de re securi simus, priusquam exitum videamus.

Nullo scopo iaculari. Ἀσκοπα τοξεύειν. Dicuntur, qui nihil certi propositum habent quod sequantur, et ad quod instituti consiliique sui rationes referant. Lucian.

Si crebro iacias, aliud alias ieceris. Quo significatum est, oportere rem saepius tentare neque defatigari protinus, si quando parum ex animi sententia ceciderit Futurum enim, vt iterum atque iterum periclitanti, felicius aliquando cedat. Sunt qui putant, metaphoram a sagittariis, non ab aleatoribus esse ductam. Aristot.

INCITARE.

Cithara ad bellum. Plutarch. lib. de fortuna Alexandri secunda, declarat hunc versiculum apud Lacedaemonios solere decantari. Plutarch.

Ἕρπει γὰρ ἄντα τῷ σιδήρῳ τὸ καλῶς κιθαρίσδειν.

Quo significabant, certis citharae modis sedari motus animorum, aliis addi vigorem ad praelium,

Aristoph. *Alas addere.* Ἀναπτερῶ. Vulgo dicebatur, qui verbis alicui adderent animum, inque bonam spem erigerent.

Plaut. *Frigidam aquam suffundere.* Pro eo quod est, instigare clanculum. Translatum ab officinis aerariis, vbi fabri subinde frigidam aquam in ignem aspergunt, quo ignis sit vehementior. Ductum etiam apparet ab iis, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant, quo refocillati currerent acrius, atque hoc pacto ad cursum instigabant: Nisi si cui magis probatur, vt traductum putetur ab iis, qui ioci ludibriique causa clanculum aquam infundunt in conuiuii locum.

Homer. *Modis omnibus incitas.* Vbi quis omnibus modis animum alterius sollicitat, nunc precibus, nunc blanditiis, nunc iurgis, nunc minis, vsurpare licebit illud Homeri:

Πολλὰ μὲν μάστιγι θοῇ ἐπεμαίετο θείνων
Πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ,

Feri puer. Athenaeus lib. Dipnosop. XV. demonstrat olim prouerbio solitum acclamari. ἴθ' παῖ, quo significant quempiam suo munere defunctum. Iridem ferme illud, quemadmodum nos absolutae virtuti gratulantes dicere solemus; *Macte animo, macte virtute.* Natum prouerb. ab euentu. Cum Latona Apollinem ac Dianam ex Chalcide Delphos deportaret, ac ad specum venisset Pythonis, draco concitus in eos prouolabat. Tum Latona puellam vlnis baiulans Apollinisque praesidium implorans clamabat ἴε παῖ,

eum

eum is forte fortuna arcum teneret, ac perinde valet, ἵει παῖ quasi ἄφει παῖ *Id est, mitte ac percute fili.* Nonnulli deflexis non nihil vocibus efferre, ἰὴ παιὼν, idque prouerbio dici solere, quoties in rebus afflictis opem imploramus. Rursum alii putant acclamari hoc pacto, feliciter suo perfuncto munere et eo quod expetebat potito.

Ignarium dare. Dicebatur, qui suggereret, quod dolore quodam reuocaret hominem a peccando, quemadmodum lapis digito additus, vel pondere, vel attritu non sinit hominem obliuisci, cuius gratia sumserat eum. Ignarium autem nonnulli lapidem pyridem vocant, quod habeat plurimum ignis, vt attritu digitos adurat, alioqui ponderosissimus.

INCONSTANTIAE, PERFIDIAE, VERSVTIAE.

Chimaera. Hominem inconstantem ac variis moribus, aut opus sibi non cohaerens M. Tullius designat festiuiter illo versu Homerico: πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Quid dicam, ait, nescio, nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, vt quemuis movere possit: ita rursus remittit, vt me roget; vt annales suos emendem atque edam, Epistolam sibi inaequalem appellat Chimaeram. Cicero.

De statu demigrare. Quemadmodum de gradu deiici dicuntur, qui depelluntur a proposito, ita M. Tullius ad Atticum lib. 4. dixit, de statu demigro, pro eo quod erat, recedo a vitae instituto. Translatum videtur vel ab athletis, vel a praeliis, vbi laudi erat non cessisse loco. Idem.

Modo palliatus, modo togatus. In hominem inconstantem ac lubricae fidei diuersarumque partium eleganter torquebitur, veluti si quis subinde mutato vitae genere, nunc Cidarim gestet Theo- Idem.

logicam, nunc cum paludamento militari incedat, cet.

Ariſtoph. *Trochi in morem.* Βέμβικος δίκην. De verſatilibus et inconſtantibus dici ſolitum. Et enim Bembix trochus, quem pueri flagello circumagunt.

Vlpian. *Veſpertilio.* Veſpertiliones videntur appellari, qui grauati aere alieno, luce domi ſe continent, ne a creditoribus appellentur, noctu prodeunt, cet. Priſci ea voce ſecus vſi ſunt, videlicet pro homine ancipitis fidei, qui nec huius ordinis ſit, nec illius, cum vtroque tamen colludat, eo quod veſpertilio ſic eſt vtrimque, vt nec inter volucres, nec inter mures habeat locum. Alas habet ſed pennas non habet: volitat, ſed ſub veſperam. Dentes habet, quod auium nulla. Varro in Agathone: Quid multa, factus ſum veſpertilio, neque in muribus plane, neque in volucribus ſum. Veſpertilionis conuicium torqueri poterit et in amantes, qui noctu volitant, quos Plautus in Trinummo vocat tenebricolas.

Diog. *Venti campus.* Ἀνέμου πεδίον. In hominem inſtabilem, leuem et inconſtantem dicebatur: Nam in planitie venti liberius huc atque illuc diuagantur.

Panagaea Diana. Ἡ παναγαία Ἄρτεμις. Dicebatur olim peregrinationem impenſius amans, errabundus, inſtabilis, nulla certa ſede conſiſtens. Siquidem Diana vagari dicitur apud poëtas, et per nemora monteſque oberrare. Quae domicilium etiam ſubinde mutat, nunc apud ſuperos agens, nunc apud inferos: ne ſpecie quidem ſemper eadem, ſed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

Cicero. *Lacryma nihil citius areſcit.* M. Tullius lib. de Inuent. praecipiens, ne orator, poſteaquam iudicis animum commouit ad miſericordiam, diutius commoretur in quaeſtione, adducit Apollonii dictum:

dictum: ἐδὲν θᾶσσον ξηραίνεθαι δακρύε, quod vehemens affectus facile vertitur in taedium.

Mutabilior Metra Erisichthonis. Μεταβλητότερος Μήτρας τῆς Ερισίχθονος. In eum congruit qui secum non constat, sed subinde aliam atque aliam personam sumit. Erisichthon quidam Thessalus absumtis facultatibus, ad extremam deuenit inopiam. Huic erat filia praestanti forma, nomine Metra, quam vbi prostituisset, adolescentes qui commeabant ad illam varia munera deferebant, alius equos, alius boues, alius verueces. Nam id temporis nondum auri, argenti, gemmarumue erat vsus. Porro Thessali per iocum dicebant, Metram Erisichthonis verti in ea omnia, quae illi ab amatoribus filiae donabantur. Atque hinc prouerbium. Athen.

Chamaeleonte mutabilior. χαμαιλέοντος ἐυμεταβολώτερος. Chamaeleon commemoratur inter animantia, quae colorem mutant, fitque is nunc niger, nunc adsimilis crocodilorum, nunc pallidus cuiusmodi lacertarum, nunc rursum nigris variegatus maculis, qualis est pardorum. Accidit autem huiusmodi mutatio coloris per omne corpus, siquidem et oculi et cauda in eumdem cum reliquo colore abeunt colorem. Motus huius animantis admodum segnis, qualis est ferme testudinum. Pallescit moriens; exanimato color idem durat. Praeterea hoc animal toto corpore reddit colorem quemcumque proximum attigerit, praeter rubrum et album. Competit igitur adagium in hominem versipellem, siue inconstantem. Homer.

Protheo mutabilior. Πρωτέως ποικιλώτερος. In vafrum et versipellem competit. Fabula Prothei extat apud Homerum Odyss. 4. et apud Maronem 4 Georgicor. Simili figura dicetur et Vertumno inconstantior. Nam hic Deus in omnigenam speciem sese variat.

Theogn. *Polypi mentem obtine.* Πολυπόδος νόον ἴσχε. Quo iubemur pro tempore alios atque alios mores, alium atque alium vultum sumere. Adagium natum a piscis ingenio, qui scribitur colorem mutare in metu. Nam persequentibus piscatoribus petris affigit sese, et cuicumque petrae adhaeserit, eius colorem corpore imitatur, ne queat deprehendi.

Plutarch. *Mulieris animus.* Γυναικὸς φρένες. *Id est*, Muliebre ingenium. Quadrat in imbelles et inconstantes: Terent. *Nosti mulierum ingenium? Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro.*

Euripus homo. Εὔριπος ἄνθρωπος. In inconstantes ac moribus inaequalibus homines dicetur. Quadrabit et in fortunae vices, quae res mortalium velut aestu quodam sursum ac deorsum iactat. Ducta metaphora a maris Euripi prodigiosa quadam reciprocandi celeritate.

Cnips in loco. Ὁ κνὶψ ἐν χώρᾳ. Dictum in eos, qui subinde sedem mutarent et aliunde alio migrarent. Est autem σκνὶψ, siue κνὶψ, vermiculus innascens materiis. Is eroso ligno semper locum mutare nititur.

Suidas. *Cothurno versatilior.* Εὐμεταβολώτερος κοθόρνε. Dictum in hominem parum constantem lubricaque fide, quiue incertae et ancipitis esset factionis, similitudine ducta a calceamento, quod Latini cothurnum vocant, quo mos erat vti Tragoediarum actoribus. Erat autem τετράγωνον καὶ ἀμφοτερόδεξιον, hoc est, quadrangulum et cuilibet conueniens pedi. Suidas addit huiusmodi fuisse, vt viris pariter ac mulieribus congrueret.

Saluſt. *Aliud stans, aliud sedens.* Quo licebit vti, quum summam inconstantiam animi significamus, quasi tantillum momentum atque interuallum commutet hominis sententiam.

Macrob. *Duabus sedere sellis.* Est incertarum esse partium et ancipiti fide, ambabus satisfacere velle,

Labe-

Laberius Mimus in ſenatum a Caeſare lectus, quum a Cicerone ad conſeſſum non reciperetur, dicente, Reciperem te, niſi anguſte ſederemus; nimis mordaciter reſpondit, Atqui ſolebas duabus ſellis ſedere: obiiciens tanto viro lubricum fidei.

Duos parietes de eadem dealbare fidelia. Pro eo quod eſt, eadem re duplicem velle inire gratiam, eademque opera duos pariter demereri. Tractum videtur ab his, qui parietibus opus albarium ſuperinducunt.

Duplices viros. Διπλᾶς ἄνδρας. Vocabant, qui eſſent lubrica et inſincera fide, quos nunc vulgo etiam bilingues appellant. Zenod.

De toga ad pallium. Cuius duplex erit vſus, vel quum ad diuerſum vitae genus ſeſe contulerit aliquis, vel quum de fortuna honeſtiore ad humiliorem. Veluti, ſi quis ex aulico fiat monachus, aut e praefecto paedagogus, e conſule rhetor. Toga Romanorum erat, pallium Graecorum. Poſt pallium coepit eſſe geſtamen philoſophorum. Confine illi: *Ab equis ad aſinos.* Tertul.

Duodecim artium. Δώδεκα μηχανῶν. Apellabant callidum, verſutum, verſipellem, vafrum, ac variis inſtructum dolis. Narrant ſcortum quoddam fuiſſe nomine Cyrenen, cui cognomentum inditum duodecim artium, propterea quod in peragenda Venere duodecim figuris vſu fuiſſe dicatur.

Theſſalorum commentum. Θεσσαλῶν σόφισμα. Varias ad res accommodari ſcribit Suidas, tum ad eos qui in acie locum deſerunt, tum ad illos qui cultu delicatiore vtuntur, tum ad hos qui dolis quempiam circumueniunt; A quibusdam ſic refertur hoc adagium. *Semper enim res Theſſalorum infida.* Aratus Theſſalus centum hominum capita ſe Deo ſacrificaturum promiſerat, ſed votum ac ſacrum ſine fine cunctabatur, tamquam Suidas.

quam neque pium satis, neque dignum Apolline.

Suidas. *Phoenicum pacta.* Φοινίκων συνθῆκαι. Phoenicum conuenta Phoenicum Carthaginem debellaturi postularunt a Libycis, vt sibi liceret diem et noctem hospitio terrae vti. Quod cum impetrassent, cumque exacto concessi temporis spatio iuberentur excedere finibus, recusarunt, affirmantes se pactos, vt sibi fas esset, illic noctes quoque ac dies commorari, videlicet ambiguitatem vocum ad suum commodum detorquentes. Vnde prouerbium esse natum aiunt, de pactis insidiosis et astutis.

Zenod. *Locrense pactum* Λοκρῶν συνθήμα. De foedifragis dictum, cuiusmodi quondam habiti Locrenses, quod foedere prodito, quod cum Peloponnesiis inierant, ad Heraclidarum partes defecerint, vel quod Siculos eluserint, non praestita fide.

Thracicum commentum. Θρᾴκεια παρεύρεσις. Torquendum in eos, qui pacta eludunt callido vafroque aliquo commento. Thraces pactis cum Baeotiis aliquot dierum induciis, nihilo segnius incursiones agebant nocturno tempore. Hos quum propulsassent Baeotii; atque expostularent, quod violassent inducias, responderunt Thraces, se nihil praeter pacta fecisse: pactos enim esse de diebus, noctibus in ursasse.

Zenod. *Thraces foedera nesciunt.* Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίσταντα. Thracum barbariem et immanitatem perfidiamque, satis arguit interemtus a Polymnestore Polydorus, hospitii iure violato.

Diog. *Hoc calceamentum consuit Histiaeus, Aristagoras induit.*

Τοῦτο ὑπόδημα ἔῤῥαψε μὲν Ἱστιαῖος, ὑπεδύσατο δὲ Ἀρισταγόρας.

Diogenianus admonet dici solitum in eos, qui callide sua malefacta in alios reiiciunt. Videtur magis

magis conuenire, quoties in astutis, et improbis consiliis alteri alter auxilio est, mutuaque opera sese iuuant. Histiaeus Dario amicus ab eodem in Persidem missus, in patriam redire cupiebat. Hoc cum a rege impetrare non posset, scribit ad Aristagoram, vt Iones ad defectionem incitaret. Iones cum defecissent, Histiaeum in consilium adhibet Darius, quem nam potissimum ad res componendas mitteret? Is persuadet vt sese mittat, cumque in suspicionem venisset Sardium praefecto, quod ille autor huius motus fuisset, audiuit ab eodem: *Tu quidem calceum hunc consuisti, verum Aristagoras induit.*

Repariazare. Ἀνεπαρίασαν. De iis dicebatur, quos poeniteret instituti, quique a conuentis discederent. Parii cum bello a Thebanis premerentur, petierunt, vt desisterent, se ciuitatem in potestatem illorum tradituros. Cum destitissent hac lege Thebani, et Pariis iterum spes auxilii esset ostensa, pactum irritarunt, bellumque cum Thebanis integrarunt.

Quibus nec ara, neque fides. De vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides: **Aristoph.**

Σπάρτης ἔνοικοι δόλια βουλευτήρια.

Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. Qui coram blandiuntur, clam obtrectantes: palam amicos agunt, clanculum nocent; aut qui hic prosunt, illic laedunt. Translatum ab iis, qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus saxum illidunt. **Plaut.**

Maritimi mores. Pro variis et inconstantibus, quales fere sunt amantium. **Idem.**

Lingua iurauit. Ἡ γλῶσσα ὤμοσεν. Vbi quis non praestat fidem promissis, aut vbi non ex animo pollicetur.

Punica

Liuius. *Punica fides.* Poenorum perfidia in prouerbium abiit, quod ea gens peculiariter periurii, vanitatisque notata sit.

Plaut. *Graeca fide.* Ἑλληνικῇ πίστει. Reponitur pro certa item fide. Plautus Graecam fidem dixit, vbi non verbis, neque stipulationibus, sed praesente pecunia res agitur.

Non idem sunt scriptura et Leucaeus. Γραφὴ τὸ καὶ Λεύκαιος οὐ ταυτόν. Vbi quis aliud scribit, aliud facit aut dicit. Recte facietur in eos, qui stare pactis nolint. Nam haec plerumque syngraphis constant. Aut in eos, quorum vita non concordat vel congruit cum libris editis. Coniicere licet, Leucaeum fuisse malae fidei scribam.

Homer. *Daedali opera.* Δαιδάλεια ποιήματα. Dicuntur quae nouo artificio fabricata sunt et admirando. Hinc natum, quod quum veteres illi plastae formas animalium caecas fingerent et immobiles, Daedalus insolito artificio primus et oculos induxit, et neruis quibusdam additis effecit, vt huc atque illuc mouerentur, adeo scite, vt spectantibus viuere atque ingredi viderentur.

Admirabiles in nectendis machinis Aegyptii. De versutis, et (vt ait Plautus) consutis dolis dictitatum. Torqueri potest et in perplexas sophistarum argutias, ac syllogismorum inexplicabiles labyrinthos. Celebrabantur olim Aegyptiorum opera, ex variis lignorum frustulis miro quodam artificio connexa.

Zenod. *Multa nouit vulpes, verum echinus vnum magnum.* Dicitur in astutos et variis consutos dolis, vel potius, vbi significamus, quosdam vnica astutia plus efficere, quam alios diuersis technis. Nam vulpes multiiugis dolis se tuetur aduersus venatores, et tamen haud raro capitur. Echinus, quem opinor erinaceum esse, vnica duntaxat arte tutus est aduersus canum morsus. Siquidem spinis

ſpinis ſuis ſemet inuoluit in pilae ſpeciem, vt nulla ex parte morſu prendi queat.

Magnus verſatur in re puſilla. Μέγας κηλητὴς Plutarch. ἐν μικρῷ γε πράγματι. Quadrat in eos, qui arte parum honeſta ſibi diuitias parant. Eudamides interrogatus quid de muſico feliciter canente ſentiret, reſpondit: Magnus delinitor in re parua, quod exiſtimaret operoſam eſſe ſcientiam, ſed nihil adferentem vtilitatis.

Simia non capitur laqueo. Ὁ πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται βρόχῳ. In callidos tergiverſatores dici ſolitum, qui coargui non queunt.

Volaticum iusiurandum. Ταχυδάμονες ὅρκοι. Ad Diog. eum modum appellabant iusiurandum irritum, quod euaneſceret, avolaretque ſimul atque pronunciatum eſſet, cuiuſmodi ſunt amantium.

Semper adfert Libya mali quippiam. Ἀεὶ φέρει Plinius. τι Λιβύη κακόν Quod ex Libya monſtra Romam deportarentur. Hinc et in mores ingeniumque gentis detorqueri poteſt: ſi quidem vt eſt regio venenorum ferax, ita gentis peſtilens ingenium. Peculiariter conuenit in foedifragos, ac pactorum nouatores.

Semper Africa noui aliquid apportat. Quod quidem ideo dicebatur, quod in ſiticuloſa regione ad vnum aliquem riuum plurimae ferarum ſpecies bibendi gratia conuenire cogantur, inique varia mixtura violentae Veneris, varias monſtrorum formas, ſubindeque nouas naſci. Quadrabit in homines lubrica fide, ſemper nouarum rerum auidos.

Magis varius quam hydra. Ποικιλώτερος ὕδρας. Athen. De callidis et doloſis, quod hydra ſerpens ſit verſicoloribus notulis diſtincta.

Siſyphi artes. Σισύφου μηχαναί. Dicebantur Ariſtoph. vafra, verſutaque conſilia.

Σίσυφος ὃς κέρδιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν.

Pyr.

Ariſtoph. *Pyrrhandri commentum.* Πυῤῥάνδρου μηχάνημα. De callido inuento. Hic Pyrrhander ſycophanta quiſpiam fuit inſignite verſutus, notaeque malitiae.

Idem. *Megaricum machinamentum.* Μεγαρικὴ μηχανή. Dicitur, quum dolo et aſtu res agitur, non ſincera fide. Olim enim Megarenſes vulgo male audiebant, tamquam fraudulenti ac ficti, quod aliud ſentire ſoleant, aliud loqui. Celebrantur Megarenſium vaſcula fictilia, et Euclides Megarenſis inſignis fuit machinarum artifex, vnde forte natum prouerbium.

Idem. *Expedit plura habere cognomina.* Ariſtophanes in Pluto:

Ὡς ἀγαθόν ἐς' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν.

Conueniet in eos, qui multa ſimul profitentur, quo quaeſtum faciant vberiorem, aut qui diuerſarum ſunt partium. Dictum in Mercurium, cuius varia feruntur cognomina.

Vlyſſeum commentum. Ὀλύσσειος μηχανή. Callidum, aſtutum, et vafrum dicebatur. Vlyſſem Homerus vbique verſutum facit, ac diſſimulantem ſimulantemque.

Nouit vias quibus effugit Eucrates. Οἶδε τὰς ὁδὰς, ἅπερ ἔφυγεν Εὐκράτης. In eum quadrat, qui ſemper aliquam inuenit rimam, per quam elabatur, vt officium ſubterfugiat praetextu aliquo, ſi quando fides eſſet praeſtanda. Eucrates cum eſſet molitor, tamen Rempublicam adminiſtrabat.

Diog. *Libyca fera.* Λιβυκὸν θηρίον. Dicebatur in hominem vafrum, callidum, verſipellem, variis moribus ancipitique ingenio. Quod genus portentum Cicero Catilinam fuiſſe teſtatur. Inde natum, quod in Libya variae ferarum ſpecies ſaepenumero miſceantur.

Αἰγυ-

Αἰγυπτιάζειν. Dicebantur astuti et impostores. Sumtum a moribus eius gentis. De moribus Aegyptiorum testatur et illud ex Aeschylo, quod alibi retulimus:

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

E perforato poculo bibere. Ἐκ τετρημμένης κύλικος πιεῖν. Dicuntur, qui futiles sunt, parumque continent fideliter arcana sibi credita.

Si leonina pellis non satis est, vulpina addenda. Ἂν ἡ λεοντὴ μὴ ἐξίκηται, τὴν ἀλωπεκὴν πρόσαψον. Quum viribus res obtineri non potest, dolus adhibendus. Adagium natum est ex Apophthegmate Lysandri, qui dicebat boni ducis officium esse, quo leonina pellis non attingeret, eo contentendum assuta vulpina. **Zenod.**

Non Chius, sed Cius. De gentis inconstantia ac volubilitate, pro temporis ratione commutantis institutum, ac idem ad fortunae commoditatem accommodantis, Aristophanis carmina e Ranis, sunt haec in Theramenem: Euolauit e malis, haut Chius, sed Cius? Quanquam hoc loco Aristarchus Cous legit, non Cius. Theramenes enim Cous fuisse legitur. Allusum forte ad vocum affinitatem, cum res longe discrepet. Nam Chii male audiebant ob mores effeminatos, cum Cii nec tibicines, nec meretrices reciperent in ciuitatem. **Aristoph.**

Dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui. Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον. Subaudi verbum ad sententiam accommodatum, mittit aut ponit. Dici solet in eos, qui se norunt commode ad rei praesentis conditionem applicare, proque loco, tempore, negotiis, aliam atque aliam sustinere personam. **Suidas.**

Multa noris oportet, quibus Deum fallas. Vbi quis fucum facere conatur ei, cui difficile sit dare verba propter astutiam singularem.

Ex eodem ore calidum et frigidum efflare. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγειν. Bilingues, et qui eundem modo laudant, modo vituperant, ex eodem ore calidum et frigidum ſpirare dicuntur. Natum ex Apologo quopiam Aniani fabulatoris. Satyrus cum vehementer algeret, hiberno gelu ſupra modum ſaeviente, a ruſtico quodam inductus eſt in hoſpitium. Admiratus autem cur homo inflaret in manus ori admotas, rogauit, cur ita faceret? is reſpondit, vt frigidas manus halitus tepore calefaceret. Deinde vbi exſtructo foco, appoſita menſa in pultem feruidam rurſum inflaret, magis etiam admiratus eſt, quid hoc ſibi vellet, vt pultem, inquit, nimium feruentem halitu refrigerem. Tum ſatyrus ſurgens e menſa, quid ego audio inquit; Tune ex eodem ore calidum et frigidum efflas. Torquere licebit in Rhetores, qui eadem norunt laudare et vituperare, elevare atque attollere. Item in Iuriſconſultos, qui cauſam eandem nunc tuentur, nunc impugnant. Eſaias male ominatur iis, qui dicunt bonum malum, malum bonum, dulce amarum, et amarum dulce.

E ſe finxit velut araneus. De homine ex ſe ipſo comminiſcente mendacia. Aranei mox vt editi ſunt, fila mittunt, non ex interioribus velut excrementa, quem ad modum ſentit Democritus, ſed de ſumma corporis parte, veluti corticem, aut in morem hiſtricis, de cute ſpinas iaculantis.

Obliquus curſus. Κάμπιος δρόμος. Quoties res arte ac diſſimulanter agitur, aut quoties aliud prae nobis ferentes, alio tendimus, et cuniculis atque ambagibus pergimus ad id, quod aſſequi conamur. Sumtum adagium a genere quodam curſus, qui κάμπιος dictus eſt, propterea quod anfractibus certis ac flexibus perageretur. Vt in

in aliis impetus et celeritas plurimum valuerit, in hoc ars et ratio plus habuerit momenti. Poteſt et a nauigantibus traductum videri, cum reflantibus ventis tranſuerſum nauigant.

Canthbaro aſtutior. Κανθάρε σοφώτερος. Aut callidior. Zenodotus ait, Athenis cauponem fuiſſe quempiam, nomine Cantharum, quem ob maleficia, et impoſturas ac proditiones, capitis affecerint ſupplicio. Proinde vulgo receptum, vt in verſutos ac impoſtores diceretur. Mihi vero propius videtur, ſi referatur ad animantis naturam et ad apologum aeſopicum, quo narratur, ſcarabaeum tanto aquila inferiorem viribus, tamen ingenio ſuperaſſe omnium auium reginam. Zenod.

Caſſioticus nodus. Κασσιώτικον ἅμμα. De moribus vafris ac verſutis dici conſueuit. Caſſius mons eſt, et eiuſdem nominis ciuitas in Aegypto vicina Peluſio. Ei genti quaſi genuinum ac gentilitium eſt, miros quoſdam nodos nectere. Huic affine: *Herculeus nodus*, quo arctiſſimam atque indiſſolubilem amicitiam ſignificamus. In caduceo Mercuriali duo ſunt ſerpentes, maſculus et femina, qui medio corporum complexu nodum efficiunt Herculanum. Diog.

Pardi mortem adſimulat. Θάνατον παρδάλεως ὑποκρίνεται. Dicebatur, vbi quis aſtu perniciem alicui moliretur. In Mauruſia ſimiarum ingens copia, Pardalis autem animal eſt natura ſimiis infeſtiſſimum, quas tamen dum viribus aſſequi non poteſt, quia in arbores ſu uolant Dolis in eas vtitur. Sternit ſe ſupinam ſub ramis ac porrectis cruribus emori fingit ſeſe. Gaudent eo ſpectaculo ſimiae confidentes in arbore. Deinde vbi iam mortuam arbitrantur, vnam aliquam emittant exploraturam, num vere mortuus ſit hoſtis. Illa cautim ac pedetentim accedens, vbi nullum vitae videt argumentum pardale nimirum modis omnibus cadauer imitante, demum audet

conſcendere. Quod ſimulatque reliquae ſimiae conſpexerint, iam depoſito omni metu deſcendunt, et pardalim omnia ferentem circumſultant, poſtremo conculcant, inſultantes ludibrii cauſa, donec pardalis ſentiens illas iam ſaltando defatigatas, derepente reuiuiſcens, aliam dentibus, aliam vnguibus corripit, dilaniatque ac deuorat

Ariſtot. *Sphondyla fugiens peſſime pedit.* Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδεῖ. In eos quadrabit, qui deſcendunt non citra infamiam. Sphondyla inſecti genus, odoris teterrimi. Plinius meminit Sphondylae ſerpentis quae radicibus arborum ſit infeſtiſſima, exiguo corpore, et ſubnigro emoriens, grauiſſimum odorem emittit. Heſychius docet, apud Atticos Sphondylen dici felem.

INCVLPATVS.

Suidas. *Purior clauo.* Ἁγνότερος πηδαλίου. De re vehementer inculpata, aut moribus vndequaque integris et incontaminatis. Clauus enim nauticus aſſiduis fluctibus abluitur, vt nihil ſordium poſſit haerere.

A puro pura defluit aqua.

Theogn. Εἰ μ' ἐθέλεις πλύνειν κεφαλῆς ἀμίαντον ἀπ' ἄκρης
Αἰεὶ λευκὸν ὕδωρ ῥεύσεται ἡμετέρης.

Quadrabit in hominem vſque quaque innocentem, quem etiam ſi quis aliquando vocet in crimen: tamen non ſolum fama illius non contaminatur, verum etiam illuſtrior redditur.

Aurum igni probatum. Ὁ χρυσὸς τῷ πυρὶ δοκιμασθεὶς. Dicitur is, cuius fides rebus aduerſis exploratа, ſpectataque eſt. Aurum omnibus metallis praelatum, quod vni rerum nihil igni depereat,

pereat, tuto etiam in incendiis durante materia. Quinimo, quo saepius arserit, hoc magis proficiat ad bonitatem.

Aurum Colophonium. Χρυσὸς ὁ κολοφώνιος. Apud Colophonios aurum optimum solet fieri. Venustius fiet, si longius deflectetur, velut ad mores vehementer incorruptos, aut ingenium exquisitum et eximium. Zenod.

IN DELICIIS.

Porcellus Acarnanius. Χοιρίσκος Ἀκαρνάνιος. In mollem et amabilem, atque in deliciis habitum dicebatur. Allusum ad porcellum, quem inducit Aristophanes symbolum eorum membrorum, quibus obscoenae voluptates peraguntur. Lucian.

Mus albus. Μῦς λευκός. Apud Suidam. Μῦς κακός, apud Diogenianum, in hominem lascivum et libidinis immodicae dicebatur. Nam mures domestici salacissimi sunt, praesertim albi.

Melitaea catella. Μελιταῖον κυνίδιον. Quadrat in eum, qui habetur in deliciis, ac lautius in otio alitur ad voluptatem, non ad vsum. Canes qui animi causa nutriuntur, et ad lusum duntaxat mulicrcularum, hos μελιταίους appellant. Est in familiis diuitum quoddam ministrorum genus; quos illi non ad ministerium, sed animi causa domi habent. Suidas.

Melitaeus catulus. Μελιταῖον κυνίδιον. Dicebatur is, cuius opera nulli feriae rei conducebat sed duntaxat animi caussa alebatur. Aliorum canum varius est vsus. Sunt quibus aedium custodia delegata est, vt noctibus aduersus fures excubias agant, hi vocantur οἰκουροί. Sunt quorum opera in venatibus vtimur, qui θηρευτικοί dicuntur. Sunt quorum nullus est vsus, nisi vt cum otiosis ac delicatis matronis lusitent. Atque ii Melitae vocantur ab insula Melita. Plaut.

IN DEPREHENSOS.

Folio ficulno tenes anguillam. Τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν. Vbi quis alioqui fugax et lubricus, arctiore modo tenetur, quam vt possit elabi. Nam fici folium scabrum est, atque ob id ad retinendam anguillam natura lubricam vel maxime idoneum.

Aristoph. *Medius teneris.* Νῦν ἔχῃ μέσος. De eo, qui sic tenetur, vt extricare sese nulla ratione possit. Translatum a palaestris atque athletis, qui si quem medium corripuerint, facile vincunt.

Decipula murem cepit. Εἵληφεν ἡ παγὶς τὸν μῦν. De recte, meritoque deprehensis, et malo dignis.

Zenod. *In laqueos lupus.* Εἰς πάγας ὁ λύκος. Cum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimen. Etenim quum lupus animal sit insidiosissimum, si quando contingat illum irretiri, protinus acclamant omnes, in laqueos lupus.

In area latitas. Ἐν ἅλῳ δρασκάζεις. De eo, qui in eo versatur negotio, vt non possit non esse conspicuus, aut qui sic latitat, vt a nemine tamen non conspiciat. Nam in area nullae latebrae.

Culeo dignus. Cum hominem enormiter scelerosum significare volumus, eum culeo dignum dicimus. Hoc supplicium erat parricidis, hoc est, qui parentem occidissent. Culeus erat saccus coriaceus, cui insuebatur parricida, simul immissa vipera, simia et gallo gallinaceo, atque ita proiiciebatur in profluentem.

Aristid. *In easdem ansas venisti.* Quadrat in eum, qui sic irretitus est, vt quocunque se vertat, teneatur, nec extricare sese possit.

Laqueus laqueum cepit. Ἅπαξ ἡ πάγη ἔοικε λήψεσθαι πάγην. Vbi malus malum obseruat.

Veluti

Veluti adulter adulterum, fur furem, perfidus perfidum: quod interdum vſu venit, vt dum duo ſibi viciſſim inſidias tendunt, vterque deprehendat alterum.

Hinc illae lacrimae. Dicitur de rei cauſa, aliquamdiu diſſimulata, quae vere tandem deprehendatur. Veluti ſi quis dicat barbaros damnare Graecas litteras, ne ſcilicet ipſi parum docti videantur. Horat.

Hydrus in dolio. Ὕδρος ἐν τῷ πίθῳ. Natum de ruſtico hydrum in dolo reperiente. Ruſticus quidam cum ſenſiſſet minui vinum in dolio conditum, admiratus quid eſſet rei, circumſpicere coepit, num qua rima extillaret liquor, vbi nihil eiuſmodi compeririſſet, pergit vicinos in ſuſpicionem apud ſeſe vocare, ne ſeſe abſente vas relinerent, vinumque potitarent. Obſignat itaque diligenter dolium ad opus exiturus. At reuerſus ſignis illaeſis vinum nihilominus imminui videt. Tum vero fortunam agricolarum deplorare, quibus non in vita ſolum, verum etiam in doliis calamitas praeſto eſſet. Ad extremum exhauſto dolio hydrus in imo repertus eſt, vini potor. Admonet Plinius lib. x. cap. LXXII. ſerpentes quanquam exiguo indigeant potu, tamen vinum, cum eſt occaſio, praecipue appetere. Licebit vſurpare cum quis occulta calamitate premitur, cauſa atque auctore non exſtante. Aut cum diuturni mali tandem auctor deprehenditur. Sabell.

Tempus omnia reuelat. Non diſcrepat Euangelicum dictum, apud Matthaeum cap. x. Nihil tectum, quod non reuelabitur, et occultum, quod non ſcietur. Paria ſunt? *Temporis veritas filia; Tempus omnium parens.*

Cuculus. Olim qui fuiſſent in re quapiam parum honeſta deprehenſi, vulgari probro cuculi dicebantur. Plinius ſcribit, probro ſolere obiici Tertull.

vindemiatoribus; si cuculus eos deprehendisset putantes vineam serius, nec hoc munus absoluissent prius, quam audiretur ea auis, veluti cessationem exprobrans agricolis.

INDILIGENTIAE.

Homer. *Princeps indiligens.* Indiligens paedagogus corrumpit puerum; malus praeceptor vitiat discipulum, rex improbus populum. Ad hanc sententiam facit illud Homeri:

Αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες.

Plutarch. *Si quis iuxta ciuitatem clypeus.* Εἴ τις περὶ πόλιν αἰγίς. Hoc scommatis iaciebant in eos, qui sparsim ac dissolute ciuitatem obirent palantes.

Plutarch. *Malus ianitor.* Πυλωρὸς κακός. Indiligens custos, aut praefectus. Natum a dicto Thycionis cuiusdam, qui cum videret Philippi copias, Isthmicas angustias occupasse, sic ait, κακοὺς πυλωροὺς ὑμᾶς ὦ κορίνθιοι ἡ πελοπόννησος ἔχει. Siquidem angustias locorum Graeci πύλας, id est, portas appellant.

Seneca. *Phani ostium.* Ἡ Φάνου θύρα. Id accinebatur, vbi quis frustra seruasset aliquid: veluti, si cuius vxorem adulterio vitiari contingeret, quam tamen ille multa zelotypia seruasset. Natum a Phano quodam vsurario, vel, vt alii volunt caeco: qui cum cellae penuariae ostium ita obstruxisset, vt citra strepitum non quiret aperiri, tamen a ministro apertum est, sublatumque penu. Fuit et Phano huic vxor parum fida, quam quod is haberet adulterii suspectam, atrii fores sic occlusit, vt non nisi cum stridore sonituque possent aperiri, verum illa cum per tegulas reciperet adulterum, vicini per iocum dicebant, ἡ Φάνου θύρα.

A limi-

A limine ſalutare. Plurimum venuſtatis obtinebit hoc, ſi ad res incorporeas deflectatur, veluti ſi quis dicatur Theologiam a limine duntaxat ſalutaſſe. Tranſlatum a vulgaribus iſtis amicis, qui non admittuntur in penetralia, ſed procul, atque a limine ſalutant, ac deinde diſcedunt.

Lacinia tenere. Qui leuiter rem tenent, lacinia tenere dicuntur, hoc eſt, extrema veſtis ora. Cicero. Idem dictum et hodie durat apud noſtrates, ſi quem inuitant non ex animo.

Surculum defringere. Eſt non callere totam diſciplinam, ſed ex ea paullulum, quod ad praeſens inſtitutum faciat, decerpere, quem ad modum Iureconſulti nonnunquam ſententiam aut fragmentum adducunt e Theologorum diſciplina. Idem.

Vt canis e Nilo. Qui leuiter ac velut obiter artem quampiam, aut auctorem deguſtant, hi ceu canis e Nilo deguſtare dicentur. In Aegypto conſtat canes raptu crocodilorum exterritos, bibere et fugere. Solinus ait, eos non niſi currentes lambitare, ne deprehendantur. Macrob.

Per tranſennam inſpicere. Pro eo, quod eſt, non propius neque ſingillatim, ſed procul et ſummatim inſpicere. Tranſlatum a negotiatoribus, qui mercibus cancellos obiiciunt. Quidam etiam vitrum pellucidum opponunt, vt praetereuntibus procul modo contemplari liceat. Cicero.

Per nebulam, per caliginem, per ſomnium. Quarum rerum ambiguam quamdam, ac tenuem, paeneque euanidam memoriam aut intelligentiam obtinemus, eas per nebulam recordari, per ſomnium meminiſſe, per caliginem videre, proverbio dicimus. Plaut.

Moriendum priuſquam cet. Ariſtoteles lib. 3. Rhetoricorum, commemorat Alexandridae dictum, vt vulgo celebre ac laudatum: Καλὸν γ' ἀποθανεῖν πρὶν θανάτου δρᾶν ἄξιον. *Id eſt, Hone-* Ariſtot.

ſtum eſt mori, priuſquam aliquid morte dignum commiſeris. Senſus eſt, vt ipſe exponit Ariſtoteles. Decet mori morte indignum: ſiue, honeſtum eſt mori, cum nihil morte dignum admiſeris.

Per Satiram. Variarum rerum mixtarum ſparſim, nulloque ordine congeſtarum, veteres Satiram appellabant. Apparet vocem primum deductam a laſciuia Satirorum, temere nunc huc, nunc illuc ſalientium. Hinc deflexa eſt ad cibi genus, quod ex diuerſis herbarum formis conflatum eſt: praeterea ad lancem variis rerum generibus onuſtam, quae ſic diis offerebatur, non diſſimilis illi poculo, quod Graeci πεντάπλοον a quintuplici rerum differentia, ſiue κέρνος a mixtura vocabant. Feſtus ait, Saturam ſiue Satiram dici cibum variis rerum generibus conditum, aut legem aliis multis confertam legibus. Itaque in ſanctione legum adſcribi ſolere, neue per Satiram derogato aut abrogato, cum ſignificant totam legem eſſe ſeruandam.

Summo pede. Ἄκρῳ ποδί. Eadem figura dictum eſt, qua ſummo digito. Negatur ſummo pede attigiſſe diſciplinam, qui numquam ingreſſus eſt, nec attigit limen illius.

Plato. *In tranſcurſu.* Plutarchus de liberis educandis: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ παραδρομῆς μαθεῖν ὥσπερ εἰ γεύματος ἕνεκεν.

Lucian. *Summis labiis.* Cum quis verbis duntaxat ſimulat quippiam, non autem ex animo facit.

Idem. *Summis naribus olfacere.* Τῇ ἄκρῃ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι. Pro eo quod eſt, Leui experimento coniecturaque qualicumque deprehendere.

Cicero *Extremis digitis attingere.* Pro eo quod eſt, Leuiter attingere: quod ita demum adagium videbitur, ſi metaphora acceſſerit. Tranſlatum a luctantibus: Graeci ἀκροχειρίζεσθαι vocant colluctari

ſtari cum quopiam citra reliqui corporis congreſſum, ſed ſummis duntaxat digitis.

Primoribus labiis deguſtare. Eſt breuiter quippiam attingere. Ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter deguſtant, nihil inde in ſtomachum tranſmittentes.

Molli brachio. Leui brachio. Cum indiligentem operam ſignificamus.

Suſpenſa manu. Pro eo quod eſt, Leuiter, parumque accurate. Plinius.

Compreſſis manibus. Compreſſis ſedere manibus, dicitur in otioſos, et nihil aliud, quam ſua fata deplorantes. Exſtat et in Hebraeorum prouerbiis: Paullulum conſeres manus: in ignauum. Figura ſumta a geſtu ſollicitorum quidem, ſed inertium tamen. Salomo.

Pulmo prius veniſſet. Dictum eſt olim in lentos ac ceſſatores. Opinor quod pulmo cum perpetuo moueat, numquam tamen loco ſe promouet. Plaut.

INDVSTRIA.

Dii facientes adiuuant. Significat diuinam opem non ceſſantibus ſed induſtriis, et pro ſua virili conantibus auxilio eſſe ſolere. Varro.

Cum Minerua manum quoque moue. Huic finitimum eſt σὺν Ἀθηνᾶ καὶ χεῖρα κίνει. Monet adagium, ne fiducia diuinae opis, induſtriam remittamus. Sunt qui putent ab agaſone quopiam natum, cuius aſinus, cum luto infixus haereret, deberetque illi ſuccurrere, otioſus Herculem implorabat. Huic reſpondiſſe Deum, vti interim manum admoueret aſino laboranti, atque ita demum numen adfuturum. Alii diuerſam huic fabulam adferunt. Puta quemdam cum eſſet decertaturus, Mineruam conſuluiſſe, num futurum eſſet, vt victor diſcederet. Reſponſum Idem.

eſt

eſt fore. Verum cum ille ingreſſus in theatrum, in certamine manibus ſtaret otioſis, percuſſum ab aduerſis victum fuiſſe.

Diog. *Manum admouenti fortuna eſt imploranda.* Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα δεῖ τὰν τυχὴν ἐπικαλεῖν. Admonet adagium, ita fidendum eſſe diuino auxilio, vt nihilo ſegnius noſtra adnitamur induſtria. Huic qui laborat, adeſſe Numen aſſolet. Origo talis: Ruſticus quidam cum plauſtrum haereret in lama, ociofus inuocabat Herculem. At ille adſtans: *admoue*, inquit, *manum rotae, ſtimula boues et Deum inuoca.*

Tryph. *Ni purges et molas, non comedes.* Ἂν μὴ καθαρῇς καὶ ἀλέσῃς, οὐ μὴ φάγῃς. *Id eſt*, Non contingit tibi et victus, niſi tuam idem induſtriam adiunxeris. Ceres cum Triptolemo vſum frumenti oſtenderet, ita dixiſſe fertur.

Neque mel, neque apes. Μήτε μέλι, μήτε μελίσσας. In eos dici ſolitum, qui recuſant incommodum ferre, quod ſit cum commodo quopiam conjunctum, veluti, ſi quis apes, quod ſint aculeatae, nolit perpeti, is nec melle quidem, quod optat, fruetur. Eodem pertinet illud Plauti: *Fortiter malum qui patitur, poſt potitur bonum.*

Qui vitat molam, vitat farinam. Ὁ φεύγων μύλον, ἄλφιτα φεύγει. Qui refugit induſtriam, non fruetur emolumentis.

Homer. *Induſtriam adiuuat Deus.* In aggrediendo negotio, quaedam humana ratione prouidentur, quaedam fortunae commoditas, ipſaque res ſuppeditat, apud Homerum.

Τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις
Ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.

Idem. *Manum admouere.* Τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν. Dicebantur, qui ſeſe inſinuarent in rei cuiuſpiam egre-

egregiae communionem. Tranſlatum a ſacris, in quibus nonnumquam fieri ſolet, vt aliis rem diuinam facientibus, alius aliquis aduenicns admota victimae manu, fiat et ipſe particeps ſacrificii.

Optimum obſonium labor ſenectuti. Ὄψον ἄριστον πόνος τῷ γήρᾳ. Laborandum in iuuenta, quo ſeni ſuppetat commodius viuendi facultas. Diogenes interrogatus, quid eſſe miſerrimum cenſeret: reſpondit, Senectutem inopem.

Lutum niſi tundatur, non fit vrceus. Ὁ πηλὸς ἢν μὴ δαρῇ, κέραμος οὐ γίνεται. Citra laborem nullus euadit in virum abſolutum. Apoſtolius hauſit hoc a vulgi fece. Apoſt.

Manu fingere. Eſt arte, curaque formare. Metaphora ſumta ab iis, qui e cera ſiue argilla fingunt imagines. Seneca.

Serere ne dubites. Quo monemur, ne quando pigeat eiuſmodi rerum aliquod moliri, e quibus nihil omnino diſpendii, ſed plurimum emolumenti poſſit proficiſci: ſi non in praeſens, certe in poſterum; ſi non nobis; at ſaltem poſteris. Columella.

Qui arat oliuetum. Colum. lib. VI. de re Ruſt. *Quin etiam*, inquit, *compluribus interpoſitis annis oliuetum putandum eſt. Nam veteris prouerbii meminiſſe conuenit. Eum, qui aret oliuetum, rogare fructum, qui ſtercoret, exorare: qui caedat, cogere.* Huic adagio locus fuerit, vbi ſignificabimus fieri non poſſe, quin voto potiatur is, qui curam extremam impenderit. Idem.

Quid tandem non efficiant manus? Τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργασαίατο. Admonet nihil eſſe rerum omnium, quod arte, quod induſtria non efficiatur. Ariſtoph.

Proba eſt materia ſi probum adhibeas artificem. Egregia quidem indoles, ſi recte inſtituatur: Felix ingenium, ſi praeceptor contingat idoneus. Plaut.

Artem

Sueton. *Artem quaenis alit terra.* Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει. Prouerbialis sententia, qua significatum est, certissimum viaticum esse eruditionem, aut artificium aliquod. Fertur, etiam inter Graecorum sententias huiusmodi senarius:

Λιμὴν ἀτυχίας ἐςὶν ἀνθρώποις τέχνη.

Ex vmbra in solem. Ex vmbra in solem educere, est rem prius abditam et otiosam in publicum et in communem vitae vsum educere. Translatum ab athletis, quibus mos, solis et pulueris patientia confirmare corporis robur. Delicatorum autem est, in vmbra latitare.

Cicero. *Manus pretium.* Manus pretium appellare videtur mercedem, non quae datur pro materia, sed quae artis nomine debetur architecto. Detorqueri poterit in eos, qui institutione formant ad virtutem, aut corrumpunt discipulos.

Plutarch. *Muli Mariani.* Muli Mariani, castrensi proverbio dicti sunt varicosi milites, qui ex C. Marii ducis instituto in furca, tabella interposita, sua onera portare consueuerunt. At Plutarchus in vita C. Marii, originem adagii bifariam refert, cum Marius imperator milites cursu variisque ac longis itineribus, gestandisque oneribus exerceret, atque illi iam assueti, non gravatim ea ferrent, castrensi ioco muli Mariani dicti sunt. Meminit et Iulius Frontinus hisce verbis. Caius Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vasa et cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus et habile onus et facilis requies esset, vnde et in prouerbium tractum est Muli Mariani, nimirum ob laborum tolerantiam, quod Homerus ἡμιόνους ταλαιέργους idemtidem appellat. Sunt qui tradant cum Scipio quo tempore Numantiam obsidebat, non solum

lum arma et equos, verum etiam mulos dare pararet, Marium dixisse se pulcerrimum equum et malum a se nutritum habere, qui robore ac viribus longe ceteris praestaret, militem significans ad quiduis laboris exercitatum, id cum saepius ab imperatore referretur, in adagium abiit, vt si quando militem significarent tolerantem, mulum marianum appellarent. Festiuius erit, si detorqueatur in hominem immenso studio aut perpetuis negotiis vehementer districtum.

INFACVNDIA.

Βατταρίζειν. Dicebantur vulgo, qui balbutirent, quibusque haesitans esset et impedita lingua: inde translatum ad eos, qui nugas deblaterant. Vnde battarismon nugacitatem vocant, vocem a Batto quopiam Thebano mutuati, cui vox fuerit exilis, linguaque parum articulata. Suidas.

Canere ad myrtum. Ἄδειν πρὸς μυῤῥίνην Prouerbio jubebatur imperitus litterarum et infacundus, quique non posset apud eruditos loqui. Hinc sumta metaphora, quod apud veteres mos esset, vt in conuiuiis singuli suam cantionem canerent: quod si quis citharam accipere recusasset, vtpote musices ignarus, is per iocum accepto ramo laureo seu myrteo, cogebatur ad eum canere. Plutarch.

Ialemo frigidior. Ἰαλέμου ψυχρότερος. De cantione, oratione, argumento, ioco, aut eiusmodi re quapiam supra modum frigida, recte dicetur. Quidam aiunt Ialemon lugentis vocem esse. Nam Ἰαλεμίζειν Graeci dicunt pro complorare. Alii tradunt Ialemum Calliopes fuisse filium, infelicem, nulliusque pretii hominem, praesertim in cantu admodum frigidum, vnde Ialemi cantilena, pro frigida ac miserabili dicunt.

Peius

Peius Babys tibia canit. Κάκιον Βάβυς αὐλεῖ. Hoc adagium dici consueuit in eos, quorum exercitatio semper vergit in peius. Quod genus sunt oratores quidam, qui quo diutius dicunt, hoc dicunt indoctius. Ferunt Babyn fratrem fuisse Marsyae, qui non veritus est ipsum Apollinem ad canendi certamen euocare. A quo cum esset victus ab eodem supinus de pinu suspensus excoriatus est. Deinde cum Apollo pararet quoque Babym perdere, intercessit Pallas, admonens hunc vsque adeo infeliciter et indocte tibiis canere, vt omnino negligendus esse videretur, κάκιον, inquiens, βάβυς αὐλεῖ. Quibus verbis commotus Apollo Babyn adeo contemsit, vt eum ne supplicio quidem dignum existimaret, sed suae potius inscitiae iudicaret relinquendum.

INFORTVNII SIVE EXITII.

Aul. G. *Asinus inter simias.* Ὄνος ἐν πιθήκοις. Vbi quis incidit in homines nasutos & contumeliosos, ipse stolidus a quibus impune irrideatur. Quin et hodie simile quiddam dicunt: *Noctua inter cornices,* vbi stupidior aliquis in homines petulantes ac dicaces incidit.

Nouacula in cotem. Ξυρὸς εἰς ἀκόνην. Dici solitum in hos, qui forte in eas res inciderunt, in quas minime volebant. Siquidem nouacula, si in molle quippiam inciderit, dissecat: si in cotem, retunditur.

Suidas. *Victus spinosus.* Βίος ἀκανθώδης. *Id est*, Vita spinosa, aspera, dura ac prisca, qualem agebant illi, quibus glandes erant loco placentarum. Suidas conjungit hoc Atticis prouerbiis, quibus mollem ac delicatam vitam declaramus, veluti contrarium. Idem indicat eodem sensu dici, Βίον ἀβίωτον, hoc est, tristem et insuauem. Nam latinis interdum vivere dicuntur, qui non spirant tan-

tantum, sed qui genialiter viuunt. Contra Graecis ἀβιώτως ἔχειν dicuntur, quibus desunt vitae praesidia. Potest intelligi et de Amicis facultatibus.

Hodie nihil succedit. Plautus Amphitryo in sui nominis fabula citat adagii titulo: *Nihil est, vt dici solet, quod hodie bene succedat mihi.* Allusit autem ad vulgi superstitionem, cui quidam dies credebantur rebus gerendis auspicati, quidam infelices. Quod si vnum atque alterum parum successit ex sententia, hinc aestimantes totum diem, dicunt, *Hodie nihil succedet*, et ab omnibus negotiis abstinent. Plaut.

Tempestas rerum. Cum significabimus magnam rerum confusionem, vti licebit his versibus Homericis, quos vsurpat M. Tullius lib. Epist. ad Q. Fratrem. 3. Homer.

Ἤματ' ὀπωρινῷ ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ.

Ζεύς· ὅτε δή γ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ,

Aqua et terra reddamini. Ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. Pro eo quod est, Redigamini in nihilum ac pereatis. Hemistichium est Homericum.

Asinus inter apes. Ὄνος ἐν μελίτταις Dici solitum, vbi quis infeliciter incidit in homines improbos atque importunos. Suidas.

In apes irruisti. Εἰς μελίττας ἐκώμασας. Vbi quis, praeter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur.

Dicas tria ex curia. Εἴποις τὰ τρία παρὰ τῆς αὐλῆς. Antiquitus, qui iudicum sententiis fuissent ad capitale supplicium condemnati, priusquam ad mortem ducerentur, ea facultas concedebatur, vt vino ciboque expleti, tria quaedam quaecumque lubitum esset, dicerent. Quae simul atque dixissent, promulgata damnatione producebantur ad supplicium. Αὐλὴν enim olim voca- Zenod.

bant eum locum, quo damnati ducebantur. Coniicio dici solitum, vbi quis petulantius loqueretur, sed magno suo malo, aut exitium imprecaretur alicui.

Zenod. *Ad aquam malus.* Ἐφ' ὕδωρ κακός. In infimae sortis homines dicebatur, ac sordidissimis quaestibus addictos, propterea quod antiquitus infames habebantur, multoque omnium contemtissimi, qui litigantibus aquam subministrabant. Veteres enim ad clepsydrarum mensuram in iudiciis dicere soliti erant. Infundebatur et certantibus per clepsydras aqua. Eam aquam tenues quidam ac nullius frugis homines infundebant dispensabantque. Porro qui hoc ministerio fungebantur, Athenis habebantur reiecti, vel pariter, ac bonae famae indigi.

Canis in vincula. Κύων ἐπὶ δέσμα. Dicebatur, vbi quis seipsum in seruitutem, aut in malum aliquod iniiceret. Sumtum a canibus vltro se praebentibus vinciendos cibi lenocinio.

Plutarch. *Mitte in aquam.* Βάλλ' ἐς ὕδωρ. *Hoc est*, Aufer e medio. Dicitur in hominem, vel in rem exitio dignam. Tractum a supplicio quorumdam, qui in profluentem aut mare praecipitabantur, quae poena peculiaris erat parricidis apud Romanos. Mihi non absurdum videtur, si referatur ad aquam clepsydrarum dispensandam, vt intelligas in ius trahendum et ad prouerbium, quod alio diximus loco, ὑφ' ὕδωρ ὁ πονηρος.

Ad Cynosarges. Ἐς Κυνόσαργες. Erat Cynosarges locus in Attica quispiam, in quo nothi spuriique exercebantur. Vnde vel contumeliae causa dicebantur εἰς κυνόσαργες, velut in spurium: vel imprecando, quasi dicas, *In malam crucem*. Descendit vox ἀπὸ κυνὸς ἀργῦ a cane albo qui Atheniensi cuipiam, cum sacrificaret Herculi, victimae partem abreptam in locum quemdam deposuit. Territus Atheniensis prodigio,

digio, vbi Deum consuluit, responsum accepit, vt in eo loco Herculi sacellam exstrueret, in quem victima deportata esset, nam Herculi eum placere. Quoniam autem Hercules nothus fuit, sed virtute Diis par factus, visum est, vt spurii ibi exercerentur.

Ad coruos. Βάλλ' ἐς κόρακας. Perinde valet quasi dicas: *Abi in malam crucem, in malam rem, atque exitium.* Aristophanes: Ἔῤῥ' ἐς κόρακας θᾶττον ἀφ' ἡμῶν. In Thessalia locus quidam fuit, cui nomen inditum coruis, in quem nocentes praecipites dabantur. Quidam originem adagionis ad huiusmodi quamdam historiam referunt. Boeotiis quondam Arnam incolentibus oraculo praedictum est, futurum, vt e finibus expelleretur, simul atque corui albi apparuissent. Euenit deinde, vt adolescentes aliquot per lasciuiam ac temulentiam, coruos, quos ceperant, gypso oblitos rursum emitterent. Quos vbi vidissent volantes Boeotii, recordantes oraculum, arbitrabantur adesse tempus, quo forent suis e sedibus eiiciendi, summopere perturbati sunt. Ceterum adolescentes, territi et ipsi tumultu profugerunt, ac locum quemdam sibi mercati sunt, cui nomen indidere Coracon, id est, coruorum. Contingit aliquando post, vt Aeoles reiectis Boeotiis, Arnam occuparent. Apud quos hic deinde mos receptus, vt maleficos relegarent in eum locum, cui nomen erat corui. Alii recensent, Boeotiis aliquando a Thracibus subuersis ac profligatis respondisse Deum, vt ibi sedem figerent, vbi coruos albos conspexissent, conspexisse autem in Thessalia iuxta sinum pagaeaticum circumuolantes coruos quosdam soli sacros, quos pueri per lusum, gypsatos dimiserant. Boeotii vero rati iam perfectum oraculum symbolum, inibi sedem constituerunt. Sunt qui paroemiam ad coruo- Aristoph.

 rum

rum volatum referant, quod in desertis fere locis volitare consueuerint.

Lucian. *In lapidicinas.* Εἰς λατομίας. Quum significamus quempiam e medio tollendum, et in rem malam aliquo auferendum. Natum a Philoxeno Poëta dithyrambico, qui quum Dionysii tyranni poëmata non probaret, vtpote indocta, in lapidicinas ab eo detrusus est. Deinde reuocatus illinc amicorum precibus, vbi denuo Dionysium sua carmina pronunciantem audisset, surrexit; et rogatus a Dionysio, quid esset rei, respondit, satius ac potius esse in lapidicinis vitam degere, quam illius audire poemata.

In puteo cum canibus pugnare. Ἐν φρέατι κυσὶ μάχεσθαι. Dici solitum, vbi cuipiam negotium incidit cum homine rixoso et contentioso, a quo se nequeat extricare.

Aristoph. *In beatam.* Βάλλ' εἰς μακαρίαν. Pro eo quod est, in malam rem. Pausanias refert Macariam esse paludem in Marathone, in qua magna vis Persarum perierit, ignoratione viarum in ipsa prolapsa.

Diog. *In Orci culum incidas.* Ἅδου πρωκτῷ περιπέσοις. Sermo perniciem et extremum exitium imprecantis.

Charontis ianua. Χαρώνειος θύρα. De imminente capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabatur vna e carceris ianuis, per quam damnati iudicum sententiis ad supplicium educebantur.

Aurum habet Tolosanum. In eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nouoque ac miserando exitio perit. Nam cum oppidum Tolosanum in Gallia Q. Cepio Consul diripuisset, multumque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit.

Equum

Equum habet Seianum. Olim prouerbio dicebatur in calamitosum, et ad extremam inopiam redactum. Allegoria sumta est ab equo quodam fatali, cui a Cn. Seio domino nomen inditum est Seiano. Is ex Diomedeis equis prognatus creditus est, fuit insigni quidem specie, verum eiusmodi quodam fato, vt quisquis eius equi possessor esset, is cum omni domo ad internecionem vsque periret. Id quod Cn. Seianus ipse capitis damnatus, ac miserando affectus supplicio. Deinde et Dolabella bello interfectus, post hunc Cassius ab hostibus occisus, deinceps Antonius detestabili exitio perditus probauit. Hunc equum C. Bassus Argis se vidisse refert, haud credibili pulchritudine, vigoreque et colore exsuperantissimo, nempe puniceo.

Tragicum malum. Τραγικὸν πάθος. Dicetur ingens, cuiusmodi finguntur in Tragoediis.

Mustelam habes. Γαλῆν ἔχεις. In eum quadrat, cui omnia sunt inauspicata, tamquam fatis ac diis iratis, vt aiunt. Olim creditum est hoc animal inauspicatum infaustumque esse iis, qui haberent, domique alerent. Diog.

Cadmea victoria. Καδμεῖος νίκη. Huius adagii varium adducunt et sensum et originem. Sunt qui putent inutilem victoriam Cadmeam vocatam, propterea quod Eteocles et Polynices Thebani, cum de regni vicibus disceptarent, singulari certamine congressi vtrique perierint; vel quod Cadmei deuicerint quidem Argiuos cum Adrasto militantes, sed suo malo. Posteris enim illorum poenas abunde magnas dederunt; vel quod Oedipus soluto sphingis aenigmate victoriam quidem a monstro magnificam reportauit, verum post imprudens suam ipsius matrem duxit vxorem; idque simulatque resciuit, oculos sibimet eruit. Itaque illius quoque victoriae parum felix exitus fuit. Sunt qui huc referant. Cum

Cadmus litteras a Phoenicibus acceptas, Graecis tradere vellet, Linum, quod is quoque litteras suas proferret, interemit. Deinde ciues Cadmum exegerunt, vt nec huic bono fuerit Linum superasse. Sed vndecumque natum est adagium, Cadmeam victoriam appellabant infelicem, etiam ipsis victoribus; et medici cadmeam victoriam vocant, cum ita depellitur morbus, vt aegrotus interim in remedio pereat, succumbente natura.

Suidas. *Fortunatior Strobilis Carcini.* Ἐυδαιμονέστερος Καρκίνου Στροβίλων. Ironia prouerbialis in infelicem et improbum. Carcinus Poëta quispiam fuit, cuius filii dicti sunt Strobili. Iocus autem sumtus est a nominum allusione. Nam Graece Carcinus cancrum, Strobili cochleas significant. Vtrumque genus distortum ac foedum.

Idem. *Issa.* Ἴσσα. Issa prouerbialis erat acclamatio in eos quibus ζ littera sorte cecidisset, quique modis omnibus essent infortunati. Coniectare licet eam litteram sortibus inauspicatam fuisse, alii inuisam fuisse perhibent, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitetur.

Genius malus. Adagium apparet e priscorum opinione profectum, qui singulis binos genios attribuunt, quos daemones vocant: quorum alter perniciem nobis moliatur, alter iuuare studeat.

Vel hosti miserandus. Est hyperbole. Nam hostis non facile commouetur misericordia. Confine illi: *Quod vel ipse probat Momus.*

Mala vltro adsunt. Idem et vulgo dicitur: * Mala vltro adesse, vel inuocata.

Aristoph. *Per medium annulum trahere oportet.* Διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἑλκυσθῆναι. In eum quadrabit, qui sit vehementer extenuato gracilique corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Equidem opinor adagium esse natum a lusu, quo ouum aceto maceratum, per annulum trahitur.

E tribus

E tribus malis vnum. Τῶν τριῶν κακῶν ἕν. Sumtum a Theramene, qui cuidam e tribus malis vnum indixerit, e quibus, quod vellet, eligeret. Sunt qui dicunt iis, qui ſententia capitali damnati fuiſſent, tria ſolere deterri, gladium, laqueum, et aconitum. Menand.

Extrema extremorum mala. Ἔσχατων ἔσχατα κακὰ διαπέπρακται. Hunc ſermonis typum Graeci videntur ab Hebraeis mutuo ſumſiſſe, qui vehementiam et ἐπίτασιν eiuſdem dictionis congeminatione ſignificabant. Apud Hieremiam: *Ficus bonas bonas: et ficus malas malas:* cum valde bonas et valde malas velit intelligi. In hoc ſchemate ſita prouerbii ratio.

Ogygia mala. Ὠγύγια κακά. Recte dicentur vel ingentia vel antiqua. Nam vtrumque Graece ſignificat Ogygium. Alii malunt ad Ogygum primum Thebanae ciuitatis principem referre. Huius filius Cadmus, ob filias ſuas in varias calamitates incidit. Quo reſpiciunt, qui Ogygia mala pro atrociſſimis interpretantur.

Diolygium malum. Διωλύγιον κακόν. *Id eſt,* Ingens malum. Dicitur de eo, qui malo quopiam ingenti ac diuturno tenetur. Plato.

Labore laborioſus Πόνῳ πονηρός. Ipſa figura hyperbolen habet laboris immodici. Eſt autem iocus ob amphibologiam vocis; Πονηρὸς enim Graecis vt laborioſum ac miſerum, ita ſignificat malum aſtutumque. Suidas.

Lemnium malum. Λήμνιον κακόν. De malis immenſis ac miſerandis. Hiſtoria, vnde natum adagium, varie narratur, neque magni refert eam anxie perſequi. Herodotus et prouerbii et hiſtoriae meminit in hanc fere ſententiam. Pelaſgi, ex Attica per vim expulſi Lemnon incolebant. Huius iniuriae cum poenas de Atticis ſumere cuperent, probeque cognitos haberent dies feſtos ac ceremonias illorum, collocatis inſidiis, Idem.

vxores Atheniensium abduxerunt, cum Minervae sacra facerent in Baurone, hisque in Lemnum nauigio asportatis, concubinarum vice sunt abusi. Ceterum mulieres cum plurimos liberos parerent, omnes et Atticis moribus instituerunt, et Attice loqui docuerunt. Ita factum est, vt nec miscere conjugia cum puellis pelasgicis vellent, et si quando Pelasgus quempiam pulsare conaretur, omnes conglobati Attici, huic suppetias ferrent. Breuiter adeo inualescebat pubes Attica, vt plerisque in rebus priores tenere viderent. Quare visum est Pelasgis, vt filios ex Atticis mulieribus susceptos trucidarent; idque perfecerunt occisis vna et matribus. Deinde sterilitate, orbitate, pestilentia, reliquisque plurimis adacti malis, Delphicum oraculum consuluerunt, qua via calamitatibus leuari possent. Hinc igitur ait per omnem Graeciam increbuisse prouerbium, vt ingentia miserandaque mala dicerentur Lemnia. Partim igitur hinc natum adagium putat, partim illinc, quod aliquando Lemniae mulieres, graueolentia maritorum offensae, eos vniuersos sustulerunt, auxilio Thoantis.

Suidas. *Magnetum mala.* Μαγνήτων κακά. De malis ingentibus dictum videtur, aut iis, quae in auctores suos recidunt. Sumtum apparet ab historia, qua de Magnetibus afflictis Suidas meminerit, in quae feruntur incidisse violato numine quopiam.

Homer. *Malis mala succedunt.* In eum, qui variis exercetur fortunae incommoditatibus, nunc morbo, nunc rapinis, nunc aliis atque aliis malis, conveniet illud Homeri:

Ἄλλοτε μέν τε νότος βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι,

Ἄλλοτε δ' αὖτ' εὖρος ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.

Taena-

Taenarium malum. Ταινάριον κακόν. Si quid crudelius saeuitum esset in famulos, Taenarium malum vocabant, propterea quod olim Lacedaemonii captiuos, qui in Taenarum confugerant, reductos, capitis affecerunt supplicio. Est autem Taenarus oppidum quoddam Laconicae, cuius incolae Tenaritae vocantur. In huius regionis promontorio est spelunca, per quam aditus ad inferos.

Tam perit, quam extrema faba. Propterea quod extremae fabae plerumque aut proterantur, aut decerpantur a praetereuntibus. Quadrabit igitur in hominem seu rem, omnibus omnium iniuriis expositam. Festus Pomp.

Viuus vidensque. Quod in Eunucho dixit Terent. *Viuus vidensque pereo*, id M. Tull. indicat prouerbiali figura dictum esse in oratione pro P. Sestio. Vsurpat et aliquot locis D. Hieron. Terent.

Ilias malorum. Ἰλιὰς κακῶν. De calamitatibus maximis simul et plurimis propterea quod in Iliade Homerica nullum mali genus non recenseatur. Cicero.

Lerna malorum. Λέρνη κακῶν. De malis plurimis simul in vnum congestis et accumulatis. Strabo commemorat Lernam lacum fuisse quempiam Argiuorum ac Myceneorum agro communem, in quem cum passim ab omnibus purgamenta deportarentur, vulgo natum prouerbium λέρνη κακῶν. In hoc lacu poetae fingunt hydram illam septem capitum constitisse, quam Hercules confecerit igni graeco. Zenodotus ait, locum quempiam fuisse in Argolica, in quem cum omne genus sordium promiscue coniicerent, foetidas inde ac pestilentes nebulas solitas exhalari; quam quam rectius autumat, adagium ad Danaidum fabulam referri. Nam ferunt Danaum quinquaginta iuuenes, Aegypti filios, quibus totidem filias suas collocarat, omnes eadem nocte truci-

 dasse

dasse, atque horum capita in eum locum fuisse congesta Hinc ortum est prouerbium. Neque vero negat fieri potuisse, vt contumeliae causa, in eumdem locum, in quo capita composuerat, iusserit et purgamenta comportari. Itaque, quoties hominem significamus vehementer infamem, atque omni turpitudinis genere contaminatum, aut coetum hominum pestilentium, quasique sentinam et colluuiem facinorosorum, recte dicemus λέρνην κακῶν.

Aristoph. *Semper ilio mala.* Ἀεὶ Ἰλίῳ κακά. De vehementer calamitosis et afflictis. Trojanorum excidium poetis multa Tragoediarum argumenta ministrauit, atque hinc prouerbium. Stratonicus rogatus cur nollet apud Ilienses viuere? respondit: ἀεὶ ἰλίῳ κακά.

Athen. *Sybaritica calamitas.* Συβαριτικὴ συμφορά. Sybaritae oraculo edocti erant, ipsos felices futuros, dum prospera vtentes fortuna Deos venerarentur, si autem illis mortales anteferrent, bello ipsos esse perituros. Euenit deinde, vt Sybarita quispiam seruum loris caederet in agro, qui cum ad numinis aram confugisset, nihilominus persequente domino caedebatur. Quod vbi vidit, sibi nihil profuisse numinis reuerentiam, protinus ad monimentum patris herilis confugit, atque ibi demum religione commotus herus, destitit a caedendo. Itaque iuxta Dei responsum, a Crotoniatis euersi sunt Sybaritae. Aelius Lampridius scribit eos eodem anno periisse, quo missum ex oleo et garo reperissent, quem ob id Sybariticum vocabant. Quadrabit adagium in eos qui neglectu deorum, aut ob intemperantem luxum subuertuntur.

Plaut. *Mare malorum.* Κακῶν θάλασσα. Dici solitum de calamitatibus immensis et omnigenis. Inde sumtum, quod mare res quaedam est infinita, vel

vel quod infinitis aerumnis abundant, qui in eo versantur.

Alio relinquente fluctu, alius excipit. Non incommode deflectetur ad incursus malorum, cum, (vt fere fit) calamitas calamitati succedit, iuxta illum prouerbialem versiculum. Aristid.

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Sumta metaphora a periculose nauigantibus, qui semper post vnius impulsum fluctus alium exspectant, succedentibus inuicem procellis; atque etiam numerant vndarum insultus, periclitantes nautae. Nam decimam quamque maxime formidant, quam veteres decumanam, Graeci τρικυμίας appellant.

Cyrbes malorum. Κύρβεις κακῶν. De vehementer improbis et omni facinorum genere contaminatis. Apud Athenienses tabulae quaedam erant quadrae, in quibus leges descriptae proponebantur, praeterea varia delinquentium poenae. Has illi κύρβεις appellant; apud Lucianum ἄξονες dicuntur.

Malorum thesaurus. Θησαυρὸς κακῶν. Exstat inter Graecanicas sententias senarius: Plaut.

Θησαυρὸς ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή.

Malorum Panegyris. Κακῶν πανήγυρις. De malis agminatim ingruentibus, et inuicem sibi succedentibus. Panegyris dicebatur sollemnis ille populi conuentus, ad ludos festos celebrandos, voce hinc composita, quod festis diebus vniuersi conuenirent.

Per tenebras quae apud quercum. Τὸ περὶ δρῦν σκότος. De ingenti ac fatali calamitate dicebatur. Prienensium plurimos a Milesiis occisos fuisse iuxta locum, cui nomen quercus. Vnde receptum, vt Prienensium mulieres, eius calamitatis memores, per tenebras, quae circa quercum essent, iurarent. Huius historiae et adagii simul Aristoph.

meminit

meminit et Plutarchus ad hanc ferme ſententiam. Cum bellum eſſet inter Prienenſes et Samios, initio mediocribus damnis inuicem ſeſe afficiebant. Deinde iuſto praelio commiſſo mille Samii a Prienenſibus occiſi ſunt. Septimo poſt anno congreſſi cum Mileſiis, primos quoſque ciuium, ac nobiliſſimos ſimul vno praelio amiſerunt. Quo tempore Bias ille ſapiens Samum a Prienenſibus orator miſſus, egregiam laudem adeptus eſt. Poſt eam itaque calamitatem atrocem ac miſerandam Prienenſium feminae per tenebras quae circa quercum erant, obteſtari ac deierare coeperunt, quod liberos, parentes, maritos, cariſſima quaeque pignora eo loco perdidiſſent.

Plutarch. *Grauiora Sambico patitur.* Δεινότερα σαμβικοῦ πάσχει. In eos qui cruciatibus exquiſitis torquentur, aut quibus inſignia mala accidunt. Sambicus quiſpiam Eleus, vna cum ſociis aliquot non paucas apud Olympia aereas ſtatuas concidit, vendiditque. Deinde maiora etiam auſus, Dianae praeſidis templum diripuit, eſt enim illius in Elide templum, quod Ariſtarcheum nominant. At ille mox comprehenſus, dum ſocios prodere recuſat, annum perpetuum exquiſitis cruciatibus dilaceratus eſt, inter quos etiam animam efflauit.

Malo aſino vehitur. Ἐπ' ὄνου πονηρᾶς ὀχούμενος. Mala aſella vehi dicuntur, quibus res ſunt parum ſecundae. Felices enim egregiis equis inſidere gaudent.

Plutarch. *Quae ex antiqua.* Τὰ ἐκ παλαιᾶς. *Id eſt*, Quae ex antiqua, ſubaudiendum, Tyro, Perinde valet, quaſi dicas ſummam moleſtiam extremumque malum. Nam ſignificabant tantum malorum, quantum antiqua Tyrus pertuliſſet expugnata ab Alexandro Magno, et ex inſula comportatis aggeribus, reddita continens.

Miſerior monomachis. Τῶν μονομαχούντων ἀθλιώτερος. Nam hi duriſſima lege committuntur, vt

aut

aut alter, aut vterque pereat. Hos Latini vocabant gladiatores. Quo ſpectaculo cum nihil poſſit immanius eſſe, tamen olim Romanis erat in deliciis.

Cuiuſmodi portento me inuoluit fortuna. Οἵῳ μὲ ὁ δαίμων τέρατι συνκαθεῖρξεν. Dici conueniet, vbi negotium incidit cum homine moroſo, difficilique, cum quo non queas viuere, nec a quo te poſſis extricare. Zenod.

My ſortitus es. Ἔλαχες τὸ Μ. Aenigma in ſtultos. Nam Graece Μωροὶ hanc initialem habent.

Nefaſti dies. Ἀποφράδες ἡμέραι. Olim vocabantur inauſpicati, et quibus publica non licebat agere. Vnde receptum, vt homines inuiſos ac deteſtandos ἀποφράδας appellarent.

Seruabis bouem. Βουκολήσεις. Hoc velut aenigmate ſignificabant exſilium. Siquidem, qui per oſtraciſmum eiiciebantur, in Argiuum exſulatum ibant. At illic bos erat aeneus inſigni magnitudine. Plutarch.

Inus dolores. Ἰνοῦς ἄχη. Ino Cadmi filia ex Athamante duos peperit filios, Learchum et Melicertam, praeterea filiam Eurycleam. Athamas autem verſus in inſaniam, reliquos liberos arcu percuſſit, occiditque. Ino vna cum Melicerta ſeſe in mare abiecit. Hinc ortum adagium, vt intolerandum et exanimantem (vt ita dixerim) dolorem ſignificantes, dicerent Ἰνοῦς ἄχη. Nam ἄχος proprie dolor dicitur apud Graecos, qui profus obſtupefacit, ſuique ſenſum adimit homini. Narratur etiam ad hunc modum. Athamanti prius fuerat vxor Nephele, ex qua duos ſuſtulit liberos, Hellen et Phrixum. Hac defuncta ſecundam duxit vxorem Ina. Ea veluti Noverca tendens inſidias Nepheles liberis, perſuaſit Indigenis mulieribus, vt ſemina in terram iacienda Zenod.

da prius phygerent, id est, adurerent in sartagine. Ceterum vbi res male euenisset, neque quidquam is annus produxisset; Athamas in hac rerum angustia Delphos misit, qui consulerent oraculum. Verum Ino legatos muneribus corrupit, vt domum reuersi dicerent, respondisse Deum ita demum penuriam annonae depellendam, si Hellen et Phrixum occidissent. Itaque persuasus Athamas Phrixum et Hellen ad aram admouit immolaturus. Verum dii miserti aurei velleris ariete vectos illos per aera sustulerunt, et Helle quidem cum sese in arietis tergo non satis teneret, delapsa est in mare, quod ab ipsa Hellesponticum appellatur; Phrixus autem in Colchicam regionem incolumis delatus est. Athamas ira Deorum in rabiem versus, Inus liberos aggressus est.

Niobes mala. Νιόβης πάθη. De maximis et acerbissimis malis dicebatur. Hanc enim fabulae narrant post occisos liberos, quos permultos habebat, prae dolore in saxum conuersam fuisse, illud innuentes, immodico dolore diriguisse.

Antiopae luctus. Ἀντιόπης θρῆνος. Dici consueuit, vbi quis innumeris calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Natum adagium ab Antiopae fabula, quae Nictaei filia fuisse narratur. Ea cum esset a ciue quodam vitiata, pater grauius irascens, ad fratrem mittit, vt de ea supplicium sumeret. At ille, quod vterum ferre videret, misertus, pepercerat. Itaque peperit Zethum et Amphionem, quos ille in montem abiecit. Erat autem huic vxor nomine Dirce, quae simulatque sensit virum suum Lycum Antiopae captum amore, puellam in montem abductam, tauri ceruicibus alligat, suspensis a cornibus tedis ardentibus, parans illam hoc exitii genere conficere. Verum ad vociferationem Antiopae concursum est, cum a vicinis rusticis tum

ab

ab Amphione Zethoque, qui matrem agnitam eripiunt, et a Dirce poenas sumunt.

Cythnicae calamitates. Κυθνιῶδεις συμφοραί. Aristoteles citat, Cythnios vsque adeo diuexatos afflictosque fuisse ab Amphitryone, vt in prouerbium abierint pro maximis cladibus et immensis calamitatibus. Cythnus ex insulis Cycladibus vna, contra Dryopidem sita. Aristot.

Cyrnia iactura. Κυρνία ἄτη. De magnis dispendiis et expilationibus dicebatur. Cyrnus insula quaepiam est e regione Apuliae, cuius incolae longaeui perhibentur esse, propter mel, quo plerumque vescuntur. Nam eius illic summa copia. Haec olim nauigantibus erat inaccessa, propter praedonum ac piratarum circa illam frequentiam. Zenod.

Argi collis. Ἄργου λόφος. Vbi quis ingentibus malis esset implicitus. Potest accommodari vel ad locum, vel ad negotium variis obnoxium calamitatibus. Natum aiunt a colle quodam, cui cognomen Argi, frequentibus homicidiis ac latrociniis infami.

Archidamicum bellum. Ἀρχιδάμιος πόλεμος. De bello saeuo crudelique dicebatur, epitheto sumto ab Archidamo, duce Lacedaemoniorum, qui maximis copiis impressionem fecerit in Atticam, eamque decem annis diuexarit. Grauissimam autem noxam inflixit Acharnensibus, succisis omnibus arboribus. Proinde cum funditus tollerentur omnia, bellum Archidamicum dicebatur. Lysias

Aegypti nuptiae. Αἰγύπτου γάμος. Inauspicatae et infelices dicebantur. Sumtum a notissima fabula Aegypti, qui filios quinquaginta, totidem fratris filiabus maritos dedit. Athi, praeter vnum, omnes a sponsis iugulati sunt.

Militauit cum Erasinade. Ἐστρατήγησε μετ' Ἐρασινάδου. Vulgo per iocum dicebatur de his, quibus res vndequaque male procederent. Erasi- Suidas.

nades

nades dux Arginusam obsederat. Infeliciter autem pugnatum est ad internecionem exstinctis, cum aliis quotquot resistebant, tum ipso duce. Hic Erasinades male audiebat, quod pecunias Hellesponticas furatus esset.

Zenod. *Excubias agere in Naupacto.* Φρουρῆσαι ἐν Ναυπάκτῳ. Achiui capta Naupacto, Pausaniam excubiis custodiaeque praefectum interfecerunt. Vnde res in iocum vulgi videtur abiisse aduersus eos, qui pereunt ignauia sua, aut qui munus odiosum ac plenum discriminis administrant. Suidas et aliam adagionis adfert originem, cum iis, qui Naupactum praesidio tuerentur, perpusillum salarii dependeretur, atque illi plurima, quae ad rem pertinebant, emerent, militari ioco iactatum est, vt apparet in eos, qui frustra sudarent, quosque sua spes frustraretur. Naupactus autem Aetoliae ciuitas, quam tum Philippus obtinebat.

Herod. *Lemnia manu.* Λημνίᾳ χειρί. Dictum pro eo quod est, nefaria, impia, crudeli.

Suidas. *Lepus apparens infortunatum facit iter.* Φανεὶς ὁ λαγὼς δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους. Vulgo creditum etiam his temporibus, occursum leporis omen esse parum felix iter ingressis. Torqueri potest ad interuentum cuiuspiam, qui videatur incommodum aliquod allaturus.

Horat. *Minxit in patrios cineres.* Qui intemperiis agetetur, cuique cuncta cederent infeliciter, in patrios cineres minxisse dicebatur. Antiquitus enim paterni sepulcri summa fuit religio. Proinde qui monimentum patris violasset, huic sicut et parricidis, Erinnes furias vltrices immittebant, neque quidquam prospere succedebant.

Rupta ancora. Κράδης ῥαγείσης. Dicebatur de his, qui repente tamquam magnum quiddam facturi prodiissent, deinde falsa omnium exspectatione,

ſtatione, turpiter et indecore ſeſe geſſiſſent in negotio. Tranſlatum a Tragoediarum hiſtrionibus, qui ſi quando numen inducendum eſt, derepente machinis quibuſdam ſublati in ſumma ſcena apparere conſueuerunt, velut in aëre pendentes, hamo quopiam a tergo in cingulum affixo ſuſpenſi. Nam iis nonnumquam eueniebat, vt forte fortuna rupta ancora, qua ſuſtinebantur, deciderent, non ſine magno ſpectatorum riſu, ſuoque tum malo, tum dedecore. Porro crada hoc loco non ficulnum ramum indicat, ſed vncum illud aes, quo vincti tenebantur actores in machina.

Commune naufragium. Κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύθιον. Multo facilius fertur malum, quod nobis eſt cum omnibus, aut cum multis commune. Aeſchin.

Obedientia felicitatis mater. Πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας μήτηρ. Principis eſt, conſulere ſaluti ciuium, id conatur bonis aequis legibus. Populi eſt his obtemperare, ſi velit eſſe felix. Sed vtinam non eſſent Ioues ὀλέθριοι, quibus vxor eſſet ἄγνοια et filia δυστυχία.

INGENII MALITIA ET INSTITVTIO.

Lupus pilum mutat, non mentem. Ὁ λύκος τὴν τρίχα, οὐ τὴν γνώμην ἀλλάττει. Senecta canitiem adfert improbis, non item aufert malitiam. Caneſcunt enim lupi velut et equi; more hominum per aetatem.

Naturam expellas furca tamen vſque recurret. Horat. Senſus eſt: Haud facile dediſci, quae nobis natura penitus indidit, atque inſeuit. Ducta eſt metaphora a ramis, qui appoſita furca torquentur alio, quam natura poſuerat. Ea vero ſublata, rurſum vergunt eodem quo prius.

Lignum tortum haud vmquam rectum. Ξύλον ἀγκύλον οὐδέ ποτ' ὀρθόν. Distorta prauaque ingenia vix vmquam ad bonam frugem traducuntur.

Aethiops non albescit. Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται. De iis dici solitum, qui numquam mutaturi sunt ingenium. Quidquid enim natiuum, id haud facile mutatur. Fertur Aesopicus apologus de quodam, qui emto Aethiopi, cum eum colorem arbitraretur non natiuum esse, sed domini superioris accidisse neglectu, assidua lotura faciem diuexauit, ita vt morbum etiam adiungeret, colore nihilo, quam antea fuerat, meliore.

Porphyr. *Qui semel scurra, numquam paterfamilias.* Sensus est, eum quem semel depuduerit, quique contemta fama scurram agere coeperit, vix vmquam ad bonam frugem redire.

Aristoph. *Podex lotionem vincit.* Πρωκτὸς λουτροῦ περιγίνη. In eos, qui sese in malum aliquod adigunt, propterea quod ea corporis pars, etiamsi lauetur, semet rursum inquinat, ita vt ipsa sit in causa quo minus lauari possit. Putant adagium videri sumtum ab iis potissimum, qui cita sunt aluo, quos Nonius foriolos appellat.

Idem. *Occasione duntaxat opus improbitati, vel malitiae.* Quadrabit in nocendi cupidos, qui ne temere laesisse videantur, causas praetexunt Malefacere qui vult, nusquam non causam inuenit. Vulgo dicitur apud nostrates: *Facile fustem inuenerit, qui cupit caedere canem.*

Hieron. *Saliuam imbibere.* Sumta metaphora ab infantibus, quibus praemansum cibum nutrices in os inserunt, non sine saliua, cui quum assueuerint, nihil iam illis sapit, quod ab illius primae saliuae gustu diuersum sit.

Horat. *Quo semel est imbuta.* Horatius: *Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu.* Proinde recte monet Fabius, vt statim optima discan-

discantur, propterea quod nihil haeret tenacius, quam id quod rudibus annis perceperimus.

INGRATITVDO.

Ingratitudo vulgi. Qui significabit sibi molestam ingratitudinem, quod intelligat superiorum officiorum nullam haberi rationem, non inconcinniter vsurpauerit illud ex Odysseae ε. quod idem est et in aliis locis:

Μήτις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς, καὶ ἤπιος ἔστω.
Σκηπτῦχος βασιλεὺς μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδώς,
Ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη καὶ αἴσυλα ῥέζοι.

Viuum noueris. Ante retulimus viuorum meminisse oportere: Id meretricula in Truculento detorquet in alium sensum, amatorem pro mortuo ducens, qui desierat esse dando. *Dum viuit*, inquit, *hominem noueris*, *vbi mortuus est*, *quiescas: Te dum viuebas*, *noueram.* Pecunia iuxta Hesiodum, anima est mortalibus, ea amissa, exanimis est homo.

Ale luporum catulos. Theocritus in Hodoeporis: Theocr.

Θρέψαι καὶ λυκιδᾶς, θρέψαι κύνας ὥς τυ φάγοντι.

In eos, qui laeduntur ab iis, de quibus bene meriti sunt, aut in ingratos.

Aries nutricationis mercedem persoluit. Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν. Quadrabit, vbi quis pro benefactis maleficium reponit. Allegoria sumta est ab eo, quod aries cornibus impetat alueum, aut vas in quo pabulum apponitur, ipsosque quorum opera nutritus est, aut etiam nutritur, cornibus incessit. Menan.

Qui canem alit extremum. Ὅς κύνα τρέφει ξένον, τούτῳ μόνον λίνος μένει. Qui beneficium collocat

 in

in ingratum, perdit operam. Nam canis alienus relicto fune, quo alligatur, pristinum dominum repetit.

Pythag. *Hirundines sub eodem tecto ne habeas.* Ὁμωροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. D. Hieronymus interpretatur abstinendum a commercio garrulorum et susurrorum. Plutarchus tradit ideo improbari hirundinem, quod velut aues aduncis vnguibus carnibus victitet, animantibus minutis insidietur, et citra vtilitatem in tectis versetur, numquam mansuescat, sed hominem exosum habeat, ideoque recte Pythagoras conuictorem ingratum parumque firmum hirundinis symbolo monuit ablegandum.

Pro beneficentia Agamemnonem vlti sunt Achiui. Ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονα τίσαν Ἀχαιοί. Dicebatur in ingratos, qui pro summo beneficio summum remetiuntur maleficium. Agamemnon enim tot exhaustis laboribus in expugnanda Troia pro dignitate Graeciae, domum reuersus, veste inexplicabili inuolutus, interfectus est a Clytemnestra, auxiliante Aegystho adultero.

Pro perca scorpium. Ἀντὶ πέρκης σκορπίον. Vbi quis optima captans, pessima capit. Nam perca piscis est vel maxime laudatus. Scorpius lethalis est et piscis huius nominis contemti saporis.

Plutarch. *Nemo bene merito bouem immolauit, praeter Pyrrhiam.* Οὐδεὶς εὐεργέτῃ βοῦν ἔθυσεν ἀλλ' ἢ Πυῤῥίας. Hoc prouerbio quondam vtebantur, si quando quis exstitisset homo insigniter gratus, qui beneficium acceptum award ampliter repensaret. Nauis quaedam piratica appulit ad insulam ithacensem, in qua forte fortuna senex quidam erat vna cum cadis fictilibus plenis pice. Pyrrhias quidam ithacensis, vt opinor, negotiator, senem dato pretio redemit a piratis, non ob id quod eo sibi foret opus, sed partim quod misertum esset senilis

fors

fortunae partim hominis oratione perſuaſus. Emit autem vna cum ſene cados illos picarios, idque auctore ſene. Deinde profectis piratis, quo Pyrrhiae gratiam referret ſenex, quod non ob lucri cupiditatem, ſed ob beneuolentiam ſeſe liberum feciſſet, indicauit in cadis, multam pecuniae vim pici admixtam abditam eſſe. Qua reperta, cum Pyrrhias derepente diues eſſet redditus, cum magnifice collaudauit ſenis erga ſeſe gratitudinem, tum eidem bouem immolauit officii praemium. Atque hinc re iam peruulgata natum prouerbium, de gratia prolixe relata. Veteres enim regale ſacrum et magnificum opiparumque conuiuium βουθυσίαν appellabant. Accommodabitur et in vulgatum mortalium ingratitudinem; adeo vt vix vnum reperias, qui meminerit officii. Non abludit hinc exemplum Euangelicum, quo e decem lepra, Chriſti beneficio, liberatis, vnus duntaxat reuerſus eſt, qui gratias egerit.

Simul eſt miſertum eſt et interiit gratia. Ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. Senarius dici ſolitus in ingratum, qui ſimul atque leuatus eſt malis, deſinit meminiſſe beneficiorum eius, cuius opera reſtitutus eſt. Plautus: *Si quid iuues, pluma leuior gratia: ſi quid offendas, plumbeas iras gerunt.* Zenod.

In ſenem ne quod collocaris beneficium. Γέροντι μηδέποτε μηδὲν χρηστὸν ποιεῖν. Diciturque hodie vulgo: Neque in ſenem, neque in puerum collocandum eſſe beneficium, propterea quod alter non refert, alter non meminit. Ariſtot.

Hoſtis non hoſtis. Ἀπόλεμος πολέμιος. Dicitur, qui nulla laceſſitus iniuria, tamen quae ſunt hoſtium facit, aut qui pacis obtextu facit hoſtilia

Arietis miniſterium. Κριοῦ διακονία. Dici ſolitum de officio in ingratum collocato, ſiquidem aries cornibus ferit paſcentem.

INGRATA OB VETVSTATEM.

Plaut. *Piscis nequam est nisi recens.* Dicitur peculiariter in hospitem aut vulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus est, caeterum ante triduum exactum putet. Plautus: *Quasi piscis itidem est amator lenae, nequam est, nisi recens.*

Plutarch. *Piscis repositus.* Ἀποκείμενος ἰχθύς. In prouerbium abiisse videtur aduersus eos, qui nihil seruant in posterum. Nam pisces olim in deliciis erant. Et prudentiae est, e cibis semper aliquid habere sepositum, quo subitum excipiat hospitem.

Antiquiora diphthera loqueris. Ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς. In eos quadrat qui nugas narrant, aut de rebus nimium priscis et iampridem obsoletis. Siquidem aiunt diphtheram pellem fuisse eius caprae quae Iouem lactarit, in qua creditum est antiquitus, illum omnia scribere quae fierent. Vnde quae nec in historicorum litteris exstarent, nec in hominum memoria seruarentur, ea velut ex Iouis diphthera petita dicebantur.

Steph. *A Nannaco.* Ἀπὸ Ναννάκου. Quum significamus rem ab extrema vsque antiquitate repetitam. Nannacus rex ante Deucalionem fuisse narratur, qui diluuium futurum praeuiderit Latini consimili figura dicunt. *Ab originum saeculo repetita, et perinde quasi cum Euandri matre loquaris.* Non discrepat ab hoc: *Antiquior Codro.*

Res Cannacae. Τὰ Καννάκου. Bifariam vtebantur hac paroemia, vel de rebus ob vetustatem admirandis, vel de lamentis et comploratiοnibus miseris, ac lacrimosis. Cannacas Phrygum rex praeuiderat euenturum diluuium, multisque lacrimis supplicabat deos, vt id malum auerterent, eo vero defuncto successit diluuium Deucalionis.

Anti-

Antiquior quam chaos et Saturnia tempora. Χάυς ἀρχαιότερος. De re nimium prisca et obsoleta. Alludit adagium ad chaos, ad quod Poëtae deorum ac rerum omnium originem referunt. Ouidius opificium mundi hinc auspicatur, vt et Hebraei. Ibicus.

Per antiquum diem. Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας. De re admodum vetusta et prisca. Finitimum huic. *Magno Platonis anno.*

Pellenaea tunica. Πελληναῖος χιτών. De prisco cultu. Pellene peruetusta Achaiae ciuitas, Protei patria, in qua diuersae vestimentorum formae fieri consueuerunt. Iulius prodidit lenas pellenicas olim nobiles fuisse, adeo vt Iunoniis ludis ac certaminibus victori lacerna Pellenica praemii vice daretur. Diog.

INITIVM LAVDATVM.

Operi incipienti fauendum. Celebratissimum est, *honos alit artes, et virtus laudata crescit.* Ita Pindarus Olimphiacôn lib. sexto. Ἀρχομένε δὲ ἔργε, πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. Hoc est, fauendum aliquid egregii facinoris aggredientibus, simul vt ipsis addatur animus, et alii ad aemulationem prouocentur. At nunc plerique moleste obstrepunt, si quis quid tentet eximium. Potest et hic sensus accipi: Qui famam affectat, hunc oportet ab egregio quopiam facinore auspicari. Permagni siquidem refert, vnde nominis sumas exordia. Pindar.

In hoc calceamento pedem habet. Dictum ibidem et illud adagii forma: Ἴσω γὰρ ἐν τέτῳ πεδίλῳ δαιμόνιον πόδ' ἔχων. Pro eo quod est, nouit has laudes in ipsum competere. Olim magnae delitiae erant in soleis et calceis. Nam Pedilon Graecis et calceamenti genus varium ac picturatum, dictum παρὰ τὶ τῷ πόδι περιειλεῖσθαι, eo Pindar.

 quod

quod pedi applicetur. Vt autem non omnis calceus conuenit cuilibet pedi; ita nec quaeuis laus in quemuis congruit.

Vestigium ponere. Pro attingere dixit M. Tullius libro de finibus 5. *Quamquam id quidem infinitum est in hac vrbe: quacumque enim ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus.* M. Tullius eiusdem operis lib. 5. *Quid enim? Sapientia pedem vbi poneret, non habebat, sublatis omnibus officiis.* Hic locus ostendit elegantem vsum huius metaphorae in rebus animi. Sentit enim nullum esse locum sapientiae, si tollatur officiorum delectus.

Quum paruula est, bona videtur spina. Μικρόθεν ἡ ἄκανθα ἀγαθὴ φαίνεται. Pueritia semper amabilis. Quem ad modum spina quoque innoxia est, et vesca etiam, donec aetate durescat.

Primum, Aegina pueros optimos alit. Τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας αἴγιν' ἐκτρέφει. De re quapiam, quae melioribus initiis coepta, paullatim ad deterius dilabitur, vt pleraque mortalium faciunt. Sumtum adagium ab Achille, Patroclo, Aiace, Neoptolemo, quod hi virtute praecelluerint, quum essent Aeginetae. Deinde labente morum integritate, male coeperunt audire Aeginetae. Non dissimile illi; *Quondam fuere strenui Milesii.*

Primum Mars in filiis laudatus est. Τὰ πρῶτα Ἄρης εἰς τὰς παῖδας ἐπῃνεῖτο. De iis, qui initio specimen aliquod indolis egregiae prae se ferunt, deinde in alios paullatim degenerant mores. Quem ad modum euenit Romanis olim strenuis, et Martem generis auctorem virtute referentibus, post in degenerem prolapsis mollitiem.

Κυαμοτρώξ. Dicebatur, qui in creandis magistratibus vendebat sua suffragia, eoque quaestus gratia sedulo versabatur in comitiis. Prius quam repertus est vsus calculorum, quos Graeci ψήφους appel-

appellant, suffragia nigris et albis fabis ferebantur. Vnde fabis victitare dicebantur, quibus hic erat quaestus.

INIVSTITIA.

Stateram ne transgrediaris. Μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν, hoc est, ne quid facias praeter ius et aequum. Nam stateram olim aequitatis symbolum habuisse vulgo, vel Doricum illud prouerbium indicat: Σταχάνης δικαιότερος. Pythag.

Malum lucrum, aequale dispendio. Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτῃσιν. Non est lucrum, quod iactura bonae mentis comparatur. Hesiod.

INSALVBRITAS.

Herculanus morbus. Ἡράκλειος νόσος. Hunc alii sacrum, alii comitialem appellant. Est autem ex eorum numero, quibus nulla medicorum ope succurri potest, propterea quod diuinitus immitti creditur, eoque cognomen additum est, sacro. In hunc Herculem aiunt incidisse, vel propter immensos labores, vel immittente Iunone. Zenod.

Herculana scabies. Ἡράκλειος ψώρα. De scabie iucunda, facilique sanabili, aut quae desideret Herculana, id est, calida balnea, qualia Herculi laboribus fatigato Pallas et Nymphae suppeditarunt. Equidem opinor dici posse in eos, qui multo studio alioue labore valetudinem offenderunt, vt quibus aliquo laxamento opus sit, vel in eos, qui blandis adulationibus deliniti, veluti iucunda quadam scabie pruriunt. Suidas.

Ipsa senectus morbus est. Nam in senibus, vt absit morbus, ipsa senecta per se mala valetudo est. Homerus: Terent.

— — χαλεπὸν γῆρας

Σῆδε βίηλελυται, χαλεπὸν δέ τι γῆρας ἐπάζει.

Virg. *Subeunt morbi*, *tristisque senectus*.

Φοβῶ τὸ γῆρας ἢ γὰρ ἔρχεται μόνον.

INSIDIAE.

Homer. Βυσσοδομεύειν. Frequenter est apud Homerum, pro eo quod est, alto pectore moliri quippiam et clanculum in animo struere insidias. Translatum a fundamentis aedificiorum, quae profunde iaciuntur.

Canis ad cibum. Κύων ἐπὶ σῖτον. De iis, qui in suum properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo ostenso alliciunt.

Δάρειος ἵππος. De clandestinis insidiis dicebatur, aut vbi repente complures apparerent, qui latebant antea. Sumtum ab equo Homerico, in quo Graecorum proceres abditi, repente prosilientes, Troiam ceperunt. Hunc Homerus Durateum appellat. Nec inscitum fuerit, si quis ludum alicuius eruditi Durateum equum appellet, quod ex eo breui tempore summi viri prodierint.

Terent. *Inescare homines.* Ducta est metaphora ab iis, qui praefixo aeri cibo pisces illiciunt.

Simon. *Oportet omnibus corydalis.* Πάσῃσι κορυδάλοισι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι. Nullum est mortalis ingenium, cui non sit aliquando vitium admixtum, ceu perinde secundum hominis naturam est non carere vitio, vt galeritae naturale est habere cristam.

Plaut. *Tragulam iniicere.* Id est, dolum aliquem in te struunt. Et ibidem. *Nescio quam fabricam facit.* Huic simillimum in Mostell. *Pilum iniecisti mibi.*

A tran-

A transenna cibum petere. A transenna cibum petere dicitur, qui periculo proximus est. Plaut.

Cuniculis oppugnare. Ὑπονόμοις πολεμίζειν. Dicitur, qui non aperta vi, sed dissimulanter ac dolis rem gerit. Contra qui palam agit, quot agit, machinis agere dicitur. Plus Veneris habebit, si ad res animi transferatur, veluti, si quis dicat malos genios interdum oppugnare nos machinis, cum palam terrent ac illectant, interdum cuniculis, quoties falsa specie pietatis imponunt, obrepuntque incautis. Plutarch.

Inter transennam inducere. Est dolo fallere. Ab aucupiis sumtum est, qui intra cancellos escam spargunt, insidiantes auiculis. Vnde et hodie qui dolo captus, intra transennam esse dicitur.

Pulcre fallit vulpem. Παλεύει καλῶς ἀλώπεκα. Apparet dictum in eum qui dolis captaret astutum, cuique frustra tenduntur insidiae. Nam παλεύειν, est arte illectare. At vulpem dolo circumuenire difficile est. Suidas.

INSTANS.

Ante pedes. Dicitur, quod obuium, quodque vel praesens adest, vel imminet. Terent.

IN STVPIDOS.

Ede nasturtium. Ἔσθιε κάρδαμον. In socordem, ignauum, hebetem, stupidum, olim dicebant, propterea quod huic efficaciam inesse credant, erucae contrariam: vim enim vigoremque animi suscitare, Venerem coërcere; cum illa e diuerso Venerem acuat, vim mentis hebetet. Nasturtium nomen accepit a narium tormento, et inde vigoris significatio prouerbio id vocabulum vsurpauit, veluti torporem excitantis. Graecis a corde nomen habet.

Nihil

Diog. *Nihil ab elephante differs.* Ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδέν. In magnos ac ſtupidos dicebatur, etiamſi primam ingenii laudem Plinius tribuit elephantis, ſed inter bruta. Verum corporis moles, et formae foeditas adagio locum fecit.

Sacer piſcis. Ἱερὸς ἰχθύς. Dicebatur cui nemo nocebat, ſed ſui iuris erat. Per iocum dici poterit in hominem praegrandem, et in pretio habitum, cum ſit ſtupidus et infans.

Tanagraeus cetus. Ταναγραῖον κῆτος. Obeſum, ac praegrandi corporis mole ταναγραῖον κῆτος appellabant, a Tanagra Baeotiae ciuitate, ad quam delatus cetus immani magnitudine prouerbio locum dedit.

Ammian. *Loquax talpa.* Homo nullius iudicii, ſed tamen impendio verboſus, populari conuicio; nam talpae noſtri, vt caeci ſunt, ita ſunt aeque muti.

Bos marinus. Βοῦς ἐνάλιος. De magnis, inſulſis, et ad nihil vtilibus, quales ſunt phocae, tantum paſcentes, nec operi, nec eſui vtiles, contra quam boues terreſtres.

Nihil differs a Chaerephonte. Οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος τὴν φύσιν. In macilentum pallidumque dicebatur. Chaerephon enim tragoediarum ſcriptor fuit. Is Heraclidarum res proſecutus eſt. Quoniam autem nocturnis lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus confectuſque, vulgari ioco taxatus eſt.

Diog. *Mens non eſt in Centauris.* Νοῦς οὐκ ἔνι Κενταύροισιν. In vecordes et ſtultos dicebatur, et qui conarentur, quod efficere non poſſent. Nota eſt Centaurorum fabula.

Ariſtoph. *Becceſelenus.* Βεκκεσέληνος. Prouerbio dicebatur ſtupidus, delirus, ſideratus, aut admodum ſenex. Beccus Phrygum antiquiſſima lingua panem ſignificat: σελήνη, lunam. Vnde Arcades, qui volunt mortalium omnium antiquiſſimi videri,

deri, προσέληνοι dicuntur tamquam antiquiores ipsa luna.

Saturni podex. Κρόνȣ πυγή. De carnibus vetulis iamque mancis, et sensu vacantibus. Quidquid enim putre iam et effoetum intelligi volebant olim, id Saturnium vocabant. Diog.

Caput vacuum cerebro. Ὦ οἵα κεφαλὴ καὶ ἐγκέφαλον ȣ̓κ ἔχει. De his, qui corporis specie praecellunt, ingenio-carentes. Natum ex apologo aesopico. Vulgo quoque vecordibus et insipidis aiunt cerebro vacuum esse caput. Aesop.

Margites. Margiten pro stupido dixit Lucianus: Hunc ita describit Homerus citante Aristotele: Lucian.

Τὸν δ' ȣ̓τ' ἀρσκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, ȣ̓δ' ἀροτῆρα,

Οὔτ' ἄλλως τισοφόν.

Conuenit cum illo Hesiodo: *Nulla in parte vtilis, qui nec ipse sapit, nec aliis obtemperat.* Margites quidam celebris fuit ob insignem stultitiam, qui non potuit supra quinque numerare. Sponsam ductam non ausus est attingere, veritus, ne illum apud matrem accusaret. Iuuenis iam factus rogauit matrem, an ex eodem patre nata esset.

Rana Gyrina sapientior. Sumtum est adagium ab informi partu ranarum, quem Graeci γυρίνȣς vocant, a figura corporis in gyrum orbiculati, quo fit vt mira celeritate se quo velint voluant versentque. Porro cum ranae tribuitur loquacitas, quae stoliditatis solet esse comes, minimum mentis inesse oportet gyrinis, quos vix deprehendas animal esse, nisi mouerentur. Plato.

Ouium nullus vsus. Προβάτων ȣ̓δὲν ὄφελος ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ. Admonet adagium, ἀναρχίαν rem esse omnium perniciosissimam. Nihil recte faciunt

ciunt ministri, nisi adsit haeres. Inutiles discipuli sine praeceptore,

Aristoph. *Ouium mores.* Προβάτων ἦθος. In stupidos ac stolidos iaci solitum. Nam ouium ingenium simplex ac stultum, et omnium quadrupedum inertissimum.

Cicero. *Foenum esse.* *Ambrosia alendus.* Vtrumque prouerbiali figura dixit M. Tullius, alterum in indoctos ac brutos homines, alterum in egregios, vt intelligas eos pecudibus, hos diis aequandos. Nam foeno victitant boues, ambrosia cibus est deorum.

Athen. *Tibicines mente capti.* Athenaeus. *Dii tibicinibus nunquam mentem inseruere; Sed simul ac flarint, auolat ilico mens.*

Diog. *Ne quis vmquam Megarensibus.* Numquam quisquam sapientior fit Megarensibus. Scomma prouerbiale iaci solitum in stupidos. Dictum est autem per adulationem de Megarensibus.

Idem. *Midas auriculas asini.* Μίδας ὄνε ὦτα. Natum a fabula notissima Midae regis Phrygiae, cui Phaebus, quod stolide Panem canentem sibi praetulisset, asininas affinxit auriculas. Quas quum diu mitra occuluisset, tandem a tonsore animaduersum est, ac prolatum in vulgus. Porro adagium recte dicetur, vel in stolidos et crassis auribus, pinguique iudicio homines, velut in tyrannos, quibus cum aures sint asininarum instar longae, procul etiam audiunt, velut auscultatoribus dimissis, qui audita referant.

Plaut. *Fungus.* Plautus. Fungum dixit pro stupido, impenseque credulo, vel quia fungus per se insipida quaepiam res est, vel quod mollis ac fragilis, vel quod subito prorumpat.

Seneca. *Aut regem, aut fatuum nasci oportet.* Dictum est hoc ideo, quod huiusmodi ferme fuerint reges apud veteres.

Zenod. *Stultior Melitidae.* Μωρότερος Μελιτίδε. Melitides vnus e felicissimis fatuis, quos Homerus suo

ſuo carmine nobilitauit. Hic iam euerſa Troia veniſſe legitur auxilium laturus Priamo. Zenodotus dicit hunc nec potuiſſe numerare vltra quinque.

Neſcit capitis et inguinis diſcrimen. Qui eo impudentiae deuenerunt, vt nullum prorſus faciant diſcrimen inter honeſtum ac turpe, hi neſcire dicuntur, quid interſit inter caput et inguen. Iuuen.

Terrae inteſtina. Γῆς ἔντερα. Dicebantur vilia nulliuſque precii. Saxa vero terrae viſcera dicuntur. Simile illi: *Telluris inutile pondus.* Diog.

Larus hians. Λάρος κεχηνώς. Dicebatur, vbi quis auidius inhiaret praedae. Eſt enim Larus auis auida, voraxque.

Κορυβαντιᾷν. Pro inſanire dixit Ariſtoph. in Veſpis. Sumtum eſt a Corybantibus Cybeles cultoribus, qui ſacro correpti furore, cymbala pulſant alios item in ſimilem agentes rabiem. Ariſtoph.

Lucerna pinguior. Λιπαρώτερος λύχνε. *Pinguior Lecytho.* Λιπαρώτερος ληκύθε. Videtur ironia prouerbialis in eos, qui quum ſint edaces nihilo tamen inde fiunt habitiores, quem ad modum lucerna plurimum aſſumit olei, neque tamen vnquam fit ſaginacior. Fortaſſis non abſurde deflectetur in homines craſſo iudicio aut luxui deditos, aut voluptarios. Diog.

Boeotica ſus. Ἡ βοιωτία ὗς. Qui priſcis temporibus Boeoticam regionem incolebant, Ὕαντες appellabantur, gens barbara et agreſtis. Proinde quidam deprauata voce, pro ὕαντας, ὕας, *Id eſt*, ſues appellabant. Idque ſcomma ceſſit in prouerbium, vt primum in Boeotos diceretur, ab his in quoſuis indoctos, inconditos, moribuſque ruſticanis homines torqueretur Pindar.

Boeoticum ingenium. Quidquid inſulſum eſſet ac ſtultum, id Boeoticum dicebant.

Boeotica cantilena. Βοιώτιος νόμος. Dicebatur, ſi quibus rerum initia tranquilla ac proſpera fuiſſent, Zenod.

ſent, poſteriora turbulenta ac triſtia. Nam Boeoti primum liberam ac pacatam agebant vitam, deinde mortuo Laio, in varias calamitates inciderunt, vt illorum cantilena a laeto initio in luctum deſiiſſe videatur.

Diog. *Boeotica auris.* Βοιώτειον οὖς. In hominem pingui iudicio quadrat.

Heracl. *Aſinus ſtramenta mauult, quam aurum.* Ariſtoteles citat Heraclitum qui dixerit, Ὄνας σύρματ' ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν· ἥδιον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις. Atque hac quidem in parte aſini plus ſapiunt, quam homines. Illi rem aeſtimant vſu, nos inutilibus atque etiam noxiis rebus ex animi perſuaſione, ingentia ſtatuimus pretia. Notus eſt apologus de Gallo, qui gemmam in ſterquilinio repertam contemſit. Gallus enim mavult putre granum, quam margaritam aut adamantem. Ita qui ventris ſunt mancipia, compotationem temulentam omnibus diſciplinis liberalibus anteponunt.

Colophonium calceamentum. Κολοφώνιον ὑπόδημα. Dicebatur cauum. Nam antiqui fere ſoleis vtebantur, quae infimae pedis partem tantum munirent. Vnde quadrabit in hominem ſtolidum et incompoſitum, et ruſticanum: per lutum ituris conuenit tale calceamentum. Venuſte itaque dixeris, in ſordidis autoribus verſaturo, opus eſt calceis Colophoniis. Huic contrarium videtur calceamentum Sicyonium.

Plato. *In nauibus educatus.* Ἐν ναυσὶ τετραμμένος. Dicebatur qui rudis eſſet, et alienus a moribus liberalibus, ſenſuque communi. Solet enim fere nauticum genus ſuo elemento reſpondere; quod a ciuilium hominum commercio ſubmotum viuat. Plautus, mores agreſtes appellat maritimos, imo potius inconſtantes, quod mare vicibus aeſtuariis accedat recedatque.

Vaſis

Vasis instar. Ἀγγείου δίκην. Loqui dicitur, qui cum ob imperitiam ex se nihil possit adferre, ab aliis audita profert. Fons ex se liquorem habet, vas, ni aliunde infuderis, siccum est. Homines autem qui vacant eruditione, per aures implentur. Socrates in Phoedro Platonis: Ὅτι μὲν οὖν παρά γε ἐμαυτοῦ οὐδὲν αὐτῶν ἐννενόηκα, οἶδα συνειδὼς ἐμαυτῷ ἀμαθίαν, λείπεται δὴ οἶμαι ἐξ ἀλλοτρίων ποθὲν ναμάτων διὰ τῆς ἀκοῆς πεπληρῶσθαί με δίκην ἀγγείου.

Mittere sanguinem. Olim militibus, si quid grauius deliquissent, ignominiae causa incidebatur vena. Id appellabant sanguinem mittere. M. Tullius in epistolis: *Missus est sanguis inuidiae sine dolore.* Sentit, se liberatum aliqua parte inuidiae, quod in eo iudicio non valuisset ipsius testimonium, idque citra dolorem suum, quod omnes scirent iudices esse corruptos. Cicero.

Tredecim cubitorum. Homines insigniter procero corpore, et hisce temporibus populari ioco taxantur, vt ignaui et inutiles. Quod vt alia pleraque manasse videatur ab ipsa antiquitate: Ἀνὴρ τρεισκαιδεκάπηχυς. Hyperbolicos significans enormiter procerum, cum esset tam insulsus, vt e mercatu pro nitro salem attulerit. Prisci praelongos homines ridiculi gratia Longuriones appellabant. Theocr.

Salsitudo non inest illi. Ἄλμη οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ. In infacetos et fatuos ac stupidos. Plinius indicat metaphoram esse sumtam ab vsu salis, quod in omnibus cibis sit condimenti vice, et auiditatem inuitet. Plinius.

Bibe elleborum. Πῖθ' ἐλλέβορον. Quo dicto significatum est insanire quempiam. Qui parum animo constant. elleboro opus habere dicuntur. Atque iidem apud Latinos etiam auctores, *elleborum edere, et elleboro sese purgare*, prouerbio iubentur: propterea quod antiquitus plurimus vsus Aristoph.

fuerit huius herbae ad leuanda mentis et capitis vitia.

Horat. *Nauiget anticyras.* De insano dicitur apud Horatium, quique mentis morbo laborat. Strabo duas monstrat Anticyras, et in altera Helleborum nasci, alteram autem optime temperari, atque in eam quam plurimis e regionibus nauigari sanitatis gratia. Huic simile dicit idem alibi: *Curatore opus est.* Itidem Varro: *Ad agnatos et gentiles deducendus:*

Plaut. *Strychnum bibis.* Στρύχνον πίνειν. In insanos item competit, a strychni herbae natura, quae vel gustata statim insaniam parit.

Porcum immola. Plautus, porcum sincerum ac sacrum immolare iubet eum, quem mente captum significat. Opinor hinc sumtum, quod veterum vsu, qui cuiuspiam irati numinis intemperiis ageretur, hoc piaculo se soleat purgare. Horat. *Immolet aequis Hic porcum Laribus.* Loquitur de eo, qui iam ab insanis resipuisse videretur.

Squillas e sepulcro vellas. Σκίλλας ἀπὸ σήματος τίλλειν. Squillas e sepulcro vellere iubebantur, qui parum sanae mentis esse viderentur. Hac enim herba malum hoc expiabatur antiquitus.

Minus habet mentis quam Dithyramborum poëtae. Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα. In stupidos ac furiosos torquetur Sumtum a poëtis Dithyrambicis, qui Baccho afflati furebant.

Pistillo retusius. Pro eo quod est, minime acutum. *Et Chrysippeum acumen*, per ironiam vsurpatur in stupidum. *Et cornutus syllogismus*, pro ratione ridicula friuolaque.

Embarus sum Ἔμβαρός εἰμι Dictum est olim de insano, deliroque. Referunt autem adagionem ad huiusmodi fabulam. Olim Pyraeus insula fuit, id quod ipsum etiam vocabulum indicat: περᾶν enim transmittere est. In ea, cum Muny-

Munychus principatum obtineret, templum instituit Dianae, cui cognomen additum Munychiae. Dein cum vrsus Dianae facer quidam ibi repertus, et ab Atheniensibus interfectus esset, fames ingruit, itum est ad oraculum quaesitumque malo remedium. Respondit Deus, ita demum finem mali futurum, si quis filiam immolasset numini. Vnus autem repertus est Embarus, vsque adeo demens, qui polliceretur se filiam immolaturum, ea lege, vt sacerdotium in posteros suos traduceretur. Itaque puellam sollemni ritu ornatam sacrificauit.

Phryx plagis emendatur. In barbaros, seruilique ingenio homines dicitur, qui non pudore neque monitis, sed verberibus redduntur meliores. Suidas.

Messena seruilior. Δουλότερος Μεσσήνης. De minime liberis dicebatur, et alieno viuentibus arbitrio. Lacedaemonii Messenios, quod iterum atque iterum desciuissent, in seruitutem redegerunt, eosque durius etiam quam reliquos seruos tractarunt, ne denuo res nouas moliri possent.

Stultior Coroebo. Ἠλιθιώτερος Κοροίβου. In stupidos ac vecordes. Coroebi stultitia vulgi fabula celebrata est, qui maris vndas numerare sit conatus, quum non potuerit vltra quinque prosequi supputationem. Quamquam apud alios κορύβου lego per y, adduntque quidam Corybum hunc Magdonis Phrygis fuisse filium, temporibus belli Troiani. Lucian.

Stultior Morycho. Μωρότερος ἢ Μορύχου. Siculum prouerbium in eos, qui ridicule stulteue quippiam facerent: Zenodotus tradit apud Siculos Baccho cognomen esse Morycho, id quae inde natum, quod in vindemiis, huius dei facies, musto ficisque virentibus oblini consueuerit. Bacchus autem vbique ridiculus ac parum Zenod.

cordatus inducitur a poëtis, vtpote deus temulentus.

Stupidior Praxillae Adonide. Ἠλιθιώτερος Πραξίλλης Ἀδώνιδος. In vehementer ſtupidos. Praxilla poëtria Sicyoniam in ſuis cantionibus Adonidem inducit ab inferis interrogatum, quid apud ſuperos pulcerrimum reliquerit, reſpondere, ſolem, cucumeres, mala. Abſurdum autem valde cucumeres et mala cum ſole componere.

Plaut. *Veruecea ſtatua.* Plautus Hegio ſeruum ſtupidum appellat ſtatuam verueceam; quaſi dicas, brutum ac mutum hominem.

Horat. *Corpus ſine pectore.* Idem ac ſine mente. Sapientiam et ingenium in pectore conſtituunt. Vnde cordatos appellamus prudentes.

Antronius Aſinus. Ἀντρώνιος ὄνος. Olim dicebatur, qui deformi, praegrandique mole corporis eſſet, caeterum ingenio ſtupido, tardoque. Antron autem ciuitas erat Theſſaliae, nomen inde ſortita, quod cauernis et ſpecubus abundaret. Illic aiunt aſinos inſigni magnitudine quondam fuiſſe, vnde prouerbium increbuit: autores Stephanus et Suidas. Exſtat et hodie iocus vulgaris in homines magno corpore, quaſi ii parum ſapiant, quaſique natura ſic paria facere gaudeat, vt quod corporis addiderit moli, detrahat ingenio. Traditur a nonnullis apud Antronios ingentes reperiri molares lapides, quorum qui ſubſternuntur, ob ſegnitiem et quietem ὄνους vocant Graeci. Lapidem autem vocamus ſtupidum et amentem.

Lucian. *Naribus trahere.* Τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι. Eſt citra iudicium alieno arbitratu quouis abduci. Metaphora ſumta a bubalis animalibus, qui annulo in ſummam narem inſerto circumducuntur, non aliter, quam equi freno; quamquam et equis lignum aut ferrum dentatum in nares inſeritur, aut etiam in morſum ad cohibendam eorum feroci-

rocitatem; quod instrumentum postomin appellant.

Arcadicum germen. Ἀρκάδιον βλάστημα. De grandibus et ignauis dici solitum. Arcades olim male audierunt ob stuporem ingenii, quod ceteris omnibus amplectentibus astrologiam soli contemserint seque fecerint antiquiores ipsa luna.

Arcadas imitans. Ἀρκάδας μιμούμενοι. Dictum in eos qui aliis, non sibi laborant. Arcades olim inter Graecos bellicosissimi, suis auspiciis, suoque titulo numquam hostem vllum superarunt, verum aliis suppetias ferentes, persaepe. Vnde illud illis fatale videbatur, aliis vincere, non sibi. Plato.

Asinum in rupes protrudere. Quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui quum ipsi non sapiant, nolint tamen bene consulentium monitis obtemperare. Natum a rustico est, qui quum asinum suum per alpes niuibus obtectas duceret, isque freno non obediret, iratus in rupes protrusit. Horat.

Feles Tartessia. Γαλῆ Ταρτησσία. De magnis et ridiculis dicebatur. Tartesii sunt in Ibero, apud quos feles maximae nasci dicuntur.

Non inest illi dentale. Γύης οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ. Dici consueuit de quopiam ad rem aliquam parum vtili. Sumta metaphora ab aratro, cuius pars est γύης, eam nonnulli putant esse, quam Latini dentale vocant. Ea quoniam praecipua videtur, si absit, nihil confici potest aratro.

Stulto ne permittas digitum. Εὐήθει δάκτυλον μὴ δάξῃς ἵνα μὴ καὶ τὴν παλάμην καταπίῃ. Nihil permittendum imprudentibus, quantumuis pusillum. Siquidem in maximis laedunt, si vel tantillum commiseris.

Septennis quum sit, nondum edidit dentes. Ἑπταετὴς ὢν ὀδόντας οὐκ ἔφυσεν. Mihi quadrare videtur in eum, qui natu grandis, tamen adhuc Aristoph.

 qua-

quasi puerum agit, aut qui diu commoratus alicubi, nihil adhuc auctoritatis, aut honoris sit assecutus. Adagium natum e pueris, quibus circiter annum aetatis septimum, omnes dentes soleant enasci.

Suidas. *Stultitia est, Iouem putare esse.* Τῆς μωρίας, τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικοῦτον. In eum accommodari potest, qui grandis natu dicit, aut sentit absurdum quippiam, quum propter aetatem nihil oporteat ignorare. Non conuenit enim in natu grandes puerilis superstitio.

Plutarch. *Vt Bagas constitisti.* Βάγας ἕστηκας. In stupidum et elinguem dicebatur. Bagas erat quispiam similis attonito, stupidoque et insulso.

Aristoph. *Desertum obtueri.* Ἔρημον ἐμβλέπειν. Dicebatur, qui fixis et attonitis intueretur oculis. Metaphoram mutuati sunt ab iis, qui pelagus immensum aut solitudinem taciti intuerentur.

Terebintho stultior. Τερεβίνθου ἀνοητότερος. In stupidum, sibique placentem, quod arbor illa late porrigat ramos, quod est insolenter ostentantium sese: adhaec nigrore insignis, foliis crassis, succo item pingui et resinoso, tum alias alia specie, parit quidem cum vite, sed dissimilem foetum.

Caecus auribus. Τυφλὸς τά τ᾽ ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ᾽ ὄμματ᾽ εἶ. Quadrat in hominem plane stupidum.

Varro. *Bis pueri senes.* Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Quadrabit in eos, qui prouectiore quum sint aetate, tamen puerilibus quibusdam studiis intempestiviter atque indecore tenentur, aut in senes aetatis vitio desipiscentes, tamquam iterum in pueritiam reuolutos. Neque vero prouerbium ideo tantum est dictum, quod senes aetatis culpa desipiscant, verum etiam quod omnibus modis in senibus iam velut exacta vita ad initium recurrere videatur, quem ad modum scite dixit Aristoteles

toteles. Primum enim redit albor simul et caritas capillitii, quorum vtrumque pueris familiare, deinde balbuties, velut altera infantia, praeterea gingiua exarmata dentibus, aut certe perpaucis, et eis vacillantibus instructa, quod et ipsum cum infantibus commune; quin etiam senibus omne corpus ad puerilem decrescit modum, consimilis virium imbecillitas; iam vero sibi quoque consimiles vtrique congruunt aetati; postremo morum ineptia, leuitas animi, et hoc ipsum nihil sapere in senibus infantiam quamdam referre videtur, et post annos duo de quinquaginta ingenii vigor euanescit.

Saturniae lemae. Κρονικαὶ λῆμαι. In caecutientes ac stupidos dicitur, praesertim in eos, qui aetatis vitio desipiscunt. Est enim lema humor in oculis concretus, vnde lippitudo nascitur. Porro Saturniae dicuntur, quasi seniles ac veteres, propterea quod *κρόνος, id est*, Saturnus, podagrosus ac senex a poetis fingitur, et temporum deus.

Auris Batauas Martialis Batauam aurem dixit agrestem, inelegantem, tetricamque. Erant Bataui Germaniae populi Cattorum pars, qui domestica seditione pulsi, extrema Gallicae orae vacua cultoribus occupauere. Martial.

Abderitica mens. Abderitae in stuporis insaniaeque fabulam abiere. Abderitanis autem natura peculiarem fuisse mentis stuporem indicat M. Tullius. Abdera est vrbs Thraciae, eique vicina pascua equos, si in iis pascuntur, inflammant rabie. Cicero.

INTEMPERANTIA. LIBIDO.

Myconius vicinus. Μυκόνιος γείτων. In eum, qui non vocatus ad conuiuium accedit. Nam Myconii liguriones erant, et alienae appetentes mensae. Suidas.

mensae. Zenodotus autem ait, conuenire in sordidos atque humiles homunciones; propterea quod ea insula sterilis, habet gentem auidiusculam, et alieni appetentiorem. Idem addit Myconios immodica bibacitate, luxuque olim infames. Vnde et Cratinus Ischomachum quemdam gulae mancipium, Myconium appellauit.

Iuuen. *Vnico digitulo scalpit caput.* Molles atque effeminati, vno digito caput scalpere dicuntur, nimirum soliciti, ne comam studiose compositam peturbent.

Athen. *Baceli similis.* Ἴκελος Βακήλῳ καὶ Βάκηλος ὁ. In cinaedos, ac parum viros dictum, aut in magnos quidem corpore, sed animo stupidos. Tractum a forma moribusque Baceli cuiusdam, qui fuit exsectus.

Aristoph. *Herniosus vsque ad gulam.* Ψωλὸς μέχρι τοῦ μυῤῥίνου. Quadrat in vehementer herniosum. Carmen est apud Aristophanem in Equitibus:

Ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυῤῥίνου.

Plutarch. *Batalus.* Βάταλος ὁ. Olim in effeminatos per contumeliam dicebatur. Id cognominis Demostheni puero inditum fuit, et ab inimicis probro obiectum. Plutarchus cognominis huius varias adfert rationes, vel quod Batalus quispiam fuerit tibicen, distorto corpore mollis et effeminatus, qui muliebribus sandaliis primus omnium in scenam prodierit, ac musicam cuitarit; vel quod poetae cuidam obscoeno nomen fuerit Batalo, vel quod apud Atticos Batalus appellata sit ea pars corporis, quae verecunde nominari non potest; vel quod hoc nomine fuerit quispiam malarum auctor legum, vel, quod, vt Suidas putat, serpentis genus sit Argas.

Βαταλίζεσθαι. Dicitur, qui turpiter atque effeminate viuit.

Tibi-

Tibicinis vitam viuis. Ἀυλητοῦ βίον ζῇς. In eum dicebatur, qui laute quidem, sed alieno viueret sumptu. Tibicines enim quoniam in sacris olim adhibebantur, adesse solent et in coenis illis pontificalibus, idque immunes; siue quod necessariis artibus magnam vitae partem occupati, non dant operam philosophiae praeceptis; siue quod adsidue in deliciis ac voluptatibus vitam agunt; siue quod egestas etiam ad vitia propellit.

Samiorum flores. Σαμίων ἄνθη. Vbi quis extremam voluptatem decerperet. Hoc autem nomine dicebatur locus quidam, in quo mulieres cum viris conuiuium agitabant, omnique genere voluptatum affatim explebant sese. Stephanus admonet, Samum insulam olim ἀνθέμουσαν, appellatam fuisse, nimirum a floribus.

Sponsi vita. Νυμφίου βίος. Pro molli ac delicata propterea quod proci frondibus et sertis coronari soleant, et delicatius nitidiusque coli, vel quod molles videantur, nuptiis inhiantes. Confine illi, quod alibi relatum est: Musica vita.

Melle teipsum perungis. Ἐν μέλιτι σαυτὸν καταπάττεις. *Id est*, molliter, suauiterque vitam agis: quasi parum sit vesci melle, nisi totus sis melleus. Diog.

Samiorum laura. Σαμίων λαύρα. Dictabatur in turpibus addictos voluptatibus. Laura apud Samios angiportum quoddam erat in quo cupediae, popinariaeque lautitiae veditabantur a mulierculis in hoc paratis. Inuentum fuit Polycratis samiorum tyranni. Plutarch.

Samium comatum. Τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην. Dicebant eum, qui ante ignauus habitus, praeclarius exspectatione sese gessisset in negotio. Aiunt pugilem quempiam apud Samios fuisse, qui quum ab aduersariis haberetur ludibrio, quod comatus esset, commissus cum illis vicit. Idem.

Ariſtoph. *Sardanapalus.* Σαρδανάπαλος. Huius cognomen ob inſignem hominis mollitiem abiit in prouerbium. Fuit autem Sardanapalus Anacindaraxis filius, rex Nini perſicae regionis, qui eodem die Tarſum pariter et Anchialum, duas Lyciae ciuitates obtinuit, ceterum delitiis vſque adeo effeminatus, vt inter Eunuchos et puellas, ipſe puellari cultu deſidere ſit ſolitus.

Lesbiis digna. Λεσβίων ἄξια. De rebus irritis dicebatur, ob id, vt conicio, quod Lesbii ob vanitatem vulgo male audirent. Fortaſſis non male quadrabit et in ſordidos atque impuros: vnde λεσβιᾶν dictum pro eo quod eſt, Polluere et conſpurcare

Lesbiari. Λεσβιάζειν. Antiquitus polluere dicebatur. Aiunt turpitudinem, quae per os peragitur, fellationis opinor, aut irruminationis, primum a Lesbiis auctoribus fuiſſe profectam, et apud illos primum omnium foeminam tale quippiam paſſam eſſe.

Steph. *Corinthiari.* Κορινθιάζεσθαι. Veteres vulgato ioco dicebant eos qui ſcortationibus, ac luſtris indulgerent, quiue lenocinium exercerent. Sumtum eſt a meretricibus Corinthientibus. His etiam tantus illic honos habebatur, vt in templo Veneris proſtarent, atque in ſolennibus precibus illud addi ſoleat, vt Dii augerent meretricum numerum.

Lydus in meridie. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ In hominem inſatiatae aut etiam intempeſtiuae libidinis dictabatur. Narrant, Lydos adeo libidine perditos fuiſſe, vt non tantum noctu vacarent voluptati Venereae, verum etiam ipſo meridie laſciuirent, manibus faedum opus peragentes.

Suidas. *Lydus cauponatur.* Λυδὸς καπηλεύει. In effeminatos, et voluptatibus addictos. Ex huiusmodi natum hiſtoria tradunt. Cyrus rex deuictis Lydis imperauit, vt cauponiam exercerent, neque

que tractarent arma, sed veste ad terram vsque demissa vterentur, quae olim mollitiem indicabat, vt ad eum modum veluti in feminas transformati, ad rebellionem fierent inutiles.

Pepones. Πέπονες. Prouerbiali conuicio dicuntur homines molles, parumque viri. Metaphora sumta a fructu, qui simul atque maturuit, dulcis quidem est, verum flaccidus et inutilis. Homer.

Lydio more. Λυδίῳ νόμῳ. Conuenit quoties ariolatur aliquis, et auguriis diuinationibusque seruit. Hac enim superstitione Lydi laborasse feruntur.

Videre mihi labda. Δοκᾶς δέ μοι καὶ λάβδα κατὰ τὰς Λεσβίας. Fellatricem indicat velut aenigmate primae litterae, quae communis Lesbiis, et vitio, quod ei tribuitur genti. Aristoph.

Adonidis horti. Ἀδώνιδος κῆποι. De rebus leuiculis dicebatur, parumque frugiferis, et ad breuem praesentemque modo voluptatem idoneis. Pausanias testatur Adonidis hortos olim in delitiis fuisse, lactucis potissimum, ac foeniculis frequentes, quibus semina, haud aliter atque in testa deponi consueuerunt, eoque rem in prouerbium abiisse, contra futiles ac nugones homines et voluptatis ineptis natos. Erant autem ii horti Veneri sacri, propter Adonidem eius Amasium, primo aetatis flore praereptum, atque in florem conuersum. Pausan.

Vt Corinthia videris. Ὡς Κορινθία ἔοικας χοιροπωλήσειν. In mulierem intempestiuius libidinantem. De mulieribus Corinthi prostantibus dictum est alibi. Plutarch.

Agathonia cantio. Ἀγαθώνιος αὔλησις. Recte dicetur de oratione blanda, magis quam frugifera. Agathon tibicen quispiam erat, cantilenarum suauitae maiorem in modum aures deliniens. Nec huius mores dissimiles musicae fuisse perhibentur. Laborauit enim infamia mollitiei. Zenod.

Chal-

Chalcidissare. Χαλκιδίζειν καὶ χαλκιδεύεσθαι. Dicebantur, qui rapaciores et plus satis ad rem attenti viderentur. Chalcidienses in insula Euboea populi, Comoediae veteris conuiciis notati sunt, quod auariores essent, et male audiant ob foedos puerorum amores.

Steph. *Phicidissare.* Φικιδίζειν. Dicebantur vulgo puerorum obscoenis amoribus dediti. Quidam malunt ad eos referre, qui littera ξ immodice et ad fastidium vsque consueuerint vti; siquidem ea gens litteram σ solita est in ξ commutare.

Steph. *Siphniassare.* Σιφνιάζειν. Pro eo quod est, Manum admouere postico. Sumtum est a moribus Siphniorum, qui libidinis causa id factitare consueuerint. Est autem Siphnus insula quaepiam haud procul a Creta, cui quondam nomen fuit Merope.

Αὐτολήκυθοι. Vulgato prouerbio dicebantur, qui non ex animo, sed ventris causa colerent amicos. Inde conficta voce, quod fonte ad Lecythum commearent, et inuocati praesto essent in conuiuiis. Vsus est eo verbo Demosthenes. Interpretes varie exponunt, vel de his, qui ad quiduis perpetiendum parati sunt, vel de pauperibus, qui praeter lenticulam nihil possident, vel de iis, qui faciles sunt ad depromendam pecuniam, quod quidam soleant in lenticulis pecuniam recondere.

Diog. Κλειτοριάζειν. Vulgato conuicio dicebantur ii, qui puerorum amoribus oblectarentur, aut vt Diogenianus ait, mulieres immodice libidinosae.

Aristoph. *Clisthenem video.* Κλεισθένην ὁρῶ. Clisthenes hic male audiit, et comicorum conuiciis laceratus est, quod parum vir haberetur, seque cultu indecoro velut in mulierem transfiguraret. Conuenit in eos, qui leui derasaque sunt cute.

Nam

iam hic mos Clisthenì, barba derasa semper es:, quo iuuenis etiamdum videretur.

Cleocritus. Κλεόκριτος. Id nominis contume- ae causa iaciebatur in cinaedos ac molles, et arum viros. Nam et hunc veteris Comoediae ıaledicta nobilitarunt. Dictus est autem effe- ıinatus cinaedus, hospes, obscuro foedoque enere, Cybeles filius, quod Rheae mysteria ɔ exsectis euiratisque peragerentur. Ne forma uidem a moribus discrepabat. Nam facie ve- ıt auem referebat. Suidas.

Sinopissas. Σινωπίζειν. *Id est*, Lasciuis. A Sinope scorto quodam celebratae lasciuiae, cui ɔgnomen hinc inditum videtur, quod noxiis ſſet oculis. Fuit et Sinope Aesopi filia, cui nihil carius fuit virginitate.

Sus per rosas. Ὗς διὰ ῥόδων. Ego legendum :bitror, διὰ ῥοιδῶν ἀπὸ τῆς ῥοιᾶς, vt sit nomen iminutiuum. Rhoeae vero Graecis dicuntur ıala Punica, et dicitur de agrestibus et intracta- ilibus. Quem ad modum sus per mala commo- e duci non potest. Eudem.

Aries cornibus lasciuiens. Κριὸς ἀσελγόκερος. Diogenianus ostendit conuenire in magnos lasci- os. Pruriunt cornua arietibus bene pastis, quod lem accidit bobus. Diog.

Ἱππομανᾶν. Dicebantur prouerbiali conuicio :minae virosae, ac libidine praeter modum pru- ientes.

Caprarius in aestu. Αἰπόλος ἐν καύματι. Con- ne illi, *Lydus in meridie.* Nam his horis capra- ii, dum seductis gregibus in vmbra latitant, la- :iuire soliti scribuntur. Potest ad quamuis vo- ıptatem accommodari non in tempore adhibi- ım. Zenod.

Quae sub alis fiunt. Αἱ ὑπὸ μάλης πράξεις. Ad ıborem, ad res honestas segnis; in his rebus, quae ıb alis fiunt, nihil recusat. De adulatore loquitur, Plutarch.

ad

ad honesta officia tum pigro, tum inutili, ad voluptuaria ministeria promto. Equidem opinor ob id adulationi sub alis sedem datam esse, quod hae corporis partes titillationem praecipue sentiant, siue ob cutis tenuitatem, siue quod insolitus nobis earum contactus partium, siue quod is locus venulas habeat, quibus frictu calefactis eiusmodi nascatur delectatio.

Suidas. *E Massilia venisti.* Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις. Suidas ait dici solitum de iis, qui cultu parum viris decoro vterentur. Quod Massilienses luxu perditi, muliebrem ferme in modum ornarentur, comis vnguento delibutis, capillisque religatis.

Complura masculi canis cubilia. Πολλαὶ κυνὸς ἄρσενος εὐναί. Recte dicetur in hominem mulierosum, peculiariter in eum, qui non contentus certo thoro, passim per aliena cubilia volutari gaudeat.

Lentiscum mandere. Σχῖνον διατρώγειν. Dicuntur ii, qui nimio comendi corporis studio superfluunt. Nam ex lentisco dentifricium fieri consueuit. Is est puluisculus quidam candidis dentibus comparatus. Fiebant et dentiscalpia ex lentisco, hoc est, cuspides quaedam purgandis dentibus accomodae. Martialis.

Lentiscum melius, sed si tibi frontea cuspis.
Defuerit, dentes penna leuare potes.

Huiusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur, et σχινοτρῶγες, lentisci arrosores appellantur. Nam dentium cura olim delicatis probro dabatur, et Apuleio inter reliqua crimina obiectum est, quod dentifriciumparasset.

Penicissare. Πηνικίζειν μοὶ δοκᾶς. Perinde valet, quasi dicas, fucum facere. Nam πηνὴν Graecis comam

omam non genuinam, sed apposititiam significit, quam quidam galericulum vocant.

Πτερυγίζειν. Dicitur qui conatur et gestit quipiam efficere. Sumtum a pullis auium, quum dhuc inuolucres sunt, alas mouentibus. Lucias vsurpat pro indecore et scutriliter gesticuiri. Lucian.

Voluptas foeda. In voluptatem inhonestam, at scortum ad perniciem iuuenum omnibus inructum artibus quadrabit illud ex Odyss. K. di:um de Circe.

Ἦ κεν ἅπαντας.

Ἢ σῦς ἠὲ λύκους ποιήσεται, ἠὲ λέοντας.

Ἀλλοτριοφάγοι. Vocantur, quibus dulce est, iena viuere quadra. Athen.

INTEMPESTIVA ET INEPTA.

Simulare cupressum. Ortum ab imperito quoiam pictore, qui praeter cupressum nihil nouerit pingere. A quo cum naufragus quidam peisset, vt vultum suum exprimeret, ac naufraium suum depingeret, interrogauit ille: num x cupresso vellet aliquid adiici Concinne vsurabitur in eos, qui quod didicerunt, id vbique ntempestiuiter inculcant, cum ad rem nihil atneat. Horat.

Intempestiua beneuolentia nihil a simulata differt. Ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει. Quadrabit n eos, qui dum officiosi student esse, non haita temporis ratione nocent, aut molesti sunt edulitate. Veluti qui non apto tempore obiurat amicum, aut qui immodicis et intempestiuis audibus conciliat homini inuidiam, aut qui pecuniam suppeditat adolescenti qua fit deterior. Suidas.

In

Varro. *In lente vnguentum.* Τὸν ἐπὶ φακῇ μύϑον. Subaudi narras. Quadrat autem in hominem, aut in rem quampiam, quae neutiquam in tempore adhibeatur iis, quibus minime congruit, veluti si philosophum iuuenum lasciuientium conviuio misceas, aut inter pocula, de rebus gravibus ac theologicis incipias disputare. Quemadmodum videlicet lenticulae vili legumini inepte quis admiscuerit vnguentum.

Plutarch. *In crastinum seria.* Εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα. Plutarchus in vita Pelopidae narrat, hanc vocem apud Graecos abiisse in prouerbium. Archiae viro opulento inter conuiuium allata est epistola: qui monitus, vt statim legeret, quod de seriis scripta esset, ridens, inquit, *in crastinum seria.*

Zenod. *Aestate penulam deteris.* Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις. Recte dicetur in eum, qui res necessarias temere, nec in tempore profundit, aliquando futuras vsui si seruentur. Nam χλαῖνα summa vestis est, quae pro tempore sumitur, ad ventos. pluuiam frigusue depellendum.

Ouid. *Mense Maio nubunt male.* Dici potest in eos, qui alieno tempore quidquam faciunt, aut qui parum auspicate quid aggrediuntur. Nam olim inauspicatum existimabatur, mulieres Maio mense nubere: Siue quod eo mense vmbra Remi occisi a fratris Celere, creditur apparuisse nutritio suo Faustulo atque Accae Laurentiae, mandasseque, vt manibus suis iusta persoluerentur; siue quod medius intercedat inter Aprilem, Veneri sacrum et Iunium Iunoni dicatum, quarum vtraque Dea nuptiis praesidet: proinde propter auspicium deae aut maturantes paullum nubebant Aprile, aut pusillum prorogantes Iunio; vel propter funesta quaedam piacula, quibus per id temporis vtebantur Romani, hominum effigies de ponte in Tiberim praecipitantes, cum antea Graecos consueuissent; atque ob

id flaminiam Iunonis sacerdotem, quasi luctum diebus illis agere, nec vllo sollemni cultu solitam vti, vel quod Maius a natu maioribus, Iunius a iunioribus denominatus esse videatur?

Mentham belli tempore neque serito neque edito. Μίνθην ἐν πολέμῳ μήτ' ἔδεις, μήτε φύτευε. Mentha corpori frigus adducit, quia semen genitale minuit. Frigus autem aduersatur fortitudini atque audaciae. Potest et in eum sensum deflecti paroemia, vt admoneat, ne quid alieno tempore fiat, quod officiat. Aristoph.

Rosam quae praeteriit, ne quaeras iterum. Ῥόδον παρελθὸν μηκέτι ζήτει πάλιν. Ne te maceres desiderio rerum, quae reuocari, restituique non queunt, velut exactae iuuentae, formae, virium, fortunae. Nam vt nihil est rosa gratius, ita nihil minus diuturnum, et rosae suum tempus habent, sed perbreue.

Foras Cares, non amplius anthisteria. Θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ' ἀνθεστήρια. Dici consueuit, vbi quis semper eadem sibi sperat commoda, aut idem semper licitum fore credit, quod aliquando pro temporis ratione fuerit permissum. Atheniensibus mensis quidem Anthisterion appellabatur, quod is plurimos flores progigneret. In hoc festo quaepiam agebantur, et conuiuia liberaliora. Exactis autem feriis, cum iam ad solitas operas reuocarentur serui, hoc peracto dicebant Heri: Foras Cares, non iam amplius Anthisteria. Cares autem seruos appellabant, quod ea gens mercenariis operis quaestum factitaret, velut omnium serui quicumque conduxissent. Sunt qui dicant, Cares olim atticae regionis partem obtinuisse. Athenienses autem cum anthisteriorum sollemnitatem agerent, solere Cares in ciuitatem atque in domos receptos ad festi communionem admittere. Deinde peracto sollemnitatis tempore, si quos e Caribus offendissent in

vrbe cessantes, per iocum dicebant: θυραζε κ. τ. λ.

Aristoph. *Anus hircissans.* Γραῦς κασαλῶσα. De anu adhuc intempestiua libidine pruriente, et vt Plautus ait, catulliente. Nota est hircorum libido, odorque.

Anus bacchatur. Γραῦς βακχεύει. In eos dici solitum, qui praeter aetatem indecore lasciuiunt. Nam Bacchanalium licentia iuuenculis vtcumqne permittitur, aniculis certe foedissima est.

Feli crocoton. Γαλῇ κροκωτόν. Subaudiendum das aut addis. Dici solitum, quoties honos datur indignis, et quos haudquaquam decet, aut quum datur quippiam iis, qui munere non norunt vti. Crocoton vestis genus est rotundae ac fimbriatae, qua diuites vtebantur matronae. Porro vox haec γαλῆ felemne significet, an mustelam, an quem vulgo appellant, quoniam inter eruditos controuersum esse video, relinquo aliis iudicandum.

Plutarch. *Quid de pusillis magna prooemia?* Τί μικρῶν πέρι μεγάλα προοιμιάζῃ; Vbi quis in re non magni momenti, verbosa vtitur praeloquutione. Horat. *Quorsum haec tam putida tendunt?* Huic cognatum est: *Absque prooemiis et affectibus.*

Ab vnguibus incipere. Ἐκ τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι. Dicuntur, qui a leuissimis minimeque ad rem pertinentibus ordiuntur.

Cicero. *Tragoedias in nugis agere.* Tragoedias in nugis agit, qui in re leuicula tumultum mouet, vt ait Terent., magno conatu magnas nugas dicit.

Annosam arborem transplantare. Γεράνδρυον μεταφυτεύειν. In eos dicitur, qui sero atque exacta iam aetate conantur dediscere, quibus diu iuuenes assueuerint, aut simpliciter de iis, quae frustra molimur. Veteres negabant arborem transferri oportere vel minorem bima, vel maiorem trima.

trima. Adaginm pertinere videtur ad quercum, quae omnium altissime radices agit, siue quod hanc arborem omnium primam arbitrentur fuisse.

Numquam viri senis. Ἀνδρὸς γέροντος μή ποτ' εἰς πογὴν ὁρᾷν. *Id est*, ne requiras illud a quoquam, quod ab eo praestari non possit. Zenod. Homer.

In senem libidinosum. In eos, qui ad rem gerendam iam inutiles sunt ob aetatem, verum oratione valent, apposite dixeris illud Homeri:

Γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, ἀλλ' ἀγορηταί.
Ἐσθλοί.

Molestum sapientem apud stultos loqui. Ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πόλλ' ἀγορεύειν. Nihil intractabilius homine stulto, qui quidquid recte dicitur, in diuersam partem rapit. Diog.

Malum est bonum. Κακὸν τὸ καλὸν ἦν τι μὴ καιρῷ τύχῃ. Nihil gratum, quod intempestiuum. Aristoph.

In pace leones. Aristophanes in Pluto:

Ὄντες οἴκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δὲ ἀλώπεκες.

Conueniet in eos, qui praepostere se gerunt, aut in illos, qui simulata mansuetudine, perueniunt ad tyrannidem.

Mira de lente. Dicitur, quoties res humilis et pusilla magnificis laudibus attolleretur, perinde quasi lentem minutum, ac vile legumen splendidis encomiis efferas.

INTERNECIO.

Funditus, radicitus. Quod prorsus et citra spem instaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur, quorum alterum sumtum est ab aedificio, cum aequatur solo, alterum ab ar- Plaut. Tullius.

 bori-

boribus, cum non solum amputantur rami, verum etiam ipsa stirps inciditur, aut vna cum radicibus tollitur. Quod nos dicimus radicitus siue a stirpe, Graeci dicunt ἐκπρεμνίζειν, quasi dicas exstirpare. Multum accedet gratiae, si ad animum deflectetur, veluti si quis dicat ambitionem, auaritiam ac libidinem funditus ac radicitus ex animo reuellendam.

Eupol. *Ne bolus quidem relictus.* Οὐδ' ἔγκαφος λέλειπται. Hoc est, nec vel pauxillum. Nam ἔγκαφος id apud Graecos significat, quod nos vulgata voce magis quam Latina, morsellum dicimus, a verbo κάπτω, quod est auide comedo.

Eustath. *Ne ignifer quidem reliquus est factus.* Οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη. Vbi significamus omnes ad vnum interiisse, adeo vt ne ei quidem sit parcitum, qui ignem praeferat exercitui. Nam priscis mos erat, vt vates aciem praecederet, lauro coronatus, ac facem gestans. Ab hoc belli vim abstinebant vtrimque, quod nefas ducerent, in virum sacrum ferrum stringere. Proinde si crudelem aliquam stragem significare voluissent, ne ignifero quidem parcitum aiebant.

Pinus in morem. Πεύκης τρόπον. Vbi quis funditus radicitusque perit, ita vt nullo pacto restitui possit, piceae ritu perditus dicitur. Nam piceam succisam negant suppullulascere.

Totum subuertere. Ὅλον ἀνατρέπειν. Dicitur, qui funditus perdit quempiam, et velut ab ipsis radicibus funditusque. Ductum ab aedificiis, quae subuertuntur a fundamentis.

Iuuen. *Perdere naulum.* In eum, qui cum multa amiserit, reliquum etiam velit perdere. Metaphora sumta a mercatoribus, qui cum nauigant, si minus, quantum cupiunt, lucrari possunt, student vt saltem recuperent ex mercibus diuenditis, quantum pro vectura nauali soluerunt.

Cum

Cum Cane ſimul et lorum. Σὺν τῷ κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα. Eudemus indicat dici, quoties ſimul omnia pereunt, vt nihil omnino ſit reliqui. Eudem.

Qui iure perierunt. In eos, qui ſuo merito pereunt, conueniet illud Homer. Homer.

Τὰς τε δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν, καὶ σχέτλια ἔργα.

Omitte vatem. Πάρες τὸν μάντιν. Vti conueniet quoties alicui parendum admonebimus, quod is eximius ſit et immunis habendus a vulgari ſorte. Veluti ſi quis Poetae, Theologo, Sacerdoti diceret oportere parci. Antiquitus mos erat, vt augur coronatus ante aciem incederet, neque fas erat hunc telis impetere, vtpote virum ſacrum. Poterit adagium etiam per ironiam vſurpari.

INVIDIA AEMVLATIO.

Cognatio mouet inuidiam. Ariſtoteles docens inuidiam oriri erga vicina et cognata, nullus enim inuidet olim defunctis, aut diuerſi generis, aut immenſo interuallo ſuperioribus, adducit huius verſiculi teſtimonium: Ariſtot.

Τὸ συγγενὲς γὰρ δὲ φθονεῖν ἐπίσταται.

Vnde qui eo altitudinis proceſſerunt, vt inuidiam gloria ſuperarint, extra omnem aleam, extraque inuidiae tela eſſe dicuntur.

Eſurienti ne occurras. Prouerbii faciem habet illud Theocriti in Syracuſanis: Gorgo hortans ad reditum quod maritus eſſet iracundus, dicit: Theocr.

Πεινῶν τίγε μηδὲ ποτ' ἔνθῃς.

Fames enim exaſperat iracundiam. Vnde apud Plautum aliquis iracundius loquentem rogat, quam pridem ediſſet. Apud eundem eſt: *Fames et mora bilem in naſum conciunt.*

 Figu-

Hieron. *Figulus figulo inuidet, faber fabro.* Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων:

Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Alcipp. *Inimicus et inuidus vicinorum oculus.* Alcippus in epiſtola quadam ad Eucymonem.

Δυσμενὴς, καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμὸς φησὶ ἡ παροιμία.

Vicinus vicino inuidet. Nec inuidemus iis, a quibus longo abſumus interuallo, ſed quod propemodum ſperamus aſſequi.

Zenod. *Vnicum arbuſtum haud alit duos erithacos.* Μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους. Non intempeſtiuiter dicitur in eos, quibus parum conuenit, nec in eodem munere concorditer verſari queunt. Eſt autem erithacus auis quaedam ſolitaria, vt in eodem ſaltu non temere niſi vnam inuenias.

Vna domus non alit duos canes. Εἷς οἶκος οὐ δύναταί τρέφειν τοὺς δύο κύνας. In eos, inter quos parum conuenit, propter idem lucrum, quod communiter expetunt. Sic idem regnum non fert duos ambitioſos tyrannos.

Zoili. Zoili vocantur alienarum laudum obtrectatores, et alienorum laborum reprehenſores. Zoilus Sophiſta quiſpiam fuit, qui Homerum auſus eſt, libris in eum ſcriptis, inceſſere, vnde ὁμηρομάστυγος cognomen meruit. Sic enim appellantur nobilium auctorum caſtigatores. Zoilus igitur commentarios in Homerum compoſitos Ptolemaeo tyranno Aegyptiorum obtulit, ingens videlicet praemium a rege ſperans. Verum cum nihil mitteretur penuria coactus, miſit, qui peterent. Ibi Ptolemaeus ait ſe mirari, cum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia paſceret, Zoilum egere, Homero doctiorem; denique per occaſionem ſupplicio affectus

fectus est, quamquam de mortis genere diuersa tradunt auctores.

Edentulus vescentium dentibus inuidet. Hoc est, ne quod ipsi non contingit, aliis inuideat. Hieron.

Expertes inuidentiae musarum fores. Ἀφθόνοι Μουσῶν θύραι. De his dictitatum, qui litteraturam suam candide libenterque impertiunt aliis, et ad docendum promti propensique sunt.

Iactantiae comes inuidia. Qui monebit, ne quis insolentius iactet vel fortunae munera, vel naturae dotes, ne quando Nemesis exaudiat auferatque, non intempestiuiter vsurpabit illud Homeri: Homer.

Ἀλλ' ὅγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι ὅττι διδοῖεν.

Turpe silere. Αἰσχρὸν σιωπᾶν. Hoc licebit vti, quoties quis alterius exemplo exstimulatur ad studium aut negotium aliquod suscipiendum. Aristot.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Vicissim illud significat humanis ingeniis insitum, vt semper alienam sortem magis mirentur, suam contemnant ac fastidiant; optent inexperta, experta damnent. Siquidem ephippia vocantur, quas vulgo sellas equestres appellant, additas in hoc, vt commodius sedeat eques. Veteres bubus arabant, non equis. Horat.

Fertilior seges est in alieno agro. Ouidius.

Ouid. *Fertilior seges est alieno semper in aruo,*
Vicinumque pecus grandius vber habet.
Pers. *Securus et Angulus ille Vicini, quia pinguior.*
Aul. Gel. *Aliena nobis, nostra plus aliis placent.*

Horat.

Qui fit Mecaenas, vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudet diuersa sequentes.

Herod. *Praestat inuidiosum esse, quam miserabilem.* Nam inuidia fere comes est felicitatis, miseratio calamitatis.

IRA.

Theocr. *Lucernam accendere possis.* Vehementem iram hac hyperbole exaggerauit Theocritus in Thyonicho.

Κήφατ' ἔτ', ἐυμαρίως κεν ἀπ' ἀυτῆς καὶ λίχνον ἅψαις.

Plaut. *In fermento iacere.* Ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι. Dicebantur, qui animo essent aegro, quippe iracundia turgerent. Nota translatio. Fermentum enim et acorem habet et tumorem. Vnde et in diuinis litteris fermentum malitiae rancorisque significationem habet.

Fluctus mutus. Κῦμα κωφόν. Fluctum mutum appellabant, qui nondum edebat fragorem, sed iam incipiebat intumescere. Dici potest de bili hominis, quae nondum erupit in conuicium, sed tacite inardescit.

Iracundior Adria. Qui moribus parum est commodis, et irritabili ingenio, Adriae comparatur prouerbio.

Plato. *Demissis auriculis.* Qui deiecto sunt animo, auriculas super humeros habere dicuntur. Plato lib. de Repub. 10. Τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες. Sumtum a iumentis, aurium motibus animi affectum testantibus.

Brutus. *Mordere frenum.* Pro eo quod est, vel leuiter repugnare seruituti. Papinius in diuersum sensum vsurpauit, nempe pro eo quod est, seruitutem accipere, frenumque recipere.

Aristoph. *Mordere labrum.* Ἐσθίειν τὰ χείλη. Vel hodiernis temporibus vulgo dicitur, qui stomacha-

tur

tur animoque tingitur. Sumtum ab indignantium gestu.

Tacite stomachari. In eum, qui secum indignatur, quadrabit illud Homer. Homer.

Ὁ δὲ ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον.

ITERATIO CITRA TAEDIVM.

Bis ac ter quod pulchrum est. Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. Subaudi, dicendum est. Vsurpatur a Platone. Caeterum bene videtur prouerbio dictum, quod egregium sit, id iterum ac tertio in sermone repeti oportere. Lucianus: *Nulla satietas rerum honestarum.* Omnino ea vis inest rebus egregiis, vt quo saepius ac pressius inspiciantur, hoc magis ac magis placeant. Plato.

ITERATVS ERROR.

Eadem oberrat chorda. A cantoribus ducta translatio est, quibus vehementer foedum est, in iisdem fidibus saepe peccare. In eos concinne dicetur, qui vel in simili re crebrius peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Primus enim lapsus, vel casui datur, vel imprudentiae, iteratus stultitiae tribuitur, aut inscitiae. Horat.

Iterum eundem ad lapidem offendere. Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν ἀσκρέειν λίθον. *Id est*, iterum eadem in re peccare.

Vulpes non iterum capitur laqueo. Ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ πάγαις. Stupidi est hominis, in malum gustatum iterum incidere. Zenod.

Non licet in bello bis peccare. Ἁμαρτεῖν οὐκ ἔνεστι δὶς ἐν πολέμῳ. In rebus periculosis non est tutum labi. Nam si semel erretur, actum est de capite, nec est secundo errori locus. Delibe-

 randum

randum ergo est diu, quicquid statuendum est semel, puta de sacerdotio, de matrimonio, deque id genus aliis.

Diog. *Venia primum experienti.* Συγγνώμη πρωτοπείρῳ. Ignoscendum his, qui rudes nouo quopiam in negotio incipiunt versari, si quid per imperitiam peccarint.

Petr. Apost. *Sus in volutabro coeni.* Ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. Cum quis iterat iam expiata flagitia.

Idem. *Canis reuersus ad vomitum.* Κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. Quadrabit in eos qui relabuntur in eadem flagitia.

Camp. *Decipienti semel.* Ioannes Campanus: Decipienti me semel dii male faxint, faxintque bene si bis idem deceperit. Confine illi: *Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.*

IVDICANDI RECTE, SECVS.

Zenod. *In quinque iudicum genibus situm est.* Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται. *Id est*, In alieno arbitrio res est posita. Nam antiquitus quinque iudicibus datum negotium, vt de Comicorum fabulis pronunciarent. Cum significamus non esse nostrae facultatis, praestare rei exitum, verum hunc superis et fortunae in manu esse: Pindarus: νῦν δ᾽ ἔλπομαι μὲν, ἐν θεῷ γε μὲν τέλος.

Panidis suffragium. Πανίδου ψῆφος. In eos torquebatur, qui stulte atque inerudite iudicarent. Aiunt Panidem hunc Chalcidis regem fuisse, qui Hesiodum Homero praetulerit, perinde quasi dicas: *Midae suffragium.* In genere conueniet in iudicia vulgi, cui fere semper pessima pro optimis placuerunt.

Suidas. *Sus tubam audiuit.* Σάλπιγγος ὗς ἤκουσε. In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, verum eas neque intelligunt, neque mirantur. Aut in eos, qui iis quae audiunt, neque gaudent, neque

neque commouentur. Equi tubarum clangore concitantur ad bellum, suem abigat tuba citius, quam animet ad pugnam.

Quod index auro, id aurum homini. In saxeis coticulis aurum exploratur, euidens praebens specimen. In auro vero proborum pariter et improborum ingenium deprehenditur. Stobaeus hoc citat carmen ex Antiphone. Suidas.

Πλοῦτος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώπου τρόπων.

Lydius lapis, siue Heracleus lapis. Λίθος Ἡρακλεία, ἢ λίθος λυδία. In eos dicitur, qui vehementer acri exactoque iudicio sunt. Adagium accommodari potest vel ad personam, vel ad rem. Theophrastus lapidem ait quemdam esse, qui Lydius seu Heraclius dicatur, qui attritu, aurum atque argentum cuiusmodi sit, arguat. Hunc quidam magnetem putant, velut Herculanum, qui ferrum ad sese trahit. Nec Heraclius vocatur ab Hercule, sed ab Heraclea, Lydiae ciuitate. Theophr.

Gnomon, et regula. Quod in re quapiam praecipuum est, et ad quod vnum reliqua omnia conferuntur, regulam et gnomonem prouerbio vocabant. Porro ad regulam exaequant fabri structuram. Idem vtuntur gnomonibus. Constat autem gnomon e duabus lineis rectis, quas vtrinque dimetiens dissecto quadrangulo constituit.

Emunctae naris. Mucosis naribus. Emunctae naris dicitur acri exactoque iudicio, quasi purgatis naribus, mucoque emunctis. Contra, obesae naris dicuntur stupidiores. Horat.

Tenedius homo. Τενέδιος ἄνθρωπος. Dici solitum de homine tetrico formidabilique aspectu. Suidas ait regem quempiam Tenedi fuisse, cui nomen Tenes, qui legem tulerit, atque induxerit Plutarch.

rit morem, vt a tergo iudicis adſtaret quiſpiam, ſecurim tenens, videlicet in hoc paratus, vt qui perperam quid in iudicio dixiſſet, opinor mendacium, aut falſum teſtimonium, eum protinus ſecuri feriret. Alii tradunt in hunc modum, haud tamen cum his pugnantia. Cygnus Neptuni filius, pater Hemitheae et Tenae, nouercam liberis ſuis induxit. Euenit autem, vt Tenes apud patrem inſimularetur a nouerca, quod ſeſe de ſtupro interpellaſſet, id cum ille verum eſſe crederet, iuuenem in capſam incluſit, vnaque Hemitheam ſororem, quod fraterni fati comes eſſe deſideraret, ſimulque in mare praecipitauit. Id ſcrinium delatum eſt Leucophrenem, cui poſtea Tenedo commutatum vocabulum, videlicet a Tene, cygni filio, qui progreſſu temporis nactus imperium eius loci, quod modo diximus exemplum induxit, vt in tribunalibus aſſiſteret, qui ſecurim in caput accuſantis vibratam ſuſtineret. Quod ſi quis fuiſſet calumniae conuictus, eum protinus viuum ſecuri diſſecaret. Id ſpectaculi quoniam formidabile videbatur, in prouerbium abiit, vt Tenedius homo diceretur, qui minaci trucique eſſet aſpectu.

Tenedius patronus. Τενέδιος συνήγορος. Eodem e fonte profectum eſt et hoc, dici ſolitum de eo, qui compendio cauſam expedit, litiſque nodum ocyus diſſecat. Suidas ait apud Tenedios duas ſecures ſuſpenſas oſtendi. Ariſtoteles illud addit, in Aſſerina, is eſt locus quiſpiam in Tenedo, fluuiolum eſſe, in quo cancrorum teſtis, nauigiorum vtantur vice. Eas ita diſſecant, vt ſecuris ſpeciem prae ſe ferant. Prouerbii meminit et Stephanus, addens dici ſolitum de aduocato rigido duroque, quod illic non eſſet tutum, quiduis garrire in iudicio.

Manum ferulae ſubduximus. Antiquitus litteratores diſcipulorum manus ferula caedebant. Vnde

Vnde manum ferulae subduxisse dicuntur, qui desierunt in ludo litterario versari, neque iam vt pueri docendi, sed utcumque docti sunt.

Nouit quid album, quid nigrum. Duplicem in sententiam accipi potest, aut nouit discrimen recti prauique, aut nouit id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam euidentius est albi nigrique, discrimen, quam vt quisquam non videat. Videtur tractum esse a priscis illis mortalibus, qui duos tantum naturales colores nouerant, album et nigrum, teste Pompeio. Hieron.

Nouit mala et bona. In eum, qui per aetatem vsumque rerum, iam delectum habere potest, fugiendorum atque expetendorum, congruet illud Homeri ex Odyss. Y. Homer.

> Δὴ γὰρ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα
>
> Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια.

Purpura iuxta purpuram diiudicanda. Ἡ πορφύρα παρὰ τὴν πορφύραν διακριτέα. Certissimum iudicium ex collatione nascitur. Vnde emtores mercaturi purpuram, ne fallantur, alteram adhibent purpuram.

Alba amussi. Λευκὴ στάθμη. *Hoc est*, Nullo delectu ac citra discrimen. Effertur et sic: *In albo lapide alba linea.* Dicitur vel in eos, qui nullo sunt iudicio, vel in stupidos, vel in eos, qui incertis probant vel significant incerta. Solet enim funiculus ille minio oblini, quo discrimen faciat. Vnde et rubricam vocauit Persius. *At si oculo rubricam dirigat vno.* Plato.

Nullus delectus. Aristoteles refert hunc versiculum: Aristot.

> Ἐν δ' ἰῇ τιμῇ μὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός.

Quo

Quo licebit vti, ſi quando ſignificamus nihil eſſe diſcriminis inter eruditum et impoſtorem, inter merentem et male merentem.

Ariſtot. *Leſbia regula.* Dicitur quoties praepoſtere non ad rationem factum, ſed ratio ad factum accommodatur: et quum lex moribus applicatur, non mores ad legem emendantur, aut quoties princeps ſe populi moribus accommodat, quum contra conueniat plebem ad principis arbitrium vitam inſtituere, ſi modo princeps ipſe ad honeſti regulam ac ſcopum reſpiciat. Plumbea Leſbiae aedificationis regula ad lapidis figuram tranſmouetur, neque manet regula.

Horat. *Naſus.* Ipſe denique naſus in prouerbium abiit, pro iudicio, Horat. *Non quia nullus illis naſus erat.* Faciunt item huc quae citauimus, partim etiam citabimus alibi. *Auris Batava. Coruus albus. Caeci praeſcriptio. Cenſoria virgula.*

IVVENTA.

Homer. *Iuuenta viribus pollet.* Ad vires plurimum momenti adfert aetas iuuenilis. Huc facit illud Homeri:

Καὶ δὲ ἔχει ἥβης ἄνθος, ὅτε κράτος ἐςὶ μέγιςον.

Iuuenari. Dixit Horatius quod Graeci νεάζειν, νεανίζειν, νεανεύειν, pro eo quod eſt, iuuenum more iactantius, inconſideratius, inconſultius agere, aut ſi quid aliud ei aetati peculiare videtur. Quod quo longius traducatur, hoc fuerit venuſtius, vt ſi quis orationem floridam phaleratamque dicat νεανίζειν. Eiuſdem formae eſt, γυναικίζειν, pro geſtu cultuque repraeſentare mulierem.

IVSTI-

IVSTITIA.

Iustitia in se virtutem complectitur omnem. Aristot.
Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ᾽ ἀρετή ἐστιν.

Homines frugi omnia rect faciunt. Docet adagium quosdam improbos homines certis in rebus non numquam esse visui, ac praeclare se gerere, verum vbique ac perpetuo praestare virum integrum atque inculpatum, id eius demum esse videtur, qui natura vereque sit probus. Cicero.

Exigua res est ipsa iustitia. Quo prouerbio significabant, non multum adferre momenti, si probus sis, nisi talis etiam habearis, et opinionem longe plus valere, quam ipsam rem.

Trutina iustius. Δικαιότερον σταχάνης. De iis, qui insigni incorruptaque sunt aequitate. Est autem id librae genus, quo vel minutissimum ponderis momentum sentitur dignosciturque, latini quoque exactam aequalitatem aequilibrium appellant. Vnde aequa lance dicitur. Aristot.

Iustitiae oculus. Δίκης ὀφθαλμός. Dicitur sincerus et incorruptus iudex, aut ipsum etiam iudicium. Adagii meminit Suidas. Chrysippus iustitiae oculos tribuit acreis, rectos atque immotos, quod eum, qui recte sit iudicaturus non oporteat oculos ab honesto deflectere. Suidas.

Iustitia iustior. Δίκης δικαιότερος. De vehementer integris et incorruptis. Veteres enim iustitiam Deam faciebant.

Maras. Μάρας. Hoc nomine ferunt fuisse quempiam apud Beroeam, Syriae ciuitatem, ditissimum quidem illum, verum nihilominus humanum et officiosum in omnes, tum ciues, tum hospites. Vnde et vulgo receptum, vt id vocabuli tribueretur viris, qui ad multorum vtilitatem nati viderentur.

Bocchyris. Βάκχυρις, *siue* Βόκχυρις. Rex quidam fuit Aegyptiorum, adeo notae et incorruptae in iudicandis litibus iustitiae, vt vulgo, si quem magnopere iustum et integrum significare vellent, Bocchyrim appellarent, perinde quasi Rhadamantum dicas aut Minoem. Plutarchus testatur, fabulam de hoc iactatum fuisse, quod cum esset natura grauis et austerus. Isis illi aspidem immittere solita sit, quae capite circumuoluta, superne hominem inumbraret, vt ostento territus recte iudicaret. Dici potest et de iis, qui non temere de re quapiam pronunciant.

Rhadamantheum iudicium. Ῥαδαμάνθυος κρίσις. De incorrupte iudicantibus. Rhadamanthus enim manium iudex neque muneribus, neque gratia deflectitur, quo minus seuere iudicet.

Plato. *Orphica vita.* Ὀρφικὸν βίον. Plato dixit vitam innoxiam, et a luxu sanguinolentisque dapibus puram. Talem vitae rationem Orpheus instituisse videtur, vt non solum sanguine pecudum aras deorum non inquinarent, verum ne vesci quidem vllius animalis carnibus sustinerent.

Aristot. *Virtus simplex.* Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί. Facile enim est a scopo aberrare, sed scopum attingere difficile.

Horat. *Eadem pensarri trutina.* *Id est*, Eadem lege. Horatius in Serm. *Hac lege in trutina ponetur eadem.* Persius: *Examenque improbum in illa Castiges trutina.* Huic simillimum est: *Aequali trutina, siue aequa lance*, quod pari iure fit citra personarum respectum.

Idem. *Rhamnusius.* Ῥαμνούσιος. Id cognominis olim, ceu prouerbio additum sapientibus ac moderatis viris. Vel ab eius gentis moribus ductum, vel a dea Rhamnusia, quae modum in omni negotio docet adhibendum.

Strabo. *Prienensis iustitia.* Πριηνὴ δίκη. Cum significamus aliquem in iudicando plurimum excellere.

A Bian-

A Biante Prinensi sumtum, cuius integritas in iudicandis caussis in prouerbium abiit.

Rectam ingredi viam. Τὴν ὀρθὴν βαδίζειν ὁδόν. Recta ambulare viam dicitur, qui nusquam deflectit ab honesto. Huic simillimum est: Rectam instas viam, id est, rem acu tetigisti. Aristot.

Dum clauum rectum teneam. *Id est*, Dum meo fungar officio. Significat non imputandum euentum parum prosperum artifici, modo is praestiterit, quod artis est. Quinctil.

Ad amussim applica lapidem, non ad lapidem amussim. Πρὸς σταθμὴν πέτρον τίθεσθαι, μὴ τι πρὸς πέτρῳ στάθμην. Admonet vitam ad leges esse corrigendam, non contra leges ad mores nostros trahendas esse, vt id faciamus, quod honestum, non id rectum existimemus, quod facimus. Vid. prov. *Lesbia regula.* Plutarch.

Ne moueto lineam. Μὴ κίνει γραμμήν. Id translatum a more veterum, qui metam ducta linea significabant, in qua praemium propositum erat, quod auferret victor. Significat autem non esse mutandas leges neque praetereundos fines rerum praescriptos.

Ex aequo partire. Ἐξ ἴσου δίδου πᾶσιν. Translatum ab iis, qui conuiuium aut haereditatem partiuntur. Quadrabit in iudicem aut principem, quem oportet aequale ius reddere.

Aequalitas haud parit bellum. Ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ. *Id est*, Aequalitate continetur concordia. Inaequalitas discordiarum est mater. Plutarch.

Quae non posuisti, ne tollas. Ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλῃ. Laërtius refert inter Solonis leges: sentiens, opinor, de terminis agrorum non mouendis, quos maiores fixissent. Conueniet in furaces, et in eos, qui repetunt quod non crediderunt. Item qui sibi postulant acceptum ferri, quod non praestiterunt. Plato.

Homer. *A sacris abstinendae manus.* Vulgo quoque creditum est, fatum instare ei, qui sacris rebus ac Deo dicatis manus iniecerit: Vnde Homer.

> Ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλει πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι
> Ὅν τε θεὸς τιμᾷ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη.

Plaut. *Nemo quemquam ire probibet publica via.* Quo significant rerum communium aequalem omnibus vsum esse, neque cuiquam vertendum vitio, quod ius publicum concedit.

Val. Max. *Zaleuci lex.* Ζαλεύκου νόμος. De edicto mandatoque plus satis rigido, parumque humano dicebatur. Zaleucus quidam Locrensibus leges tulit acerbiores. Non dissimile illis: *Manliana imperia, et Phalaridis imperium.* Quum enim filius Zaleuci secundum ius ab eo constitutum, ob crimen adulterii vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris poenam adolescenti remitteret, repugnauit aliquandiu: postremo populi victus precibus, suo prius, deinde filii oculo eruto, salua lege, supplicii modum temperauit.

Iuuen. *Dat veniam coruis, vexat censum columbas.* Poena legum exercetur in humiles quospiam, rapacibus ignoscitur. Plutarchus in vita Solonis, *Leges aranearum telis adsimiles dicebat, propterea quod illa si quid leuius aut imbecillum incurrit, haeret: sin maius aliquid dissecat ac fugit.* Terent. in Phor.

> *Quia non rete accipitri tenditur, neque miluio.*
> *Qui male faciunt nobis: illis qui nihil faciunt, tenditur.*
> *Quia enim in his fructus est, in illis opera luditur.*

Vrba

Vrbanus nihil aequi cogitat. Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνὴρ ἀστυκός. Admonet rusticanam vitam innocentiorem esse, vt quae sola cum solis habeat commercia terris. Contra qui tegunt in vrbibus, propter contagia negotiorum et hominum, astutiores euadere. Potest et huc accommodari paroemia, quod eximiae morum ciuilitati et vrbanae blandiloquentiae fere comes esse solet astutia. Contra qui moribus sunt agrestibus, iis plerumque fides est certior.

Quod aliis vitio vertas ipse ne feceris. Quod damnaturus sis in aliis, in te non admiseris. Ad id facit illud Homeri: **Homer.**

Καὶ ἄλλῳ νεμεσᾶτον ὅστις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

LACESSENTIS.

Arietem emittit. Ἄρνα προβάλλει. *Id est*, In rixae pugnaeque cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum incepturi, Fecialem mittebant, qui arietem adductum in hostium fines immitteret, hoc significans pacto ciuitatem et agros illorum hostibus compascuos fore.

Cominus atque eminus. Ἐγγύθεν καὶ πόῤῥωθεν. Translatum a bello, in quo nunc conserti pugnant gladiis, nunc machinis procul tela in hostem torquent. Id si ad animi res transferatur, fiet venustius. Cum hominibus habenda pax, caeterum cum vitiis cominus atque eminus pugnandum.

Ad pila vbi ventum. Cum de propinquo res geritur, ad pila ventum dicitur. Pilum autem est genus hastae Romanae breuius.

Non vt prior laedam, sed vt iniuriam retaliem. Vt qui prior nolim malo lacessere; sed iam datum malo retaliem malum. Couenit cum illo

Terentiano: Sic existimet, responsum, non dictum esse.

Plutarch. *Nunquam enim meos boues abegerunt, nec equos.* Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους. *Id est*, Nunquam me laeserunt aut adfecerunt iniuria. Cum negamus nobis esse causam cur illum aut illum odisse debeamus

Homer. *Omni conatu inuadere.* Si quem significamus totis viribus tendere in quempiam oppugnandum, conueniet illud Homeri:

Αἰνείας δ' ἀπόρουσε σὺν ἀσπίδι δουρί τε μακρῷ.

Cicero. *Pugnis et calcibus.* Πὺξ καὶ λάξ. Pro eo quod est, omni contumeliae genere, totisque viribus.

Plaut. *Irritare crabrones.* Τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν. Id dictum est a Plauto in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neque sine tuo malo discedas. Est autem crabro insecti genus affine vespis pertinacissimum aculeoque pestilentissimo; siquidem refert Plinius, crabronum ictus haud temere sine febri esse, additque traditum a quibusdam, ter nouenis huius animantis punctis interfici hominem. Aristoteles illud quoque tradit, cum in apum genere quaedam aculeis careant, vt fuci, et reges, vespae quoque nonnullae, sine aculeis inueniantur, nulli crabrones reperiuntur non armati aculeo, quamquam de duce, num aculeatus sit, nonnihil addubitat.

Refricare cicatricem. Quum dolor temporum spatio iam mitior renouatur, refricari cicatrix dicitur. Dicimus et *refricare dolorem et refricare memoriam, et suffricare memoriam*, pro eo quod est, leuiter reuocare, sed in malam fere partem. Sumtum a corporali vulnere, quod iam coiit, cicatrice obductum.

Terent. *Tangere vlcus.* Κινεῖν ἢ θιγεῖν τὸ ἕλκος. Est mouere dolorem, eiusque rei facere mentionem, quae

quae nos magnopere vrat: Terent. *Quid minus necesse fuit, quam hoc vlcus tangere.*

Vnguis in vlcere. Cicero in Clodium, qui populum fame iam exasperatum concionibus insuper seditiosis in rabiem agebat, *Vt tu*, inquit, *in hoc vlcere tamquam vnguis exsisteres.* Cicero.

Vt lupus ouem. Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ. Qui sui commodi gratia simul et amorem. Plato.

Ignem gladio ne fodito. Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. *Hoc est*, ira percitum ne lacessas, quin magis concedere conuenit, et blandis verbis tumidum animum placare, propterea quod flamma, quo magis exagitatur, hoc magis magisque incalescit. Plutarch.

Temulentus dormiens non est excitandus. Sopitum ebrium non oportet excitari somno: Similimum est autem illi: *Malum bene conditum ne moueas. Non est refricandum odium, cum tam tempus induxit obliuionem: Non est renouandum animi vulnus, cui iam obduci cicatrix coepit.* Theogn.

Thynnissare. Θυννίζειν. Graeci transferunt pro stimulare, pungereque: vel quod piscis qui Thynnus dicitur quo sit palato gratior, pungi soleat: vel quod ipse piscis aduret pungatque contactu. Plinius rem auditu nouam memorat de Thynno. Ait in mari animalculum esse perquam exiguum, aranei magnitudine, scorpionis effigie, id se delphino et ei, qui gladius vocatur. crebro Delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit aculeo, tantoque infestat dolore, vt in naues saepe numero exsiliant. Athenaeus prodidit thunnorum generi, quos athenienses thynnidas appellant, subter ventrem pinnam affixam esse, quae vocetur athera. Addit pisci nomen inditum παρὰ τὸ θύειν, quod impetu feratur, praesertim cum oestro concitus agitur id, quod accidit ille circa aestiuum solstitium. Id est animalculum in capite specie scorpii, Diog.

pii, magnitudine drachmae, quo malo sic exagitantur, vt ex aquis subsiliant, non minus alte quam delphini.

LAETITIA, TRISTITIA.

Zenod. *Irrisibilis lapis.* Ἀγέλαστος πέτρα. De re vehementer acerba tristique. Quadrabit in feueros ac tetricos quosque vocant ἀγελάστας. Ostendebatur olim saxum quoddam in Attica, in quo ferebatur consedisse Ceres, cum relicto caelo, succensis facibus, Proserpinam a Plutone raptam quaereret. Porro cum in Eleusinem peruenisset, ibi tristis in saxo quodam insedit, quod ob eam ipsam causam ἀγέλαστον appellabant.

Plaut. *Sinapi victitare.* Tristes ac supra modum tetrici, sinapi victitare, dicuntur, quod hodieque vulgo tritum est.

Herod. *Animus habitat in auribus.* Veteres animo sedem in oculis dedere, plerique in corde. At Herodotus docet animum habitare in auribus, quod qui bene audiunt, voluptate afficiantur, qui secus, exacerbentur. Opinor hunc esse sensum adagii, quod ex his, quae audimus, maxime placatur aut irritatur animus.

In antro Trophonii vaticinatus est. Ἐν Τροφωνίου μεμάντευται. De homine vehementer tristi tetricoque, propterea quod olim creditum est eum, qui in Trophoni specum descendisset, postea numquam ridere. Porro historia de Triphonio varie narratur a Graecis. Quidam aiunt hunc Trophonium in secandis saxis summum artificem fuisse, fanumque subterraneum exstruxisse, in Lebadia Boeotiae regione, quod Trophonii vulgo cognominatum est, nimirum ab artifice. Dein qui sciscitarentur oracula, in aditu specus sedere solitos, nudos, atque inde flatu quodam abripi sub terram, gestare autem secum placen-

placentas quasdam, quas lemuribus et serpentibus occurrentibus obiicerent. Deinde per~~e~~pto oraculo rursus per alium hiatum in summam terram restitui. Alii narrant hoc pacto. Agamedes Stympheli, quae est Arcadiae pars, rex erat, is vxorem duxit Epicasten, cuius filius erat Trophonius. Ii eius tempestatis mortales omnes artificio superabant, ac delphicum templum exstruendum receperant, atque in Helide aerarium quoddam condiderant Augeae, vbi aurum suum reconderet, qui postea soluta lapidis cuiusdam commissura, quam in hoc ipsum reliquerant, noctu ingressi, pecuniam furari consueuerunt, socio Gercyone Agamedis germano, atque Epicastae filio. Quae res cum vehementer perplexum haberet Augeam, forte fortuna accidit, vt Daedalus Minoem fugiens ad eum diuerteret. Hanc exorauit Augeas, vt arte quapiam fures hos inuestigaret. At Daedalus laqueos quosdam summo artificio constituit, quibus Agamedes captus est. Id conspiciens Trophonius non esse effugium, capite Agamedis amputato, ne posset agnosci, quis esset, vna cum Gercyone Orchomenon aufugit. Hos cum Augeas, auctore Daedalo persequeretur, illinc aufugerunt, alter nempe Gercyon Athenas, vt testatur Callimachus, in Arcadiam, alter vero in Lebadiam, Boeotiae regionem, vbi parato sibi domicilio subterraneo per omnem vitam perseuerabat. Quo defuncto, vulgo creditum est, illic certa reddi oracula, ac Trophonio perinde, vt Deo, sacrificari coeptum. Quidam aiunt Agamedem et Trophonium, Daedali opera suffuratos aufugisse, et Trophonio fugienti terram hiatu diductam, viuumque absorbuisse, circa Lebadiam. Aliquot post annis cum Boeoti pestilentia laborarent, consultum oraculum respondit, Trophonii manibus honorem habendum esse. At illi cum essent ignari,

 vbi-

vbinam terrarum illius esset monumentum, apum indicio repererunt. Nam vbi eas conspicerent, e cauo quodam subscatentes, coniectarunt eum esse locum. Quare visum est, aliquem in id antrum demittere, qui rem exploraret. Quidam igitur ingressus, duos dracones obuios habuit; quibus obiectis offis mellitis, illaesus euasit. Vnde et mos inoleuit, vt antrum Trophonii subituri, placentas aliquot secum deferant. Priusquam autem subirent, certis diebus caerimoniis praescriptis lustrabantur, pure interim agentes, deinde stola sacra ornati descendebant, hastas manu gestantes, vt aiunt nonnuli, quo vim serpentium depellerent. Cicero tradit, Trophonium et Agamedem exaedificato templo Apollini delphico venerantes, deum laboris sui mercedem petiisse, nihil quidem certi, sed quod esset optimum homini, quibus Apollo se id daturum ostendit, post diem ab illo tertium, qui vt illuxit, mortui sunt reperti. Recentiores ita tradunt, Trophonium virum quempiam fuisse supra modum gloriae famelicum, Empedoclique simillimum, extructoque sibi domicilio subterraneo oracula reddidisse, deinde vbi ille fame interisset genium quemdam in id immigrasse, atque oracula reddere perrexisse; post, super itione mortalium plures in id antrum demisisse sese, ac dies complures fuisse commoratos. Plutarchus narrat, Timarchum quemdam in Triphonii specum ingressum, posteaquam illinc rediisset, prodigiosa dictu narrasse sibi visa. Plurima de hoc nugamento nugatur apud Philostratum Apollonius.

Suidas. *Harmodii cantilena.* Ἁρμοδίου μέλος. De lugubribus ac tristibus dicebatur. Cantilenae genus fuit, quod in compitis canebatur in Harmodium et Aristogitonem, quod hi Pisistratidarum tyran-

rannum sustulissent. Similimum illi: *Admeti melos*.

Argiuos vides. Ἀργείους ὁρᾷς. Scilicet, Stupentibus et adtonitis oculis. Sumtum opinor ab Oreste furiis agitato. Qui inter Helotes alicuius auctoritatis erant, et splendidi, appellabantur Argiui. Helotes sunt in Peloponneso, cuius primaria ciuitas est Argos. Ambitionis igitur erat, quod Argiui, quam Helotes appellari maluerint. Suidas.

Admeti naenia. Ἀδμήτου μέλος. De tristi lugubrique cantione. Accomodari potest ad orationem querulam ac miserabilem. Adagium ad huiusmodi fabulam reterunt. Admetus rex fuit Pheraeorum, cuius armenta pauisse fingitur Apollo, mercede conductus, cum ex Olympo depulsus, humana specie exsularet apud mortales, et, vt erat artifex, effecisse, vt omnes vaccae gemellos parerent; cumque apud Admetum perquam humaniter esset habitus, vt patrono gratiam officii referret, a Parcis impetrauit, vt, cum in illarum fusis Admeti fatalis dies volueretur, liceret hac lege mortem effugere, si quem alium reperisset, qui volens illius vice mortem oppetere vellet, suique capitis dispendio illius vitam redimere. Ergo cum adesset dies fatalis ille, neque quispiam inueniretur, qui mortis vicarius esse vellet, patre etiam ac matre recusantibus, vna Alcestis vxor mariti vitam sua cariorem habuit. Qua defuncta stridulae quaedam ac lugubres neniae decantabantur assidue apud Admetum, donec, mota Proserpina, remisit Alcestidem, aut, donec Hercules, expugnato orco, hanc ad superos reduxit.

Arctum annulum ne gestato. Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον. *Hoc est*, Ne vixeris anxie: et ne temet in seruitutem coniicias, aut eiusmodi vitae institutum, vnde te non queas extricare: siqui- Pythag.

 dem

dem quisquis annulum angustum gestat, is sibi quodammodo vincula iniicit.

Pythag. *Cor ne edito.* Μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. *Hoc est,* Ne curis tuum ipsius animum excrucies, aut ne sollicitudinibus vitam reddas breuiorem; quia cor est fons omnium sensuum, vitaeque ac sanguinis.

Cicero. *Mutare vestem.* Dicuntur, qui lugent mortuum, aut sunt rei.

Sopho. *Ne si ad Iouis quidem aulam.* Qui metuunt malum, et asylum, ad aram, ad arcem, ad columnas principis, ad diuorum fana tamquam tutissimum refugium confugiunt.

Cicero. *Tollere manus.* Qui vehementer gaudent, quasi res diuinitus geratur ex animi sententia, sustollere manus dicuntur.

Canere de Telamone. Ἄδειν τὰ Τελαμῶνος. De querulo sermone dictum prouerbium, quod Telamon impotentius fleuerit, Aiacem filium periisse apud Troiam.

Theocr. *Lityersam cantionem canis.* Λιτυέρσαν ᾠδὴν ᾄδεις. Lityerses nothus erat Mydae regis. Hic instituit vt in honorem Mydae Thericos, id est, aestiuus, aut messorius hymnus caneretur, vnde dictum prouerbium, vt qui non ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityersam cantionem canere dicerentur. Hic Lyterses compellebat aduenientes, vt secum meterent, deinde praesectis capitibus reliquum corpus manipulis inuoluebat.

Aristoph. *Tragicum tueri.* Τραγῳδικὸν βλέπειν. Quadrabit vel in fastuosos vel in tristes ac luctuosos.

Tauricum tueri. Βλέπειν ταυρηδόν. Pro eo quod est, torue. Plato demonstat hunc Socrati fuisse morem, taurinis oculis obtueri.

Lucian. *Atrei oculi.* Ἀτρέως ὄμματα. De toruo truculentoque aspectu dicebatur. His enim oculis in Tragoediis inducebatur Atreus, qui Thyestrae

ſtrae fratri, filios ipſius epulandos appoſuit propter vxorem adulterio vitiatam.

Titanicus aſpectus. Τιτανῶδες βλέπειν. Titanicum intueri, eſt, vultu Titanico obtueri. Titanicum autem toruum vocant, ac tetricum ac cuiuſmodi fuiſſe feruntur veteres illi Titanes.

Cepas edere aut olfacere. Κρόμμυα ἐσθίειν. Cepas edere, dicebantur ioco prouerbiali, qui lacrimari viderentur. Ductum eſt hinc prouerbium quod ceparum odor, vt eſt acris, conſueverit lacrimas oculis excutere. Lucian.

Superatus es a gallo quopiam. Ἡττήθης τινὸς ἀλεκτρυόνος. Iocus prouerbialis in ſeruos, qui dominos a tergo ſequuntur, ſupplices videlicet et abiecti, cuiuſmodi ſolent eſſe galli ſuperati in pugna. Nam haec auis victa, ſilere ſolet: canere, ſi viciſſet. Ariſtoph.

Triſtis ſcytale. Ἀχνυμένη σκυτάλη. De re triſti ſeriaque dicebatur, aut de nuntio, qui dolorem adferret. Lacedaemonii veteres, cum diſſimulare et occultare litteras publice ad imperatores ſuos miſſas vellent, ne, ſi ab hoſtibus exceptae forent, conſilia ſua noſcerentur, epiſtolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, eiuſdemque longitudinis, deraſi atque ornati conſimiliter. Vnus imperatori in bellum proficiſcenti dabatur; alterum domi magiſtratus cum iure atque ſigno habebant. Quando vſus venerat litterarum ſecretiorum, circum ſurculum lorum modicae tenuitatis, longum autem quantum rei ſatis erat, complicabant, volumine rotundo ac ſimplici ita vti orae adiunctae vndique et cohaerentes lori, quod plicabatur, coirent. Litteras deinde in eo loro per tranſuerſas iunctûrarum oras, verſibus ab imo ad ſummum proficiſcentibus, inſcribebant, id lorum litteris ita perſcriptis reuolutum ex ſurculo, imperatori com- Perſius.

commenti illius conſcio mittebant. Reuolutio autem lori litteras truncas atque mutilas reddebat, membraque earum et apices in partes diverſiſſimas ſpargebat. Propterea ſi id lorum in manibus hoſtium inciderat, nihil quidquam coniectari ex eo loro quibat. Sed vbi ille, ad quem erat miſſum acceperat, ſurculo compari, quem habebat, capto, ad finem vt debere fieri ſciebat, circumplicabat, atque litterae per ambitum eumdem ſurculi coaleſcentes rurſum coibant, integramque et incorruptam epiſtolam et facilem legi praeſtabant. Hoc genus epiſtolae Lacedaemonii σκυτάλην, *id eſt*, loricatum ſurcum appellabant.

Areopagita. Ἀρειοπαγίτης. De triſti, ſeueroque dicebatur, aut etiam de iudice vehementer incorrupto. Athenis ſumma erat Areopagitarum auctoritas: hi erant iudices, qui de capitalibus cauſis pronunciabant, tanta integritate, vt noctu atque in tenebris, non interdiu, neque luci cauſas cognoſcerent, quo non dicentes, ſed dumtaxat, quae dicerentur ſpectarent.

Ne ſis patruus mihi. Sapere patruos. Patruorum in nepotes ceu peculiaris genuinaque ſeueritas, prouerbio locum fecit. Horat *Metuentis patruae verba linguae.* Patruam linguam vocat ſeueram, et obiurgatricem. Ad hanc formam pertinet illud Perſianum: *Quam ſapimus patruos,* id eſt, poſtquam abiectis puerilibus nugamentis ſeueros mores induimus. Idem dixit: *Ne ſis mihi tutor*, id eſt; ne mihi praeſcribas atque imperes.

Plinius. *Frontem exporrigere. Frontem contrahere.* Frontem explicare, quum hilareſcimus; contrahere, quum ringimur, hoc eſt, vbi quid moleſtum eſt, dicimur. Horat. *Deme ſupercilio nubem.* Exporrecta fronte, hilariter. *Obducta fronte, corrugata fronte, contracta fronte, caperata fronte.*

Plaut.

Plaut. *Caperata frons seueritudine. Et nubila frons, serena frons, explicata frons.*

Magis gaudet eo, qui senectam exuit. Γέγηθε μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς. De vehementer hilari, ac gestienti gaudio. Ductum est a serpentibus et cicadis, quae statis temporibus exuunt senectutem, ac veluti renascuntur. Aristoph.

Contrahere supercilium. Inflare buccas Ὀφρῦς ἀνασπῶντες, καὶ γνάθους φυσῶντες. In fastuosos ac turgidos dictum, siquidem in superciliis arrogantiae sedes. Horatius inflatas buccas ad iracundiae retulit argumentum: *Quin Iuppiter ambas iratus buccas inflet.* Traductum a ranis, quae per iram inflantur. Suidas.

Sanguine flere. Αἵματι κλαίειν. Prouerbialis hyperbole, significans nihil non fieri quo flectatur aliquis. Sic enim antiquitus loquebantur, *Haud flectes illum, ne si sanguine quidem fleueris.*

Lapides flere. De re vehementer miseranda; prouerbiali hyperbole dici solet, eam esse tam lamentabilem, vt vel lapides cogantur ad fletum.

Erinnys ex Tragoedia. Ἐριννὺς ἐκ Τραγῳδίας. De foedis aniculis. Sumtum ex Aristophanis Pluto, dictum de Penia Strabo tradit insulas esse decem in oceano Gaditano, nomine Cassiteridas, quarum vna prorsus inculta sit, in reliquis habitare homines colore fusco, tunicis vtentes ad talos vsque demissis, pectoribus cingulo obuinctis, baculos manu gestantes, id summa, persimiles furiis tragi is. Aristoph.

Sarone magis nauticus. Σάρωνος ναυτικώτερος. Aiunt hunc fuisse Deum quemdam nauticum. Vnde et Saronico mari cognomen inditum. Congruet in horrido cultu hominem, et moribus feris: quod genus nautas plerosque videmus esse. Aut in negotiatorem per omnia maria volitantem.

LAN-

LANGVOR VEHEMENTIA.

Plato. *Oestro percitus.* Οἴςρῳ παραπληγείς. *Id est*, Ingenti animi cupiditate commotus ac velut attonitus. Oestrum enim insecti genus; horrendo strepitu, vnde et nomen inditum apud Graecos. Nam Latini asylum appellant. Hoc addito, Iuno vaccam Ino in furorem egit. Vnde Poëtae diuino correpti furore, oestro perciti dicuntur.

Pyrrichen oculis prae se ferens. Πυῤῥίχην βλέπειν. *Id est*, Tumultum ac bellum vultu prae se ferre. Inde dictum, quod pyrriche saltationis genus est: quod ab armatis pueris peragebatur. In ea belli imago repraesentabatur, impetus et ardor adorientium, et celeritas fugientium. Vnde et pedi pyrrichio nomen, quod impetum habet militis ruenti in praelium, et vel a Pyrrho, Achillis filio, siue, vt putat Athenaeus, a Pyrrichio quodam Lacedaemonio. Sunt enim bellacissimi Lacones, apud quos peculiaris erat haec saltatio, quam mox a quincto anno pueri discebant.

Πυῤῥιχίζειν. Si quis tumultuantem, et ira excandescentem dicat πυῤῥιχίζειν, non carebit prouerbii specie.

Martem tueri. Simili tropo dicitur apud Aristophanem Ἄρη βλέπειν, pro torue tueri.

Quinct. *Manum habere sub pallio.* Dicuntur, qui languent otio. Sumtum a gestu Rhetorum. Nam qui languent, manum occultant sub pallio; qui commoti sunt, proferunt et agitatione manus brachiique pronunciabantur ea, quae contentionis plusculum haberent.

Ammian. *Non contis aut ramulis.* Ammianus de Antonio quodam ad honorem mensae regalis apud Persas euecto, et ad ius ferendae sententiae admisso, *non contis*, inquit, *aut ramulis*, *vt aiunt*, id

id est, non flexiloquis ambagibus, vel obscuris, sed velificatione plena, in Rempub. ferebatur. Quamquam pro ramulo legendum arbitror remulo.

LAVTITIAE.

Iouis cerebrum. Διὸς ἐγκέφαλος. Βασιλέως ἐγκέφαλος. De cibo vehementer oppiparo ac suaui, aut de molliter delicateque viuentibus. Clearchus apud Zenodotum scribit, *opiparas epulas apud Persas Iouis ac regis cerebrum appellari.* Athenaeus Iouis cerebrum inter secundae mensae delicias annumerat. Zenod.

Nectaris flos. Veneris lac. Helenae cibi. Ephippus apud Athenaeum cibum praelautum νέκταρος ἄνθος. Atque alibi vinum τῆς ἀφροδίτης γάλα, ab Aristophane nominatum docet. Rursum alio in loco suaues cibos, τῆς Ἑλένης βρώματα, dictos indicat. Athen.

Iouis lac. Διὸς γάλα. Quod insigniter esset lautum in cibis. Euripid, apud Athenaeum. καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ, καὶ διὸς γάλα. Plinius.

Deorum cibus. Θεῶν τροφή. De praelautis epulis dicebatur, propterea quod Homerus finxit Deos nectare atque ambrosia victitare, nec ob id vnquam senescere.

Attica bellaria. Πέμματ' ἀττικά. De lautitiis et cupediis. Transferri potest ad rem quamcumque maiorem in modum suauem ac iucundam. Plato.

Herculana balnea. Ἡράκλεια λουτρά. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus et thermas Neronianas. Vulcanus muneris vice submisit Herculi feruida balnea, vnde omnia calida balnea Herculana dici coepta sunt. Porro Aristoteles ostendit, huiusmodi balnea apud veteres habita sacra, propterea quod ex sulphure ac fulmine rebus natura sacris proueniant.

veniant. Pisandrus autem tradit, Mineruam, Herculi fesso calidum balneum suppeditasse.

Τπερμαζᾶν. Μᾶζα Graecis genus est cibi e simila tritici, quod, vt apparet in deliciis erat. Vnde vulgari ioco dicebant ὑπερμαζᾶν, pro opipare splendideque viuere, siue ob egregias mazas, siue quod aliquid his etiam lautius sumerent.

Ματτυάζειν. Dicebatur in eos, qui suauiter viuerent: Ματτύα cibi genus est, primum a Thessalis repertum, quod Athenaeus inter secundae mensae delitias recenset.

Homer. *De lautitiis.* De cibis praelautis quadrabit illud Odyss. γ.

Ὄψατε οἷα θεοῖσι διοτρεφέες βασιλῆες.

Venustius fiet, si trahatur ad orationem supra modum elegantem, quasi digna deorum auribus.

Mellis medulla. Μέλιτος μυελός. De re maiorem in modum suaui dicebatur. Vnde et illa passim obuia, *in medullis: et Medullitus amare.*

Socrat. *Optimum condimentum fames.* Irridebat Socrates hoc dicto luxum Atheniensium, qui variis cupediis et operosis conditurls conarentur efficere, vt cibus saperet palato, quum id optime praestet fames.

Aristoph. *Afra auis.* Λιβυκὸν ὄρνεον. Horatius de praelauta vsurpauit:

Non afra auis descendit in ventrem meum
Iucundior, quam lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum.

Nam gallinas praegrandes olim mittebat Africa. Non inepte iacietur in hominem peregrino cultu notabilem.

Anima et vita. Ζωὴ καὶ ψυχή. De re supra modum suaui. Prouerbium natum in cubilibus, atque inde deductum in communem sermonem.

Nihil

Nihil autem est neque vita iucundius, neque charius.

Coturnissare. Κιχλίζειν. Prouerbio dicebatur, qui pinguibus coturnicibus aut turdis vescerentur, aut qui riderent lasciue, parumque decore. Quadrabit igitur vel in ligurriones et cupediis addictos, vel in lasciuius ludentes. Sturni nihil non imitantur, et turdus a Plinio recensetur inter aues, quae sermonem humanum immitantur.

Dubia coena. Dubiam coenam opiparam, variisque instructam ferculis appellabant. Phormio apud Terentium: *Coena dubia apponitur.* Et dubia coena potest intelligi, quae non careat suspicione veneni. Horatius: *Vides vt pallidus omnis coena desurgat dubia.* Terent.

Coena popularis. Plautus coenam popularem appellat magnificam, egregieque lautam, atque adeo gratuitam quoque, quales solent exhiberi populo. Plaut.

In leporinis. Ἐν λαγῴοις. *Id est*, In leporinis carnibus. Sic viuere dicebantur, qui laute atque in deliciis vitam agebant. Nam leporina olim in deliciis habita.

Lydorum carycae. Λυδῶν καρύκαι. Antiquitus appellabant quidquid esset opiparum, et variis conditum cupediis. Nam caryca cibi genus est Lydii, ex multi iugis lautitiis apparatum, et sanguine confectum. Effertur adagium integre ad hunc modum: *Nec Lydorum carycas, nec flagrorum strepidus*, subaudiendum, volo. Id est, Nec blandimenta volo, nec conuicia, nec nimium blanda, nec rursum aspera nimium.

Qui possim ab hoc epulo abesse. Plato in Phoedro: Πῶς γὰρ οἷός τε ἂν τοιαύτης θοίνης ἀπέχεσθαι. De re vehementer suaui, atque expetenda, quod genus est festiuissimum aliquod conuiuium. Allusum opinor ad eam fabulam, qua tradunt Dianam iracunde tulisse, quod cum reliqui Dii Plato.

adhibiti essent, ab Oeneo ad sacrum epulum, sola fuisset praeterita, solaque domi sederit, secum stomachans, quod nihil ex illo nidore sentiret.

Aristoph. *Thasium infundis.* Θάσιον ἐν ἔχεις. *Id est*, Thasium miscuisti. Dici solitum videtur, vbi quis vinum non aqua, sed alio quopiam efficaciore vino dilueret. Nam Thasia vina laudatissima quondam fuerunt. Plinius inter transmarina vina Thasium, Chiumque in summa gloria fuisse scribit.

LIBENTER.

Accipit et glebam erro. Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης. Dici solitum in eos, qui nihil grauantur, aut aspernantur, sed quidquid datur quantumlibet pusillum, id boni consulunt. Originem adagionis ad huiusmodi casum referunt: Aletes quidam Corintho pulsus, adhortante oraculo, tentauit, si posset in patriam redire. At interim rustico cuipiam factus obuius, cibum mendicavit. Ille ludibrii opinor causa glebam ex agro sublatam porrexit. Aletes eam tanquam felix omen accipiens, effatus est: *Accipit et glebam erro.*

Quinct. *Obuiis vlnis.* Apud Quinctilianum, pro eo quod est, auide sitienterque. Translatum ab iis, qui porrectis vlnis properant in complexum eorum, quorum magno desiderio tenebantur, quosque cupidissime conspiciunt. Legimus et *Obuiis manibus*, *Ambabus manibus.*

LIBERALITAS.

Cicero. *Plena manu.* Pro eo quod est ampliter, copiose, prolixe, minimeque maligne. Translatum ab iis, qui non minutim ac parce, sed plena manu lar-

largiuntur. Fit lepidius, quo magis ad animi res transfertur.

Quod recte datum est. Plato ostendit prouerbium a pueris vsurpatum: Non oportet reposci, quod semel datum est: Ἡμᾶς δὲ δὴ λέγομεν, καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων, ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι. Simile quiddam et hodie iactatur inter pueros, vbi quis, quod dedit, reposcit. Adeo dicta huiusmodi per tot saecula, perque tot nationes, ad nos vsque demanarunt.

Pleno modio. Ante dictum est nobis, plena manu fieri, quod largiter minimeque maligne dicitur. Cicero.

Pingui mensura. Πίονι μέτρῳ. Pro eo quod erat affatim et largiter. Theocr.

Μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ.

Ἁ δαίμων εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.

Bis dat, qui cito dat. Monet haud cunctanter opitulandum amicis, cum opus est, sed vltro non exspectatis precibus deferendum officium. Tardum beneficium, ingratum est. Euripid. Seneca.

Μισῶ φίλοισιν ὕστερον βοηθρομεῖν; et Mimus:

Bis est gratum, quod opus est, vltro si offeras

Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter.

Ambabus manibus haurire. Ἀντλεῖν ἀμφοτέραις. De iis dici consueuit, qui summo conatu quippiam agunt. Huic confine est:

Οὐδ' ἐπὶ δεξιὰ, οὐδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν.

Inuenitur et illud: *Ambabus manibus largiens*, id est affatim et prodige, aut etiam perbenigne.

Ipso horreo. Quod prolixe et affatim datur ipso horreo dari dicitur, quem ad modum ipso canistro: propterea quod ex horreo plenius depromitur, quam e choenice. Simile illi: *E dolio hauris.*

Auson. *Promus magis, quam condus.* Ausonius torquet in quemdam profusiorem, qui parta prodigere nosset quaerere, aut quaesita seruare non nosset. Sumta metaphora a rei familiaris dispensatoribus, maximeque penuariae, quos Graeci ταμίας vocant.

Suidas. *Larus in paludibus.* Λάρος ἐν ἕλεσι. Suidas scribit dictitatum de iis, qui faciles sunt ad dandum. Ductum a Laro aue. Ea quoniam facile decipitur illiciturque, proinde prouerbio locum fecit.

Liuius. *Bona Porsenae.* Bona Porsenae dicebantur, quae velut ab hostibus erepta paruo veneunt. Eam appellationem Liuius scribit ad suam vsque aetatem durasse. Putatque inde natam, quod in bello soleant bona Porsenae venire Romae, eaque consuetudo vna cum titulo perseuerarit et in pace, vel, quod est vero proximum, quod Porsena discedens ab Ianiculo ex foederis lege, castra opulenta, conuecto ex propinquis ac fertilibus Hetruriae aruis commeatu, Romanis dono dedit, inopi tum vrbe ab longinqua obsidione. Ea deinde ne populo immisso diriperentur, hostiliter venisse, bonaque Porsenae appellata gratiam muneris magis significante titulo, quam auctionem fortunae regiae.

Homer. *De alieno liberalis.* De alieno facile largimur, de nostris non item. Homer.

Ἐπεὶ ἔτι ἐπίσχεσις, οὐδ' ἐλεητύς.

Ἀλλοτρίων χαρίσασθαι.

Lucian. *Communis Mercurius.* Κοινὸς ὁ Ἑρμῆς. Quidam hinc natam paroemiam arbitrantur, quod Mercurius, vt est furtorum auctor ac repertor, primus ostendit, quae furto parta sint, ea in medium communiter oportere deponere. Alii malunt huc referre, quod Mercurius sit orationis auctor, per quam inter homines omne commercii genus constat, vnde et medius inter superos atque

atque inferos a poetis fingitur, pariter, superis deorum gratus et imis, quod sermo animi interpres, summos cum infimis, reges cum plebe conciliet.

LIBERTAS, VERITAS.

De plaustro loqui. Veteres Comoediae in plaustris agebantur a iuuenibus, ore faece collito, ne possent agnosci, qui magna licentia in obvium quemque non solum ciuium primates, sed et Deos ipsos dicteria iaciebant. Inde natum adagium, ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, id est, *Tamquam e plaustro loqui.* De his, qui palam ac libere conuiciantur. Nisi malumus haec referre ad consuetudinem, quae posterioribus etiam saeculis durauit apud Athenienses. Nam in festo, quod Lenaeum appellant, mos erat poetas inter se concertare, scriptis carminibus ad risum concitandum accommodatis, quae sedentes in plaustris pronunciabant, inuicem sibi conuicia dicentes. Sunt qui ad eleusinia sacra, quae magna vocantur, referunt, in quibus mulieres curru vehebantur, atque interim dum veherentur ex more mutuis conuiciis sese lacessebant. Lucian.

Iubentis aperte loqui. Si quem admonebimus, vt proferat doloris aut odii caussas, neque celet in animo, non illepide dixerimus illud Homeri Iliad. *α.* Homer.

Ἐξαύδα μὴ κεύθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω.

Obsequium amicos, veritas odium parit. Vulgaris enim amicitia constat obsequiis. Nam inuicem conniuere ad familiarium vitia, *haec res et iungit iunctos, et seruat amicos.* At inter veros amicos, nihil est veritate iucundius, modo absit asperitas agrestis et inconcinna, grauisque. Terent.

Byzeni libertas. Βυζήνε παῤῥησία. Vbi quis audacius, liberiusque loquitur. A Byzeno quodam Neptuni filio, cui mos fuerit, mira in dicendo libertate vti.

Homer. *Asseuerantius dicere.* Audacius quippiam et asseuerantius dicturi, quod nobis tamen ita videatur, adducemus, illum Homeri versum.

Ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω, κέλεται δέ με θυμός.

Idem. *Non possum non dicere.* Vbi quis negat se reticere posse, quod habet in animo festiuiter accommodabit illud Homeri Odyss. ζ.

Εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω, δεινὸς γὰρ ἀνώγει Ἥλιος.

Suidas. *Et fama fuit et eras.* Ἡ μὲν κλέος, ἢ δὲ καὶ ἦθος. Quoties facta respondent opinioni.

Cicero. *Aperto pectore.* Pro eo quod est, vehementer ex animo citraque fucum, quasi renudatis animi penetralibus. Allusum ad Momi dictum, qui fenestram in hominum pectore desiderasse fingitur, quo liceret inspicere, quid in specubus istis reconditum esset.

Homer. *Aperte simpliciterque loqui.* Cum citra ambages nos loqui significamus, conueniet illud Homeri ex Odyss. δ.

Οὐκ ἂν ἔγωγε

Ἄλλα παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν, οὐδ' ἀπατήσω.

Diog. *Veritatis simplex oratio.* Simplex illa rusticanaque veritas negligit orationis fucos. Conueniet in eos, qui perplexe loquuntur, dum verum dissimulant. Terentius:

Pergin' scelesta mecum perplexe loqui?
Scio, nescio, abiit, audiui, ego non adfui.
Non tu istuc mihi dictura aperte es, quidquid est.

Ad cribrum dicta. Τὰ ἐπὶ κοσκίνῳ. Quae vera compertaque videri vellent, ad hunc appellabant modum. Sumtum a diuinationis genere quod

quod peragebatur suspenso circumactoque cribro.

Curetum os. Κρητῶν στόμα. Dici solitum, si quando quis numine afflatus loqui videretur, propterea quod Curetes Cybelis comites furore quodam sacro perciti diuinare viderentur. Zenod.

Quod in corde sobrii, id in lingua ebrii. Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος ἐπὶ τὸν γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος. Plutarch. Nec praetereundum illud Herodoticum: *Subsidente vino supernatant verba.* Nam sobrios aut metus aut pudor cohibet, quo minus effutiant, quae satius putarint suppressisse. At vinum et pudorem discutit, et timorem abigit.

In vino veritas. Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Significat ebrietatem animi fucum tollere, et quidquid pectore conditum est, in apertum proferre. Athen. Vnde sacrae litterae prohibent vinum dari regibus, quod nullum ibi sit arcanum, vbi regnat ebrietas. Effertur et in hunc modum apud Athenaeum lib. 11. paroemia: Οἶνος καὶ ἀλήθεια. Quod largius poti non tantum effutiunt sua arcana, verum etiam audacius in alios loquuntur. Theognis:

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες.
Γινώσκουσ᾽, ἀνδρὸς δ᾽ οἶνος ἔδειξε νόον.

Facit huc etiam, quod inferius adscripsimus ad locum alium, *Bos in lingua.*

Vinum animi speculum. Κάθοπτρον γὰρ εἴδους χαλκὸς ἐστ᾽ οἶνος δὲ νοῦ. Euripid.

Lingua lapsa verum dicit. Ἡ γλῶσσ᾽ ἁμαρτάνουσα τ᾽ ἀληθῆ λέγει. Nam verum esse creditur, quod exciderit imprudenti, quandoquidem id demum vacat fictionis suspicione.

Emendus cui imperes. Cuique in suos seruos imperiosum esse licet, in alienos aut in liberos non item. Plaut.

Cicero. *Libero lecto nihil iucundius.* M. Tullius loquitur, qui coelibem vitam iudicabat esse suauissimam, eam appellabat lectulum liberum.

Theocr. *Oracula loqui.* Χρησμὼς λέγειν. Dicuntur, qui certa et indubitata loquuntur.

Cicero. *Vera fronte* Quae ex animo citraque fucum dicuntur geruntur ue, vera fronte fieri dicuntur. Contra dicimus mendaci fronte fieri, quod geritur per simulationem.

Martial. *Vero verius.* *Certo certius.* Dicitur vero verius, quod prorsus indubitatum haberi volumus. Non dissimili forma dicimus, *Certo certius.* Quamquam nihil prohibet aliud alio certius esse.

Aristoph. *Ficus ficus, ligonem ligonem vocat.* Τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγων. Quadrabit in eum, qui simplici ac rustica vtens veritate, rem, vt est, narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obuoluens.

Plutarch. *Profundum sulcum.* Βαθεῖαν ἄυλακα. Dictum de iis, qui cogitationibus profundis ac penitioribus rem expenderent. Mihi videtur recte quadraturum in eos, qui se metiuntur, non ex aliorum opinione, sed ex recte secusue factorum conscientia.

Them. *Os inest orationi.* Ὀςῶν ἔνεςι τῷ λόγῳ. De oratione non inani, sed solidas habente sententias. Dictum hoc Themistocli tribuitur. Quinctilianus rerum inuentionem appellat orationis ossa, sumta similitudine ab animantium corporibus, quae ossibus sustinentur, colligantur neruis, vestiuntur carnibus et pelle, cohaerent anima, mouentur actu.

Lucian. *Audi quae ex animo dicuntur.* Ἄκϰε τ' ἀπὸ καρδίας. Nam seria, quaeque citra dissimulationem dicuntur, ex animo dici dicuntur, eaque ex corde proficisci vulgus ait. Adulatorum et simulantium oratio in faucibus nascitur.

Libri

Liberi poetae et pictores. In Demosthenis Encomio. Lucian.

Τὸ μὲν δὴ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον.

Horatius: *Pictoribus atque poetis, quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.* Sentit autem liberum esse poetis, et pictoribus impune, quidquid velint fingere. Plurimum est cognationis inter poeticen et picturam, nam ζωγραφία ποίησις σιωπῶσα, ποίησις ζωγραφία λαλοῦσα. Torqueri potest in eos, qui pertinaci et obstinato sunt ingenio, quosque necesse sit suis moribus relinquere, aut in mulieres quibus nihil non permittitur, aut in principes, quibus omnia laudi dantur.

Libera Corcyra, caca vbi libet. Ἐλευθέρα Κόρκυρα, χέσον ὅπου θέλεις. Cum significamus libertatem quiduis agendi. Sed magis quadrabit, vbi significamus impunitatem esse maleficis. Eustath.

Ter. Ternio apud priscos et absolutissimus et sacer habebatur, vt quidquid ter dictum aut factum esset, id ratum et efficax haberetur. Vnde in magorum mysteriis adhiberi solet. Virgil. in Pharmaceutria: Virgil.

Terna tibi haec primum triplici diuersa colore
Licia circundo, terque haec altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

LONGAEVITAS.

Nestorea senecta. Apud Latinos Nestoris anni in prouerbium abierunt, cui tres aetates attribuit Homerus in Odiss. γ. Homer.

Τρὶς γάρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν.

Breuiter prouerbii speciem habebit, quidquid ab iis sumetur, qui insigni viuacitate fuerunt. Vt *ceruo viuacior, et Tiresia viuacior*, quem Tragoedia fingit sex aetates hominum vixisse. Et *Seribus*

bus viuacior, quos Graecis historiis proditum est, trecentos annos viuere.

Lucian. *Vltra pensum viuit.* Lepidum est quod ait Lucianus in Philopseude, ὑπὲρ γὰρ τὸν ἄτρακτον ἤδη βιοῖ. Hoc est, viuit vltra fatalem diem. Allusum ad Parcarum fusos, quibus aeuum mortalium euolui fabulantur poëtae.

Suidas. *Vltra catalogum.* Ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ. De eo dicebatur, qui multum aetatis viueret, vt iam praescriptum illum annorum numerum praeteriisse videatur.

Vltra linum. Vltra fusum. Ὑπὲρ τὸν λίνον. Pro eo quod est, extra decretum fatale. Allusum est autem ad fila trium Parcarum.

Cornicibus viuacior. Ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκώς. De vehementer annosis. Ab auis eius prodigiosa viuacitate sumtum.

Hesiodi senecta. Ἡσιόδειον γῆρας. Longaeua vivaxque sic appellabatur: notum est Pindari Epigramma de longaeuitate Hesiodi. Ait eum his pubuisse, quo significat extremam senectam, quasi pueritiam referentem.

Idem. *Tithoni senecta.* Τιθωνοῦ γῆρας. Fabulae tradunt Tithonum adamatum ab Aurora, in caelum sublatum, atque illius succo perfusum, ad tantam peruenisse senectutem, vt tandem optarit, vt in cicadam verteretur. Suidas refert hunc in modum: *Senescas Tithono profundius.*

Lucian. *Phoenice viuacior.* Lucianus in Sectis: Ἢν μὴ φοίνικος ἔτι βιώῃ. Hunc Hesiodus scribit novem corui aetates viuere.

Propert. *Sibylla viuacior.* Propertius: *At me non aetas mutabit tota Sibyllae.* Sibyllae aetatem pro quantumuis longa posuit. Apollo amore Sibyllae captus ei poscendi dedit arbitrium, quod vellet; illa haustis arenis tantum poscebat vitae. Apollo hoc fieri posse respondit, si Erythraeam insulam relinqueret, numquam eam reuisura. Venit

nit itaque Cumas, vbi corporis viribus defecta in sola voce vitam retinuit. Hoc vbi cognouissent ciues eius epistolam ad eam miserunt creta, antiquo more signatam. At illa visa terra patria in mortem resoluta est.

Facies tua computat annos. Hoc est, Frontis rugae numerum annorum tuorum praeferunt, quamquam libido nondum in te consenuit. Dictum a Iuuenale in vetulam. Iuuen.

Alterum pedem in cymba Charontis habere. Extremae decrepitaeque senectae homines, etiam hodie vulgo dicuntur alterum pedem in sepulcro habere. Lucian.

Viri senis astaphis caluaria. Ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον. Admonet adagium, inualidum et flaccidum esse senile corpus exhausto succo, carnibusque adesis. Veteres et vuas passas vocabant senes passos ob rugositatem. Idem.

Mature fias senex, si diu velis esse senex. Quo monemur, vt integra adhuc aetate desistamus a laboribus iuuenilibus, ac valetudinis curam agere incipiamus, si velimus esse viuaci ac diuturna senecta. Maxime loqui videtur de vitiis iuuentae, puta libidine, bibacitate, turbulentia vitae. Quae nisi quis reliquerit mature, aut numquam perueniet ad senectam, aut breuem habiturus est seuectam. Cicero.

Sexagenarios de ponte deiicere. Est natu maiores, perinde quasi deliros, et ad omne vitae munus inutiles, in otium reiicere, atque ab omni functione negotiorum relegare. Idem natum, quod olim sexagenariis aetate velut a publicis muniis dimissis suffragium ferendi ius non erat, quod per pontem ferebatur, vel quod olim iuuentus Romana, quo sola ferret suffragia, senes inualidos de pontibus praecipites dederit. Ouid. in Fast.

Pars

Pars putat, vt iuuenes ferrent suffragia soli,
Pontibus infirmos praecipitasse senes.

Vnde et depontani dicuntur senes, iam velut emeriti, et a ciuilibus negotiis in otium remissi.

Vitiat lapidem longum tempus. Σήψει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος. Nihil in rerum natura saxo durabilius: at id quoque temporum diuturnitas absumit.

Homer. *Mors optima rapit, teterrima relinquit.* Videmus quosdam prorsus inutiles Tithoniam aetatem viuere, paucissimos egregio praeditos ingenio, ad senectae limen peruenire. In hanc sententiam quadrat illud Homeri Iliad. ω.

Τὰς μὲν ἀπώλεσ' Ἄρης, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλειπται,
Ψεῦσταί τ' ὀρχησταί τε χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι,
Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες.

In sola Sparta expedit senescere. Ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν. Apud Spartanos summus honos senibus habebatur olim: Torqueri potest ad quoslibet, penes quos virtus in pretio sit. Dictum est autem a quodam hospite, cum videret apud Lacedaemonios, iuuenes tantum honoris habere senioribus.

Lucian *Senex bos non lugetur.* Γέρων βοῦς ἀπένθητος δόμοισι. Hoc est, senum mors, quod tempestiva videatur, non lugetur ab amicis.

Sophoc. *Viuum cadauer. Viuum sepulcrum.* Ἔμψυχος νεκρός. In eos dicetur, qui sic viuunt vt nihil dignum vita agant. Lucianus senem decrepitum, viuum quoddam sepulcrum appellabat.

Plutarch. *Danace.* Δανάκη. Sic appellabatur numulus ille, qui Charonti persoluitur, naulum pro transmissione Stygiae paludis. Mihi videtur recte vsurpandum, si quis iubeat senem parare δανάκην, innuens prope esse, vt emigret e vita.

Epi-

Epimenideum corium. Ἐπιμενίδειον δέρμα. *Id est,* Epimenidea pellis. De re reposita, miraculique loco seruata. Tractum ab Epimenide Cretensi, qui legitur perpetuo somno dormisse quadraginta septem, aut, si Laertio credimus, quinquaginta septem annos, neque paucos postea superuixisse. Consentaneum, huius reliquias vt miraculi monimentum seruatas esse.

Viro seni maxillae baculus. Ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία. Maxilla senibus scipionis est vice. Dici solitum de iis, qui ob defectas aetate vires, lautiore pariter, et copiosiore victu coguntur vti, quo quod senecta deterit, vtcumque farciant cibo. Manet autem in hodiernum senile verbum. *Ego me dentibus meis sustento.*

Effoeta senecta. Quod in Odyss. λ. dictum est de mortuis, id ad hominem ob longaeuitatem jam defectum viribus, accommodare licebit, aut in eum, qui consternetur animo. Homer.

Οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τέ καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν.

Limen senectae. Γήραος οὐδός. Antiquitus appellabant, velut extremum autumnum aetatis humanae, cum iam appetit hiems decrepitae senectae. Idem.

Senescit bos. Γηρᾷ δ' βοῦς, τὰ δ' ἔργα πολλὰ τοῦ βοός.

Cum ob aetatis imbecillitatem aliquis inutilis redditur ad obeundum munus. Nam diuitum vulgus haud aliter ministris vtitur, quam equis et canibus, aut paullo etiam inhumanius. Dum vsui sunt, alliciunt: vbi senuerint, reiiciunt. Quisque meminerit Diogenis apophthegmatis, qui rogatus, quidnam esset in hac vita calamitosissimum, respondit: γέρων ἄπορος.

Fatale vitae tempus exactum. In decrepitos, quorum aetas iam exacta videbitur, quadrabit illud Homeri.

Νήπιοι,

Νήπιοι, οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο Ἤσθιον. Nam per Solis boues annos fatales, vt opinor, innuit poëta. Huc facit quod adducetur infra quoque: *Idem Accii, quod Titii.*

LVCRVM EX SCELERE.

Vſurae nauticae. Apud Iuriſconſultos dicuntur centeſimae magnaeque. Negotiaturi ſortem interdum accipiunt mutuo. Quoniam autem qui nauticam exercent, negotiationem, ſe ſuaque ventis et vndis committunt, foeneratores maiorem vſuram exigebant. Interdum accipiebant mutuum in vna ciuitate, quod in alia redderent.

Suidas. *Tributis potiora.* Τὰ τῶν φόρων κρείττω. Dicebatur, vbi quis ex malefactis et iniquitate commodum ingens reportaret. Inde natum opinor, quod qui principum nomine tributum exigunt, fere plus extorquent, quam par eſt.

LVXVS ET MOLLITIES.

Perſius. *Indulgere genio.* Prouerbiales ſunt figurae. *Defraudare genium*, pro eo quod eſt, negare naturae quod appetit: *indulgere genio*, pro eo quod eſt, animo obſequi. Terentius in Phor. *Suum defraudans genium.* Perſius: *Indulge genio, carpamus dulcia.* Vnde et *genialem* appellant *diem* laetum et voluptuarium. Et *genialiter viuere*, pro molliter et laute.

Diog. *Vita macerata.* Βίος μεμαλαγμένος. De molliter viuentibus, quibus ex facili omnia ſuppetunt. Tranſlatum a leguminibus aut ſalſamentis maceratis, iamque ad eſum accommodatioribus, aut a tritico iam molito, piſto ac ſubacto.

Horat. *Curare cuticulam.* Na[illegible] qui voluptati ſtudent magis quam famae, vnum hoc curant, vt cutis ſumme niteat. Perſius.

Et

Et assiduo curata cuticula sole.

Pontificialis coena. Olim coenas sumtuosas opiparasque pontificales appellabant. Inde natum apparet, quod sollemnes sacraeque coenae exquisitissimis soleant cibis celebrari. Legimus et *adipales coenas, et adiposas et adiiciales.* De coena dubia et populari dictum est in loco Lautitiae. Horat.

Pergraecari. Pro eo quod est, genialem agere vitam. Plautus. Plaut.

> *Dies*, inquit, *noctesque bibite, pergraecamini,*
> *Amicas emite, liberate, pascite*
> *Parasitos, obsenate pollucibiliter.*

Graecorum gens male audit passim non solum quasi voluptatibus addicta et effeminata delitiis, verum etiam quasi lubrica fide, siue quod olim Romanis adhuc rudibus et antiquam illam obtinentibus seueritatem. Graecorum elegantia luxus videbatur; siue quod studiorum aemulatio ac mutuum odium in causa fuit, vt eiusmodi probra de graecis conscriberent.

Semper Leontini iuxta pocula. Ἀεὶ Λεοντῖνοι περὶ τὰς κρατῆρας. In voluptuarios quadrabit, aut in eos, qui semper sunt iisdem studiis addicti. Leontini Siciliae populi sunt, quos vbi Phalaris expugnasset, ne quando rebellionem pararent, ademptis armis ad compotationes et voluptates reiecit. Diog.

Thericlei amicus. Θηρικλείᾳ φίλος. Dictum in bibosos. Thericles figulus Corinthius fuit, qui noua arte primus e terebintho tornatile poculum finxit. Ideo quidquid in nouo artificio reperisset aliquis, Thericleum appellabatur. Dictum est autem inuentum inuentoris vocabulo, siquidem Graeci vitreum poculum θηρίκλειον vocant.

Sale perunctus bis adiuuabitur. Ἅλσὶν διασμηχθεὶς ὄνατ' ἂν ἴσως. Dicebatur in eos, qui vel aetate vel vino delirarent. Quidam ab vtribus trans- Aristoph.

translatum existimant, qui sale loti redduntur meliores, quod salis acrimonia coriorum crassitudinem emendet. Itidem temulentia laborantes, mos erat sale et oleo perungere, id aduersus ebrietatem remedium existimabatur. Quidam a vasis testaceis dictum malunt, qui sale imbuuntur, quo fidelius contineant liquorem infusum.

Aristoph. *E clibano boues.* Vsus erit, quoties efferemus splendorem conuiuii, aut insignem edacitatem. Consimili figura dicebant: *Polyporum hecatomben.*

Thessalorum alae. Θεσσαλικαὶ πτέρυγες. Proverbiali joco quondam dicebatur in vestes manicatas, quas Graeci χειριδωτὰς vocant, quod hoc genere per luxum ac delicias vterentur Thessali. Apud Maronem hoc amictus genus, tamquam parum vtile Troianis ab hostibus opprobratur.

Plinius. *Sapientia vino obumbratur.* In prouerbiis item duo referuntur, quae sapientem etiam dementent, vinum et mulieres.

Terent. *Sine Cerere et Baccho friget Venus.* Terent. in Eunucho. Cibus enim et potus irritamenta sunt libidinis. Eleganter autem Cererem pro cibo, Bacchum pro vino, Venerem pro libidini dixit, continenter in figura persistens. Nam illud ipsum verbum *friget* metaphoram habet, quam Donatus a pacatione vasorum mutuo sumtam autumat, quod frigida pix non adhaereat. Frigida profecto nimiumque affectata interpretatio.

Heterognathus es. In edacem dici consueuit, quod ob voracitatem alternatim vtraque mandibula cibum commanderet. Nam hinc dictum ἑτερόγναθος, quod nunc in hanc, nunc in illam mandibulam cibum transferat

Siculissare. Σικελίζειν. Pro eo quod est, austerum esse tetricumque. Non dubium quin ab eius gentis moribus sit sumtum. At Athenaeus indicat adagium natum ab Androne Siculo, qui morem

morem inuexerit ad tibiam ſaltandi geſticulandique.

Ficus auibus gratae. Quadrabit in voluptuarios, ac fugitantes honeſti laboris, cum tamen appetant emolumentum. **Athen.**

Aſini mandibula. Ὄνε γνάθος. Conueniet in edaces, alioqui ſtolidos et ignauos.

Riſus Ionicus. In molles et voluptuarios dicitur. **Horat.**

Choreae Ionicae. Horatius:

Motus doceri gaudet Ionicos,

Matura virgo.

Laſciuas ſaltationes ad parum decoras geſticulationes ſignificans.

Ionice. Ἰωνικῶς, pro eo quod eſt, ἁβρῶς. *Id eſt,* molliter ac delicate. Ionum mollities et Sybaritarum faſtus in prouerbium abiit; et petulans ac laſciuum genus ſaltationis Ionicum dicebatur.

Matrem ſequimini porci. Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι. In ſtupidos et indoctos dicitur. Quadrabit et in gulae ventrique deditos. **Ariſtoph.**

Porcus Troianus. Conueniet in opipara conuiuia: aut in hominem variis deliciis expletum. Gulae architecti olim totum bouem, differtum variis animantium generibus apponebant. Porcus Troianus itidem varias animantium tegebat ſpecies. **Macrob.**

Graeco more bibere. In voluptatibus et deliciis addictos reiicitur.

Sybariſſare. Pro eo quod eſt, opipare ac genialiter viuere.

Alcioni menſa. Gregorius ſimili tropo menſam luxu redundantem, Alcioni dixit. **Greg.**

Decempes vmbra. Δεκάπους σκιά ἐςί. *Id eſt,* Coenandi tempus. Veteres vmbris notabant horas diei. Olim qui vocabant ad coenam deſignabant, ad quam vmbram ſolarii vellent adeſſe

conuiuas. Vmbra decem pedum parasitis gratissima, quod coenae spem faceret.

Lucil. *Ventres.* Γαστέρες. Dicebantur homines edaces, Ventrique atque abdomini seruientes. Lucilius:

Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.

Plutarch. *Venter auribus caret.* Γαστὴρ οὐκ ἔχει ὦτα. Vbi de pastu agitur, non admittuntur honestae rationes. Contra famem nulla contradictio est.

Ventrem mihi obiicis. In Graecorum adagiorum collectaneis commemorantur et hi versus:

Γαστέρα μοι προφέρεις κάκιστον ὄνειδος ἁπάντων
Ἡ πλήρης μὲν ἐλαφροτέρα κενὴ δὲ βαρεῖα.

Eurip. Καλόν γε μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας.

Athen. *Vtres, Thylaci.* Ἀσκὸς καὶ θύλακος. Dicebatur qui cibo potuique indulgebat: Ἀσκὸς enim vter est vinarius, θύλακος vas farinarum.

Methyscottabi. Μεθυσοκότταβοι. Vulgari conuicio dicebantur bene poti, quasi cottabo temulenti. Cottabus enim poculi genus est.

Μύτης, impendio tacitus, aut in venerem solutior dicebatur Μύτης, quasi dicas mitior a μυ mutorum syllaba. Dicetur recte in libidinosos aut supra modum vxorios. Rectius autem in virosas feminas. Μύτης est piscis femina, quae sine mare non pascitur.

Iul. Pol. *Pyraeus non fert vasa inania.* Pyraeus portus erat Atticae. Huc appellabant vasa oneribus onusta. Est dictum scomma in eos, qui gaudent semper ciboque potuque distendi. In Pyraeo conueniebant adolescentes vt essent de symbolis.

Bos in stabulo. Βοῦς ἐν αὐλίῳ. Dicebatur inutilis et in otio vitam degens.

Herculani lecti. Ἡράκλειοι στρωμναί Herculani lecti dicebantur molles ac delicati: Apud Athenaeum quidam persuadere conatur, Herculem volu-

voluptariam ac mollem egisse vitam, eiusque labores mera esse poetarum figmenta.

Abronis vita. Ἄβρωνος βίος. De molliter ac delicate viuentibus. Sumtum a moribus Abronis cuiuspiam notae luxuriae. Zenod.

Episcythizare. Ἐπισκυθίζεσθαι. Lacedaemoniorum adagio dicitur, pro eo quod est vinum merum intemperantius bibere. Commode deflecta licebit ad cuiusuis rei intemperantem et immedicum vsum. Scythae et Thraces ἀκρατοπόται id est, meribibi vocantur. Hinc σκυθιστὶ i. e. meracius bibere.

Sybaritica mensa. Συβαριτικὴ τράπεζα. De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum a gentis moribus. Est enim Sybaris oppidum vicini Crotoni. Vnde Sybaritae dicti, gens in architectura voluptatum operosissima et luxu delitiisque adeo notabilis, vt quidquid effeminatum, molle, accurata atque ambitiosa luxuria paratum esset, id vulgo Sybariticum diceretur.

Syracusana mensa. Συρακουσία τράπεζα. Praelauta atque opipara dicebatur. Syracusani enim vt erant olim opibus florentissimi, ita voluptatibus ac deliciis addictissimi. Zenod.

Vixit, dum vixit bene. Conueniet in eos qui molliter ac suauiter viuunt, atque ita faciunt sumtus, vt non multum iuuent haeredem. Est autem amphibologia in verbo viuere, quod interdum simpliciter viuere est, interdum genialiter vitam agere. Terent.

Teneri calidis balneis. Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις. In molles et luxu diffluentes dicebatur. Nam antiquitus calida balnea delitiarum nomine taxata fuerunt.

Amazonum cantilena. Ἀμαζόνων ᾆσμα. In delicatos ac lasciuos, et parum viros. Amazones ludibrii causa in molles viros cantilenas solere celebrare, opinantur quidam.

Aristot. *Coronam quidem gestans, caeterum siti perditus.* Στέφανον μὲν ἔχων. δίψῃ δὲ ἀπολωλώς. In temulentum et lucronem apte torquebitur, quique abligurita re redactus sit ad inopiam. Natum a moribus Connae cuiuspiam. Is primum erat tibicen, vinosus, atque in conuiuiis assidue coronatus potabat. Nam priscis mos erat in compotationibus coronas gestare. Deinde e tibicine factus est Olympionices, atque in olympiis saepe victor coronam tulit. Alioqui pauperrimus, neque tantillo ditior factus suis victoriis. Nihil enim habuisse fertur, praeter oleastrum.

Ex amphitheto bibisti. Ἀμφιθέτῳ ἔπιες. Dicebatur in eum, qui meracius ac largius potaret. Amphithetum enim erat poculi genus, ita factum, vt quauis ex parte positum staret, nullumque certum haberet fundum, vel quod ob magnitudinem ambabus tollitur. et reponitur.

Zenod. *Mascbalam tollere.* Μασχάλην αἴρειν. Dicebatur qui auidius biberet. Sumtum a gestu bibonum, inter ebibendum cyathos gulam ac mentum intendentium, et altius erigentium cubitos, ne quid resideat in cyatho liquoris. Maschala est machina, qua sarcinae deponuntur in naues aut eximuntur e nauibus. Hinc iocus in eos, qui poculum tollunt in altum.

Homer. *Vinum senem etiam vel nolentem saltare compellit.* Admonet nihil esse tam ineptum, neque tam alienum ad quod non incitet ebrietas.

Οἶνος ἄνωγε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν.

Οἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνην ἀναβάλλει.

Athen. *Vinum caret clauo.* Τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον. Propterea quod ebrietas nihil consulte neque moderate vel dicit vel facit. Itaque vinolentia nemini minus ignoscenda est, quam qui Reipublicae clauum moderantur. Obruitur enim ratio, quae claui

claui vice sobrios moderatur ac gubernat. Ouidius:

Nox et amor vinumque nihil moderabile suadent:

Illa pudore vacat: Liber amorque metu.

Amphidromiam agis. Ἀμφιδρομίαν ἄγεις. Adagium ad varios vsus poterit accommodari, vel ad eos, qui pueros ostentant ac circumferunt aut munuscula captant ambiuntque. Sumtum a prisca consuetudine, qua mulieres, quae in partu adfuissent, et in obstetricando iuuissent, quinta post die manus abluere solent, ac puerum cursu laribus circumferre; eoque die munera missitabantur a cognatis, sepiae plerumque et polypi: decimo a partu die nomen indebatur infanti. Hesych. Amphidromiam septimo die scribit celebrari solitam.

MAGNIFICA PROMISSA.

Aureus in Olympia stato. χρυσοῦς φανὴν ἐν ὀλυμπίᾳ σάθητι Quem summo praemio dignum Graeci significant, ei dicere solent: *Aureus in Olympia statuere.* In Olympia loco tam celebri statuam inter viros illustres habere, is honos id aetatis praecipuus habetur. Lucian.

Aureos polliceri montes. Χρυσᾶ ὄρη ὑπισχεῖσθαι. De iis, qui immensa promittunt, spesque amplissimas ostendunt. A Persarum arrogantia, qui propter auri venas montes aureos iactabant. Terent.

Montes frumenti. Mare aureum. Ad rerum affluentium copiam transferuntur. Huc poterit referri quod supra adductum est: Theagenis hecateum. Plaut.

Solidos e clibano boues. Prouerbialis hyperbole de barbarica rerum copia, siue de lautitiis affatim subministratis. Antiquitus enim in deliciis erant cibi in clibano cocti. Primum enim panis Aristoph.

in clibano decoqui coeptus, quem κληβανίτην, hoc est clibanarium vocabant, eaque res vsque adeo visa est noua, vt etiam prouerbii locum fecerit, deinde et Thunni et id genus alia in clibano cocta, Xeniorum vice mittitabantur amicis. Accommodabitur non inscite etiam ad praecedentem locum.

1. Καπνός. Id est fumus, est cognominatus Theagenes, quod magnifice polliceretur, cum esset pauper.

Charetis pollicitationes. Αἱ χάρητος ὑποσχέσεις. Dici solitum, vbi quis facile ac benigne promittit, iuxta illud Nasonis:

Promittas facito: quid enim promittere laedit?
Pollicitis diues quilibet esse potest.

Natum adagium a Charete quodam Atheniensium duce, qui quiduis pollicebatur, ac non praestabat item, quod receperat.

Album panem tibi pinso. Λευκὴν μάζαν φυρῶ σοι. Dici solitum, vbi quis magnarum rerum spes amplas ostendit. Est enim maza panis genus. Porro Graecis album panem in deliciis fuisse, locis aliquot testatur Lucianus. Et hoc ad iocum accommodabitur.

Terent. *Ariolari.* Prouerbio dicebatur, qui nihil adferret certi nihilque praesentis emolumenti, verum in diem modo polliceretur. Sumtum a diuinis, qui praedicunt euentura.

Ἐπαύλια δῶρα. Dicebantur magnifica munera, quae postero post nuptias die sponsae pater adducebat sponso, pompae ciuiusdam specie. Praecedebat enim puer candida toga, facem gestans ardentem. Post hunc canistrifer, post hunc longa series adportantium aurum, pelues, reliquamque supellectilem, interdum et dotem ipsam. Ἐπαυλία dies erat in nuptiis secundus, quod sponsa tum inducatur in cubile.

Mo-

Modio dimetiar. Μεδίμνῳ ἀπομετρῶ. Ingens et cumulatum ſperantis emolumentum. In magna ſiquidem rerum abundantia, non heminis neque congiis, ſed modio metimur. Suidas

Verba importat hermodorus. Λόγοις γὰρ Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. In eum dicebatur, qui praeter verba nihil adfert, aut in eos qui verba vendunt pecunia: quod in poëtas, aduocatos, fumi venditores recte dici poterit: Natum aiunt ab Heremodoro quodam Platonis auditore, qui in Sicilia commentarios ab illo ſcriptos vendidit. Vnde Siculi, vt ſunt dicaces, rem in prouerbium verterunt.

Heſperidum mala. Μῆλα ἑσπερίδων δωρῆσαι. Qui magna et ſplendida largirentur.

Alybantii hoſpitis munera. Quoties fit, vt aliquis falſo iactet ſe magna largitum eſſe; ſeu verbis duntaxat, non re praeſtet beneficium. Macrob.

Ad pileum vocare. Ad libertatem inuitare, aut promiſſis ingentibus ſeditionem commouere. Metaphora ducta a veterum conſuetudine, qua ſervi cum ſtatum mutarent ac manumitterentur, capite raſo pileum accipiebant. Idem.

Cillicon bona. Ἀγαθὰ κιλλικῶν. Subaudi facit, aut habet. Conuenit vbi quis malefactis ac foedis artibus ſibi parauit opes. Huiç adagio locum fecit Cillicon quidam, natione Mileſius, qui prodita Prienenſibus Mileto patria, ampliter quidem, ſed foede ditatus eſt. Is cum proditionem moliens rogaretur quidnam eſſet facturus reſpondit, παντ' ἀγαθά. Vnde Prouerbium effertur etiam ad hunc modum, πάντ' ἀγαθὰ ὡς ἔφη Κιλλικῶν Suidas.

*Ἔσπετε νῦν μοι. Homerus Iliados ς.

Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὅπως δὴ πρῶτον ἐπέλθοι.
In commemoratione rerum ridicularum habebit locum et gratiam.

Ego faciam omnia more Nicostrati. Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον. Pro eo quod est, egregie. Nam hunc aiunt comoediarum actorem fuisse talem, qualis apud Romanos praedicatur fuisse Roscius.

Plato. *Sponde, noxa praesto est.* Ἐγγύα παρὰ δ' ἄτη. Qui pro altero fideiubet, id pollicetur, quod non est in ipso situm praestare, nempe fidem alienam.

MAGNI MOMENTI.

Idem. *Vel Megaram vsque.* Vbi quid significamus, magni pretii, nobisque vehementer expetitum, dicimus: *Huius rei gratia vel in Indiam vsque proficiscerer.* Aut, *digna res est, cuius gratia vel in Hyberniam vsque nauigatur.*

Plinius. *Dignum propter quod vadimonium deferatur.* Vbi rem maximi momenti volumus significare, quaeque vel quantouis dispendio debeat expeti dignam esse dicemus, cuius gratia vadimonium deferatur. Nam qui vadati sunt, non nisi summo suo periculo abesse possunt.

MALEDICENTIA.

Suidas. Ἰαμβίζειν. Prisci dixerunt pro conuiciari ac maledicere, voce ducta ab Iambe femina insigniter maledica. Probabilius est ab Iambo pede ductum, qui conuiciis repertus est, impetum ferientis atque impetentis exprimens. Vnde et hominem ad conuiciandum propensum Ἰαμβηλὸν appellant.

Στηνιῶσαι. Est alterum asperis conuiciis incessere. Athenis erat festum quoddam, in quo ius erat dicteriis et conuiciis in alios ludere. Vnde στηνιῶσαι dici coeperunt, qui liberius in quempiam debacchabantur. Festo nomen erat, στηνία;

στηνὸν

φωνὸν enim proprie dicitur, quod asperum auribusque molestum est.

Exsecrationes serere. Ἀρὰς ἐπισπᾶρειν. Dicebantur, qui diris deuouerent aliquem. Inde natum, quod apud Cyprios esset sollemne, quoties sererent hordeum, addito sale, deuouere quibus male vellent. Hesych.

Maesonica dicteria. Dicteria petulantius iacta, σκώμματα μαισωνικά, a Maesone quodam histrione comoediarum Megarensi, dicta.

Vltra Hyperbolum. Ὑπὲρ τὸν ὑπέρβολον. *Id est,* Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quispiam erat mirum in modum appetens litium. Vnde conuenit in eos, qui simili laborant morbo.

MALI RETALIATIO.

Neoptolemi vindicta. Νεοπτολέμειος τίσις. Vbi quis patitur eadem, cuiusmodi patrauit in alios. Siquidem Neoptolemo Achillis filio, qui Priamum in ipsis palatii focis occiderat, vicissim euenit, vt et ipse apud Delphos ad Apollinis aram occideretur. Pausan.

Termeria mala. Τερμέρια κακά. Veteri prouerbio dicuntur ingentia, maxime, quoties mala, quae quis in alios impegerit, aliquando in ipsius caput retaliantur. Suidas ait locum quemdam esse in Caria, cui nomen Termerio, quo tyranni quandoque pro carcere soleant vti. Situm inter Melum et Halicarnassum. Postremo termeria mala dicta videri possunt, quasi extrema mala. Nam τέρμα graece finem significat.

Caedimus inque vicem praebemus crura sagittis. *Id est,* Vicissim carpimus et carpimur, ridemus et ridemur, mordemus et mordemur, laedimus et laedimur, Horatius. Persius

Caedimur et totidem plagis consumimus hostem.

Plinius. *Dedi malum et accepi.* Beticum adagium est, quo licebat vti, quoties eiusmodi permutatio videbitur facta, vt malum pro malo sit redditum, et par pari relatum: veluti si quis improbum generum dedisset, ac nurum item improbam recepisset.

Terent. *Qui quae vult dicit, quae non vult audiet.* Terent. *Si mihi pergit quae vult dicere, quae non vult audiet.* Rursum in prologo Phorm. *Benedictis si certasset, audisset bene.* In prologo Andriae: *Desinant maledicere, malefacta ne noscant sua.* In prologo Eunuchi: *Tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimet esse, sic existimet, sciat responsum, non dictum esse.* Responsum enim vocat conuicium conuicio redditum. Vulgo dicitur: *Vt salutabis, ita et resalutaberis.*

Plaut. *Eodem bibere poculo.* Est iisdem affici incommodis, malisque communibus obnoxium esse. Plautus: *Vt senex eodem hoc poculo, quo bibi, biberet.* Transl atum vel a bibendi certaminibus, vel ab iis, qui metuunt venena.

MALVM ARCESSITVM AVT RETORTVM.

Lucian. *Iliensis tragoedos conduxit.* Ὁ Ἰλιεὺς τραγῳδοὺς ἐμισθωτο. Vbi quis vltro prouocat quempiam, vnde sua audiat probra. Veluti si Troiani arcessant histrionem, qui ipsis calamitates, quas pertulere, renouet.

Plaut. *Suo iumento sibi malum arcessere.* Qui ipse sibi malorum est auctor, Tamquam suo sumtu suaque opera, quasi suopte plaustro et malorum sarcinam adportet sibi. Sumta metaphora a plaustris onerariis. Nam id quoque significat iumentum, aut certe ab animalibus tergo vectentibus onera.

Suo sibi hunc iugulo gladio, seu telo. In eum, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suopte inuen-

inuento doloue capitur, denique in quem quocumque modo seu dictum seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit.

Remigiumque dedi, quo me fugiturus abiret,

Heu patior telis vulnera facta meis.

Suo ipsius laqueo captus. Metaphora sumta ab iis, qui instructis pedicis auibus aut feris insidias tendunt. Terent.

Suo ipsius indicio periit sorex. Terentius: *Egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perii.* Donatus admonet esse prouerbium in eos, qui suapte voce produntur. Atque hinc existimat ductam esse metaphoram, quod soricum proprium sit, stridere clarius quam mures, vel strepere magis cum obrodunt friuola, ad quam vocem multi se intendentes, quamuis per tenebras noctis transfigunt eos. Idem.

Incidit in foueam quam fecit. In Odis Dauidic. Λάκκον ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο. Translatum vel ab iis, qui foueis effossis aut reliquis id genus decipulis insidiantur feris, vel ab illis in quibus aliquoties suffossis cuniculis hostis hostem captat. Dauid.

Captantes capti sumus. Ἀγρεῦντες ἡγρήμεθα. Cum res praepostere euenit, vt ipsi circumueniamur ab iis, quibus conabamur imponere. Translatum aut a bello, seu piscatione, seu venatu.

In venatu periit. Lucianus: Αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας. Hoc est: dum adolescentem venatur, studetque irretire, etiam ipsa sese perdidit. Lucian.

Hanc technam in teipsum struxisti.

Eamdem sententiam aliter expressit Lucianus:

Ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας.

De

De haeredipeta, qui veneno, quo senem appetiuerat, ipse forte fortuna captus interiit. Vtendum erit, cum dolus in alterum excogitatus, in caput auctoris recidit.

Qui inspuerit in cauernam formicarum. Ὡς ὁ πτύσας εἰς μυρμηκίαν οἶδεν τὰ χείλη. Hoc seu vere fit, vt ex halitus repercussu virus aliquod afficiat conspuentis os, seu temere creditur. Torqueri poterit in eos, qui multitudinem imbecillium quidem, sed tamen numerosam et concordem prouocant.

Plutarch. *Ex ipso boue lora sumere.* Ἐκ τῆ βοὸς τὰς ἱμάντας λαμβάνειν. Qui quo laedunt quempiam, ab ipso, quem laedunt accipiunt. Metaphora sumta ab agricolis; qui lora caedunt e boum tergoribus, quibus boues vinciunt.

Viro Lydo negotium non erat, at ipse foras profectus parauit. Ἀνδρὶ Λυδῷ πράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπρίατο. Dici solitum, vbi quis impatiens otii, ipse sibi negotium ac turbam arcessit. Sumtum a Croeso Lydorum rege, qui felix Cyrum in se prouocauit, a quo victus in magnas incidit calamitates.

Cicero. *Talia gignunt bellum.* Τοιαῦθ᾽ ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται. Docet hic senarius, e dissidiis eorum, qui Rempublicam administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad priuatam discordiam, plusculum habebit gratiae.

Idem. *Securim iniicere.* Dicuntur, qui vehementer laedunt ac vulnerant.

Aristot. *Sibi parat malum, qui alteri parat.* Ipse sibi mala cudit, quisque alii mala cudens. Nemo potest alterum iniuria afficere, qui prius laedat seipsum. Qui alium fraudat pecunia, seipsum spoliat bona mente: grauius seipsum laedit, quam alterum.

Athen. *Chius dominum emit.* Χῖος δεσπότην ὠνήσατο. In eos quadrabit, qui sibi ipsis malum arcessunt.

Na-

Natum inde, quod cum Chii primi feruis mercenariis inftituiffent vti, poftea fubacti a Mithridate Cappadoce propriis feruis vincti funt traditi, vt in Colchorum regionem deportarentur, idque illis aliquando euenturum oraculum praedixerit.

Mala attrahens ad fe, vt Caecias nubes. Καχ' ἐφ' αὐτὸν ἕλκων ὡς Καικίας νέφος. In eos, qui fibi ipfis litium ac negotiorum materiam pariunt, arceffuntque. Ducta fimilitudine ab eius venti natura, cui nomen Caecias, qui media inter aquilonem et exortum regione flat, et vnus contra aliorum feptemtrionalium ventorum naturam nubes non pellit, fed attrahit, vel quod alius ventus reflet aduerfus eodem tempore, vel, quod hic e fublimi caeli parte fpirans, puta, orientali, non tranfuerfus, per terram feratur, fed recuruata linea propter reflexum, vnde exortus eft, eo recurrit. **Gellius.**

Omnes attrahens vt Magnes lapis. Πάντας γ' ἐφέλκων ὥσπερ Μαγνῆτις λίθος. Ducta metaphora a natura lapidis, ferrum ad fe attrahentis. **Suidas.**

Ne quid fuo fuat capiti. Pro eo quod eft, Ne quid mali fibi conciliet. **Terent.**

In caelum exfpuit. Ἐς οὐρανὸν πτύεις. *Id eft,* Facis quod in tuum ipfius recidat caput, aut, Obloqueris his, qui facile poffunt laedere. Exfpuens in caelum caelites afficit contumelia, et poft fputum in faciem recidit. Confine illis: *Aduerfus ftimulum calcitrare.*

Spontanea moleftia. Celebratur inter Graecos cum primis bellus et elegans trimeter:

Αὐθαίρετος λύπη ἐστὶν ἡ τέκνων σπορά.

Dici non poteft, quantum et quam moleftum negotium fit, educare filios, praefertim cum adeo pauci fint, qui parentum officio refpondeant.

In-

In tuum ipsius malum lunam deducis. Ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθέλκεις. Aglaonice quaepiam, cum per Astrologiam defectus praesciret, iactitabat, se lunam e caelo detracturam in terras. Atque eius iactantiae poenas dedit. Prouerbium igitur hinc sumtum dicebatur de iis, qui suis ipsorum artibus malum arcesserent.

Lunam detrahere. Τὴν σελήνην κατασπᾷ. Consueuit dici de eo, cui res vehementer aduersae viderentur, Sumtum ab Aglaonice vt supra.

Hieron. *Dares Entellum prouocas.* Conuenit vti, si quando quispiam iuuenili temeritate lacessit aliquem, non perinde promtum ad suscipiendum certamen, verum intolerandum, si semel inierit. Sumto ex quinto Aeneid. lib. Vbi Dares quispiam viribus fretus, et ferox iuuenta, vltro prosiliens in medium, quemuis ad certamen prouocat, Assurgente nemine, deterritisque reliquis, iam perinde quasi victor praemium flagitat ab Aenea. Et Entellus senex et iam pridem ab huiusmodi genere certaminum feriatus, instigante partim Aceste, partim veterum victoriarum memoria tandem surgit cestibus dimicaturus. Is diu suo consistens loco iuuenem insolentius circumsilientem tulit, donec frustrato ictu lapsus, pudore sic recanduit, vt Daretem tam longe imparem plane confecturus fuerit, nisi eum Aeneas intercedens eripuisset.

Atlas caelum. Ἄτλας τὴν οὐρανόν. Subaudiendum, ὑπεδέξατο. Dici solitum de his, qui se magnis et molestis inuoluunt negotiis, ipsique sibi malum arcessunt. Nam hic caelum hospitio suscepit. Deprehensus autem, quod illi struxisset insidias, praeceps datus est in mare Atlanticum.

Homer. *Arcessitum malum.* Ἐπισπαστὸν κακόν. Dicitur, cuius ipse causam sibi praebuerit.

Æsop. *Coruus serpentem.* Κόραξ τὸν ὄφιν. Vbi quis suo ipsius inuento petit. Sumtum ex apologo quo-

quodam Aesopi. Coruus esuriens serpentem in aprico dormientem conspicatus rapuit, a quo morsus periit. Cognatum ei: *Coruus scorpium.* Torquere licebit et in hominem ob edacitatem periclitantem.

Bis interimitur, qui suis armis perit. Magis dolent incommoda, quibus ipse dedimus occasionem. Sumtum ex aesopico quodam apologo.

Colubrum in sinu fouere. Ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν. Dicitur qui complectitur amore studioque prosequitur ingratum. Sumtum ab apologo quodam Aesopi. Aesop.

Hostis domesticus. Vbi malum non aliunde proficiscitur, sed ex nobis ipsis nascitur. Plato.

Capra gladium. Αἶξ μάχαιραν. Subaudi repetit. In eos dicitur, qui ipsi reperiunt, quo pereant. Olim cum Corinthii Iunoni Acraeae rem diuinam facere pararent, huius Iunonis statuam aiunt a Medea positum fuisse, atque ii, qui ad praebendam hostiam erant conducti, defosso sub terra cultro, oblitos sese assimilarent, capra pedibus exscalpens eum eruit prodiditeue. Itaque mactata est.

Pyraustae gaudes gaudium. χαίρεν πυραύστε χαίρεις. De momentanea fluxaque voluptate. Ostendimus alicubi pyraustum ad lucernas aduolantem, ambustis alis perire. Vnde natum prouerbium. *Pyraustae fatum.* In eos, qui sibi ipsis exitium arcessunt.

Prudens in flammam mittere manum. Hieronymus vsurpat pro eo, quod est, sciens expono me discrimini, malisque obiicio. Sumtum videri potest ab historia Mutii Sceuolae. Hieron.

Calidum prandium comedisti. Fecisti, quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumtum, qui se noxiis ac letiferis ingurgitant cibis, postea ventris tormina sensuri. Plaut.

Ma-

Hesiod. *Malum consilium consultori pessimum.* In eos, in quorum caput recidit, quod aliis perperam consuluerunt. Hesiodus:

Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.
Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit. Ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν. Conueniet in eos, qui dum peregrina sectantur, ne sua quidem tuentur. Sumtum ex Apologo de camelis, qui per oratorem cornua a Ioue postularent. Ille offensus stulta postulatione aures quoque resecuit.

Homer. *Sibi malum reperit.* In eum, qui suo laeditur inuento, quadrabit illud Homeri ex Odyss. φ.

Ὅς τ' αὐτῷ πρώτῳ κακὸν εὕρετο οἰνοβαρείων.

Dictum est de Eurytione, qui primus inuenit vsum vini, peremtus a centauris.

Coena puram aquam turbans, numquam inuenies potum. Βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων οὔποθ' εὑρήσεις πότον. Dici solitum, vbi quis ea, quae sunt per se pulcerrima, contaminat, admixtis iis, quae sunt turpissima.

Bellerophontis litteras. Βελλεροφόντης τὰ γράμματα. Subaudiendum adfert aut aliud aliquod. Bellerophontes propter occisum Bellerum Argos exsilio mutans in Tirynthem peruenit, Proetique regis hospitio est vsus. Interim Antea regis vxor adolescentis amore correpta, coepit illius animum ad stuprum sollicitare, et sui copiam obtulit. Ille vbi flagitium recusasset, videlicet hospitii religione permotus illa prior occupans, versoque in odium amore muliebri, Bellerophontem apud maritum occulte defert, tamquam ab illo fuisset de stupro interpellata, quod vbi persuasisset, quoad poterat regis animum in perniciem iuuenis instigabat, semper ad aurem occi-

occinens illud Homericum: Τεθναίης ὦ Προῖτ' ἢ κάκτανε Βελλεροφόντην. Proetus itaque vere ingenio regio, velut officii causa Bellerophontem ad Iobaten hospitem mittit, additis litteris, velut in illius commendationem scriptis. In his mandabat Iobatae, vt iuuenem, quoquo pacto tolleret e medio. Bellerophon, vt est minime suspicax innocentia, litteras acceptas reddit, vt fuerant, obsignatas. Quas vbi perlegisset Iobates, quo Proeto gereret morem, aggreditur adolescentem honesto titulo perimere. Animum iuuenis suapte sponte ferocem ad periclitandas vires gloriamque parandam inflammat. Primum persuadet, vt cum chimaera congrediatur. Hanc Bellerophontes equo insidens alato, telo confixit confecitque. Post aliis atque aliis periculis obiecit iuuenem, a quibus omnibus cum ille victor rediret, rex et vires admiratus; et ex euentu coniectans innocentiam, litteras Proeti ostendit, generum asciuit ac moriens, eidem imperii successionem tradidit. Locus erit huic prouerbio quum quis litteras velut commendatitias perfert, quae contra ipsum sint descriptae. Vulgo litteras Vriae vocant. Plautus:

Tace, nullus homo dicit, hae tabellae te arguunt:
Quas attulisti, hae te vinciri iubent.
Ahae Bellerophontem iam tuus me fecit filius.
Egomet tabellas detuli, vt vincirer.

Ale luporum catulos. In eos, qui laeduntur ab iis, de quibus bene meriti sint aut in ingratos. Nam plerumque solet id vsu venire illis, qui catulos luporum enutriunt. Theocr.

Phoci conuiuium. Φώκου ἔρανος. Dictitari suetum, vbi quis suo malo conuiuias acciperet. Aiunt Phoco cuipiam filiam fuisse nuptiis maturam, is procos, nam erat complures conuoca- Zenodo.

re solitus, praemia statuebat, et conditionibus subinde nouis propositis, nuptias prorogabat. Quamobrem indignati iuuenes Phocum in conuiuio trucidarunt.

Zenod. *Puer glaciem.* Ὁ παῖς κρύσταλλον. Dicebatur in eos, qui quum retinere quippiam non possint, nolunt tamen amittere. Veluti si quis magistratum recuset deponere, cui gerendo sit impar. Amor comparatur pueris qui glaciem conspectam arripiunt manibus, ac delectantur; sed ea mox liquescente nec facile possunt abiicere lubricam massam, nec retinere noxiam.

Turdus ipse sibi malum cacat. Κίχλα χέζει αὐτῇ κακόν. In eos, qui sibi ipsis ministrarent exitii caussam. Siquidem viscum, auctore Plinio, non prouenit, nisi maturatum in ventre, ac redditum per auium aluum, maxime palumbium ac turdorum. Aristoteles tria turdorum genera facit, quorum primum ἰξοβόρον, vocatum ait, quod visco vescatur. Quoniam autem visco capiuntur aues, ipsae sibi malum cacant.

Terent. *Tute hoc intristi, tibi omne est exedundum.* Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat auctor consilii de ducenda puella aequum esse putat, vt suo periculo rem item expediat. Translatum ab alliato rusticorum mortario. Idem: *Colo quod aptasti, ipsi tibi nendum est. Id est,* Tu incipiendi auctor exstitisti, nunc idem explices oportet.

Auson. *Faber compedes quas fecit, ipse gestet.* Competit in eos, qui sibi ipsis auctores sunt malorum. Flagellum ipse parauit, quo vapularet. Sumtum a pueris aut seruis, qui coguntur aliquoties ipsis parare virgas, quibus vapulent.

Athen. *Ipse sibi mali fontem reperit.* Αὐτὸς εὗρε τοῦ κακοῦ τὴν πυτύαν seu πηγήν. Sunt enim et perniciosi fontes, quorum aqua gustata mortem et insaniam adferat, quos praestiterat non reperisse.

Bos

Bos aduerſus ſeipſum puluerem mouet. Βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονιᾶται. Dicitur, vbi quis ad ſuum ipſius malum volens lubenſque ducitur. Nam boues facile ſe praebent vinciendos, neque grauatim obtemperant iugo. Κονιᾶν ſignificat feſtinandi ſtudio ciere puluerem. Zenod.

Echinus partum differt. Ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει. De iis, prorogarent quippiam ſuo malo. Veluti qui creditam pecuniam comperendinant, tamen aliquando reddendam vel maiore cum foenore. Aiunt echinum terreſtrem ſtimulato aluo remorari partum, deinde, iam aſperiore ac duriore facto foetu mora temporis, maiore cruciatu parere. Suidas.

Noſtris ipſorum alis capimur. Τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. Fertur autem apologus huiuſmodi: Aquilam ictam ſagitta, cum inſpexiſſet iaculum imaginem pennarum effictum imitatumque, dixiſſe haec: non ab aliis, imo pennis propriis capimur. Conueniet in eos, qui ipſi praebent occaſionem ſui mali. Athen.

Capra contra ſeſe cornua. Ἡ αἲξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα. Ab apologo natum. Capra quaepiam quum eſſet iaculo vulnerata, circumſpectans, vnde nam id mali ſibi aduenifſet, arcum contemplans caprinis cornibus compactum, dixit ad hunc modum: Καθ' ἐμαυτῆς ἔφυσα τὰ κέρατα.

Carpathius leporem. Ὁ Καρπάθιος τὴν λαγών. Dicebatur in eos, qui ſibi rem noxiam acceſſerent. Hinc deductum adagium, quod cum in Carpathiorum inſula lepores non eſſent, illi curarunt importandos alicunde. Verum vbi eius animantis magna vis increuiſſet, vt eſt mira faecunditas, fruges inſulae populari coeperunt. Ariſtoph.

Calidam veruti partem. Τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ. Subaudiendum, arripuit. Vbi quis per imperitiam negotii, ea parte rem aggreditur, qua minime tutum fuerat aggredi. Sumta metaphora ab Sopho.

iis, qui per imprudentiam eam veruti partem manu deprehendunt, quae caleat, deinde offensi reiiciunt, et alteram partem apprehendunt.

Cornix scorpium. Κορώνη τὸν σκορπίον. Subaudiendum, rapuit Quadrat in hos, qui parant eos laedere, vnde tantundem mali sint vicissim accepturi. Quem ad modum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda vulnus accepit letale periitque

Plaut. *Cornutam bestiam petis.* Qui illum lacessit, qui paratus sit retaliare iniuriam, quemque non nisi tuo malo prouoces.

Lucian. *Cicadam ala corripuisti.* Τέττιγα πτεροῦ συνείληφας. Cicadae si presseris alas, vehementius etiam perstrepit: ita si poëtico homini praebas occasionem simultatis, non modo non tacebit, sed clarius obstrepet, et omnem bilem chartis illinet atris. Proinde Plato admonuit, ne quis hominem poëtam sibi faciat inimicum. Et Horatius. *Genus irritabile vatum*, dixit. Est enim huius insecti mira quaedam et prodigiosa loquacitas, maxime efferuescente sole. Plinius negat iis vocem esse, sed stridorem cum tractu eumque sonum emittit, non alis, quem ad modum muscae, apes, culices. Nam iis stridor simul cum volatu desinit. At cicadae si presseris alas vehementius etiam perstrepit. Sed in pectore subesse ait duos specus attrituque membranae, mobili accedente spiritu, per hos e visceribus sonum edi.

Plaut. *Irritare crabrones.* Τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν. Id dictum est a poëta in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes magis prouoces. Est autem crabro insecti genus, affine vespis, pertinacissimum, aculeoque pestilentissimo. Siquidem crabronum ictus haud temere sine ictu est, et ternouenis huius animantis punctis homo interficitur.

Octipe

Octipedem excitas Ὀκτώπουν ἀνεγείρεις. Nimirum scorpium, cui pedes sunt octo, ac plerumque sub saxis abditus cubat, quem non nisi tuo periculo suscites propter venenum, quod in cauda gestat. Suidas.

Anagyrum commoues. Ἀνάγυρον κινεῖς. In eos, qui sibi ipsis malorum auctores essent. Vnde ducta sit paroemia, varie narratur ab auctoribus. Alii ad fruticis naturam referunt, quem quidam magyrum, anagyrum quidam appellant. Nonnulli acopon, medicamentis quidem efficacem, verum odore maiorem in modum graui, maxime si manu teratur, cuius fructus gustatus vehementem vomitum prouocet. Sunt, qui dicunt, anagyrum locum esse in Attica, quae ad tribum pertineat Erechteidem, vbi frutex quidam grauissimi odoris plurimus proueniat. Rursum alii anagyrum genium quemdam existimant, qui propter violatum sacellum suum vicinos omnes funditus euerterit. Suidas huius ferme commemorat. Anagyrasion quemdam genium fuisse, sic a loco, quem diximus, cognominatum, qui senem vicinum, quod lucum suum incidisset, hunc ad modum vltus sit. Senis concubinae, insanum quemdam amorem immisit in illius filium. Quae cum adolescentis animum pellicere non posset, eum vltro apud patrem detulit, quod sese de stupro non desineret interpellare. Pater persuasus a muliere, filium e tecto praecipitem dedit, atque interemit. Deinde facti poenitens semet ipsum laqueo praefocauit; postremo mulier sese in puteum abiecit. Aristoph.

Suem irritat. Τὴν ὗν ὀρίνει. In auidum rixarum dicebatur. Sus enim agrestis prouocatus, recta petit eum, a quo prouocatus est. Diog.

Leonem stimulas. Τὸν λέοντα νύττεις. De his qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitium prouocant atque exstimulant. Idem.

Catull. *Ipsa olera olla legit.* In eos quadrabit, qui suum ipsorum vitium in aliud quippiam reiiciunt: aut qui sic ad scelus aliquod quasi facti sunt, vt non possint non peccare. Nam olla coquendis oleribus nata est.

Virgil. *Fontibus apros. Floribus austrum.* Vbi quis optat nocitura. Nam auster ventus floribus inimicissimus est ob violentiam.

Plato. *Leonem radere.* Λέοντα ξυρᾶν. Dicuntur, qui feroces et praepotentes arte tractant et illudunt magno suo periculo. Vsurpauit hoc adagium Socrates apud Platonem negans se vsque adeo dementem esse, vt leonem ausit tondere, et Thrasymacho homini praeferoci illudere.

Diog. *Nemo laeditur, nisi a seipso.* Nemini fit iniuria, si ipse non existimet ad se non pertinere.

Arcadiam me postulas. Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς. Conuenit vel in magna vel inutilia petentem. Herodotus docet natum ex oraculo, Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὔτοι δώσω.

Eurycles. Εὐρυκλῆς. Vulgato cognomine dicebatur, qui de se suisque incommodis aliquid diuinaret. Hoc nomine vates fuit quispiam Ἐτασείρυθος cognominatus, hinc ni fallor, quod ex altris vera praediceret, παρὰ τὸ ἐτάζειν.

Ipse sibi perniciem arcessiuit. In eum, qui sibi pertinaciter arcessit malum, cui veluti fato destinatus sit, congruet illud ex Homeri Iliad. ν.

Τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλος δέ.

Zenod. *Boeotis vaticinare.* Βοιωτοῖς μαντεύεαι. Abominantis est sermo, perinde vt dicimus: *Hostibus ita vaticinare.* Aptius dicetur in eum, qui tristia vaticinatur, si quando precabimur, vt ea ipsius in caput recidant. Ab euentu natum. Olim cum Thebani de belli euentu consulerent oraculum, vates, quae tum Dodonae responsitabat,

ait,

ait, eos fore victores, si quid impie patrassent. Itaque consultorum quidam arreptam Myrtilam, nam id mulieris fatidicae nomen, in lebetem aqua calida feruentem, qui forte inibi aderat, iniicit. Sunt qui narrent, Bombum diuinum quemdam Thebanis de belli successu sciscitantibus, respondisse futurum, vt quam plurimos vincerent; si prius quempiam e ducibus immolassent. At illos Bombum ipsum interemtum immolasse.

Ipsi testudines edite, qui cepistis. Αὐτοὶ χελώνας ἐσθίεθ' οἵπερ ἥλετε. In eos dicitur, qui posteaquam inconsulte quippiam adorti sunt, aliorum implorant auxilium, quos suo negotio admisceant. Ex apologo quodam nata paroemia. Piscatores aliquot iacto reti, testudines eduxerunt. Eas cum essent inter sese partiti, neque sufficerent omnibus comedendis Mercurium forte accedentem inuitaruntad conuiuium. At is intelligens, se nequaquam humanitatis gratia vocari, sed vt eos fastidito cibo subleuaret, recusauit, iussitque, vt ipsi suas testudines ederent, quas cepissent.

Oenoen charadram. Οἰνόη τὴν χαράδραν. Charadra significat Graecis eam terrae fissuram, quam aqua pluuia, aut torrens nonnunquam terrae motus efficit. Dici solitum in eos, qui ipsi malum arcesserent. Hinc nata paroemia, quod Oenoen vicus quidam sit Atticae, quem qui incolebant, alueum quemdam torrentis vicinum, suis finibus incluserunt: deinde ingruente immodica vi aquarum, et ob id corruptis agris, agricolationem perdidisse. Effertur adagium ad hunc quoque modum: Οἰναῖοι τὴν χαράδραν. Vbi quippiam arcessitur ad commoditatem, vnde pernicies adfertur. Hesych.

Malum bene conditum ne moueris. Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον. In eos, qui sua stultitia sibi tur- Virgil.

 bas

bas excitant, aut qui mala iam tempore sepulta resuscitant renouantque.

Mouere Camarinam. Κινεῖν τὴν καμαρίνην. Est sibi ipsi malum arcessere. Camarina palus est iuxta oppidum eiusdem nominis, quae siccata pestilentiam creauit. Consuluerant oraculum, an penitus eam desiccare praestaret. Vetuit Deus Camarinam moueri, at illi exsiccraunt, non obtemperantes oraculo. Cessauit quidem pestilentia, sed per eam ingressis hostibus poenas dederunt neglecti oraculi. Stephanus tradit Camarinam esse oppidum et eiusdem nominis paludem in Sicilia. Quibusdam Camarina est frutex cuius ramos si quis commoueat quatiatque, tetrum quemdam odorem edunt.

Zenod. *Pyraustae interitus.* Πυραύστε μόρος. In eos dicebatur, qui sibi ipsis exitium arcessunt. Ait enim Zenodotus pyraustam insectum esse, quod lucernis aduolet, atque ita exustis alis concidat, pereatque.

Ipso cratere contingant mala. Αὐτῷ κρατῆρι γίνοι κακά. Dictitari solitum de iis, in quos recidit, quos per insidias in alios moliebantur. Craterem enim quasi malorum fontem vocant. Vnde κρατὴρ κακῶν.

Docui te vrinandi artem, et tu me vis demergere. Ἐδίδαξά σε κοβιστᾶν, καὶ σὺ βυθίσαι με ζητεῖς. In eos quadrat, qui benefacta malefactis retaliant, et beneficium acceptum in eius ipsius vertunt perniciem, a quo acceperunt.

Aristoph. *Fecem bibat, qui vinum bibit.* Qui fruitus sit optimis, eumdem boni consulere debere deteriora. Aristoph. in Plut.

Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἤξίας

Πίνειν, συνεκποτέον ἐςὶ καὶ τὴν τρύγα.

MALVM

MALVM ASSVETVM.

Callum ducere. Prouerbiales metaphorae sunt. *Callum ducere*, *et occallescere*, si quidem ad animum torqueantur. Quinctilianus: *Et ingenio adbuc alendo callum inducere.* Saepiuscule legimus apud Tullium, *occalluisse aures*, quum assuetudo sensum mali adimit. Quinctil.

Dies adimit aegritudinem. Terent. in Heaut. *Quod audio vulgo dici*, *Diem adimere aegritudinem hominibus.* Terent.

Malorum assuetudo. Qui malis assueuerit, ac per multa tulerit, commodius fert et aliud, si quod inciderit infortunium.

Neque enim ignari sumus. Vbi quis ad tolerantiam praesentium incommodorum animat sese praeteritorum malorum recordatione, non infestiuiter vsurpabit illud ex Odyss. Y. Homer.

Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ᾽ ἔτλης.

Id aemulans Virgilius:

O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem.
Durate et vosmet rebus seruate secundis.

Nota res mala, *optima.* Dictum est sub persona senis, suadere conantis amico, ne vxorem tametsi malam repudiaret, aliam ducturus, propterea quod plerumque fit, vt qui commutat primum, pro malo peius accipiat, tum ignotum pro noto, insuetum pro familiari. Tantum enim valet assuetudo, vt mala quibus assueuerimus, optima videantur. Contra, quae sunt optima, propter insolentiam pessima videantur. Plaut.

Vsus est altera natura. Nihil hoc dicto celebratius: Ἔθος ἄλλη φύσις: Natura nihil efficacius potentiusque. Vnde Satyricus: *Custode et cura*, *natura potentior omni.*

Scarabaeo citius persuaseris. Θᾶσσον ὁ κάνθαρος ἂν μεταπεισθείη. De iis, qui malis assueuerunt, a quibus reuocari non possunt, eo quod assuetis videantur optima.

MALVM CONDVPLICATVM, AVT RENOVATVM.

Ignem igni ne addas. Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ. *Id est,* Ne incendium incendio addas. Plato vetat, ne pueri ad annum vsque duodeuicesimum vinum bibant, ne si vini calor accesserit ad feruorem aetatis, ignem igni suggerere videantur.

Ignis non exstinguitur igni. Πυρὶ οὐ σβέννυται πῦρ. Malum malo non tollitur, ira non sedatur iracundia: sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur, iniuria beneficio vincitur.

Hieron. *Oleum camino addere.* Malo fomentum, ac velut alimoniam suppeditare.

Plato. *Oleo incendium restinguere.* Ἐλαίῳ πῦρ σβεννύειν. Dici solitum, vbi quis ea admouet remedia, quae malum magis exacerbent. Veluti si quis offensum iurgiis, conuiciis velit placare.

Sophoc. *Hydram secas.* Ὕδραν τέμνεις. Id est, ita vnum aliquod incommodum tollis, vt in eius locum alia plura recipias. Adagium natum a fabula hydrae Lernaeae, quam alii centum, alii octo fuisse capitum aiunt, e quibus vnum erat immortale. Cum hoc monstro multum diuque conflictatus est Hercules, propterea quod vno reciso capite plura renascerentur.

Euripid. *Malum malo medicari.* Τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν. Est malum aliud alio malo tollere.

Morbum morbo addere. Est conduplicare malum. Euripides.

Μὴ νοσοῦντί μοι νόσον.

Προσθῇς, ἅλις γὰρ συμφορᾷ βαρύνομαι.

Lutum

Lutum luto purgare. Πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι. Dicitur, vbi res ſordida ſordidius tollitur, hoc eſt, quum ſordes non tolluntur, ſed mutantur, aut augentur.

Pro caeco exoculatus eſt. Quum videmur corrigere quod dictum eſt, ſed altero verbo, quod vel idem polleat, vel magis etiam laedat: veluti ſi quis dicat non furatus eſt, ſed inuolauit. Ariſtoph.

Poſt Marathonem pugna. Μετὰ τὴν μαραθῶνα μάχη. Vbi quis poſt calamitatem in aliam nouam rurſus incidit. Marathon locus eſt Atticae, crebris cladibus inſignis, vbi acerrima pugna fuit cum Perſis. Simile huic: *Poſt bellum tumultus.* Herod.

Lis litem ſerit. Ἔρις δ᾽ ἔριν ἀντιφυτεύει. Reſecanda iniuria eſt, non retalianda. Phocil.

De fumo ad flammam tendere. De eo qui ſe a rebus dubiis in praeſens exitium coniicit.

Litem parit lis, noxa item noxam parit. Δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβην βλάβη. Senarius in rixoſos et litium auidos.

Fallacia alia aliam trudit. Sumtum a conſuetudine conantium fallere, ac dolos dolis conſarcinantium, ne deprehendantur. Vnde *conſutis dolis* dixit Plautus, et *ſutelas* appellat huiuſmodi technas. Et apud Homerum δόλους ὑφαίνειν. Terent.

Refricare cicatricem. Quaere in loco *Laceſſentis.*

Illico hiems erit. Εἰδ᾽ ὁ νότος βορέαν προκαλέσσεται, αὐτίκα χειμών. Vbi malum malo ſucceſſerit, aut ingens periculum imminet. Nam mutationes ſubitae maximos rerum motus ſolent excitare. Notus ſuapte natura nubem et imbrem affatim colligat. Proinde ſi hoc tempore boreas acceſſerit, congelaſcunt omnia huius rigore atque ita protinus hiems.

Praeſtat vni malo obnoxium eſſe, quam duobus. Ariſtophanes in Concionatricibus hunc ſenarium prouerbialem refert. Ariſtoph.

Ἐνὶ γὰρ τηνίχισθαι κρᾶττον ἢ δυοῖν κακοῖν.

Quoties vtrumque malum euitari non poteſt; danda tamen opera, quo declinemus alterum, et in id, quod minus habeat incommoditatis, incurramus. Ad hunc locum refertur: *Poſt bellum tumultus. Eſt pylus ante pylum.* Adducetur infra.

MALVM IMMEDICABILE.

Zenod. *Chironium vulnus.* Χειρώνειον ἕλκος. Immedicabile malum, appellabant. Chiron in bello aduerſus Centauros ictus ab Hercule, vulnus immedicabile accepit in pede, vnde periit.

Podex lotionem vincit. Πρωκτὸς λουτρῶν περιχὴν. Vide ingenii malitia.

Ariſtoph. *Acceſias medicatus eſt.* Ἀκεσίας ἰάσατο. Dici ſolitum de re, quae ſemper vergeret in deterius, quoque magis accuraretur, hoc peius haberet. Occaſionem adagio dedit Aceſias quidam medicus imperitus et ſtupidus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti mederi ſtudet, auxit dolorem.

Plutarch. *Non liberat podagra calceus.* Οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει καλτίκιος, ἔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας, ἔτε διάδημα κεφαλγίας. Plutarchus vtitur ad hunc modum: *Si diuitiae reliquaque fortunae munera non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi poſſunt animi malis?*

MALVM MALE VITATVM.

Lucian. *Fumum fugiens, in ignem incidi.* Καπνόν γε φεύγων εἰς τὸ πῦρ περιέπεσον. Horat. *In vitium ducit culpae fuga, ſi caret arte.*

Euitata Charybdi, in Scyllam incidi. Τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ Σκύλλῃ περιέπεσον. Dum vito grauius malum, in alterum diuerſum incidi. Sumtum adagium ab Homerica fabula, quae narrat Vlyſ-

Vlyſſem, dum metu Charybdis propius ad Scyllam nauem admouet, ſex e comitum ſuorum numero perdidiſſe. Quidam aiunt Scyllam, Niſi megarenſium regis fuiſſe filiam, quae propter aureum crinem ademtum patri, in monſtrum hoc marinum conuerſa ſit. Seruius indicat Scyllam Phorci et Cretheidis nymphae filiam fuiſſe. Hanc cum amaret Glaucus Circe, quae illius amore tenebatur, quod cum in Scyllam propenſiorem eſſe videret, fontem, in quo nympha lauare conſueuerat, magicis venenis infecit. In quem cum illa deſcendiſſet, pubetenus in varias mutata eſt formas. Horrens itaque ſuam deformitatem, ſeſe in mare praecipitem dedit, ac fabulae praebuit argumentum. De rei veritate diuerſa eſt opinio. Saluſtius putat eſſe ſaxum in mari prominens, quod procul viſentibus muliebrem formam imitetur, in quod illiſi fluctus, quoniam et luporum eiulatum, et canum latratum videntur imitari, finxerunt illam a pube huiuſmodi feris ſuccinctam eſſe. In graecorum commentariis inuenimus triremem fuiſſe quamdam mirae pernicitatis, cui nomen fuerit inditum Scyllae, παρὰ τὸ σκυλεύειν, quod hac graſſantes piratae, mare Tyrrhenum ac Siculum infeſtarent, reliquaſque naues, quotquot praeteriſſent, diſpoliarent, atque hinc natam fabulam. De Charybde vero narrant, hanc feminam fuiſſe voraciſſimam, quae quod Herculis boues rapuiſſet, a Ioue fulmine icta, in mare praecipitata eſt, et in huiuſmodi verſa monſtrum, quod adhuc priſtinam ſeruat naturam. Abſorbet enim vniuerſa, quaeque abſorbuerit, ea circa Taurominitanum egerit littus.

Ne cinerem vitans in prunas incidas. Μὴ τέφραν φεύγων εἰς ἀνθρακιὰν πέσῃς. Id eſt; ne ſic defugias malum hoc aut illud, vt in aliud longe maius incurras. Apoſt.

Cucur-

Cucurrit quispiam, ne pluuia madesceret, et *in foveam praefocatus est.* Ἔτρεχέ τις μὴ βρεχθείη, καὶ εἰς βόθρον ἀπεπνίγη. Vbi quis leuius malum incautius fugiens, in maximum incurrit.

MALVM VERTENS BENE.

Nunc bene nauigaui, cùm naufragium feci. Νῦν εὖ πεπλόηκα, ὅτε νεναυάγηκα. Quoties id quod videtur incommodum, fortuna praeter spem vertit in bonum.

Laqueus auxiliari videtur. Ἀμύνει ὡς ἔοικεν ἡ πάγη. Dictitari consueuit, quoties incommodum alicui verteretur in bonum. Veluti si quis Turca bello captus seruiret apud Christianos, atque hac occasione nostrae religionis sacris initiaretur. Aut si diues ad inopiam redactus, hac occasione fieret ex luxurioso sobrius; ex impio pius.

Laert. *Bellum haudquaquam lacrimosum.* Ἀδάκρυς πόλεμος. Vbi victoria contingit, circa caedem et sanguinem. Effertur etiam ad hunc modum, incruentum statuit trophaeum. Natum aiunt e vetusto quodam oraculo dodonaeo, quo responsum Lacedaemoniis aduersus Arcadas pugnaturis, ἀδάκρυν πόλεμον ἔσεσθαι; deinde contigisse illis victoriam, nemine prorsus interfecto.

MALVS VICINVS.

Aristot. *Salsuginosa vicinia.* Ἁλμυρὸν γειτόνημα. De sterili, agresti, atque inhumana vicinia dicebatur. Traductum ab agris mari finitimis, qui plerumque solent ad culturam inhabiles esse.

Plaut. *Aliquid mali propter vicinum malum.* Admonet, bonorum conuictum et consuetudinem expetamus: a malis nos, quam maxime possumus, abducamus.

Si

Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces. *Ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃς.* Proverbium admonet periculosum improborum hominum consuetudinem vitandam, quoniam cum corporis tum maxime animi vitia contagio serpunt in vicinum.

MANSVETVDO.

Mactata hostia lenior. De spontaneis ac mansuetis. Sumtum est a sacrificiis, in quibus explorabatur hostia, ducto per frontem cultro. Idque mactare vocabant. Vnde qui spectata sunt virtute, eos mactos virtute vocant. Horat.

Auricula infima mollior. Translata metaphora ab ea auriculae parte, qua non est aliud in humano corpore mollius aut flexibilius, lentiusque, vt quae nec osse rigeat, neque cartilagine durescat, neque neruis intendatur. Cicero.

Sedens columba. Ἡμένη πελειάς. Suidas indicat dici solitum de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam columbae cum auolant, fallunt caeteras pernicitate volatus: quum sedent, nihil mitius ac simplicius, neque quidquam habent, quo se tueantur aduersus miluios et accipitres, praeter alarum velocitatem. Suidas.

Spongia mollior. Τῆς σπογγιᾶς μαλακώτερος. Ad eamdem formam dicebatur: *Pepone mollior. Mitior malua.* Idem: *Cinaedo mollior.* Prisci saltatores et pantomimos cinaedos vocabant.

Apio mollior, aut mitior. Ἄπιω πεπαίτερος. Est autem apius Graecis raphanus, aut pyri genus. Theocr.

Oleo tranquillior. In homines minime iracundos, lenique ingenio praeditos. A liquoris natura sumta hyperbole: quo nihil magis laudatur. Est autem vsque adeo tranquilla olei natura, vt mare quoque rem omnium saeuissimam tranquillet, atque ob id vrinantes aiunt oleum ore Plaut.

ore ſpargere, quod mitiget elementi naturam aſperam leuemque deportet. Plutarchus oſtendit oleo nihil ineſſe aſperum, ſed vndique lene eſſe, et ob id maxime reddere imagines more ſpeculorum. Praeterea nec motum aut percuſſum ſtrepit, quem ad modum humores reliqui, nec luctatur cum igni, ſed tacite paſcit. Denique non eſt alius liquor, qui tam late diffundatur, cum inungitur corpori, aut ſerius ſicceſcat, aut aeque molliat ac leniat.

Diog. *Mitior columba.* Πρᾳότερος περιστερᾶς. Columbina ſimplicitas vbique laudatur.

Cera tractabilior. Κηροῦ εὐπλαστότερος. De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabilique, et in quemuis habitum ſequaci. Horat.

Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper. Eſt autem hoc cerae peculiare, vt manibus contrectata molleſcat.

MEMORIA.

Cicero. *Iucundi acti labores.* Ex ipſa hominum natura ſumtum adagium. Eſt enim hoc inſitum omnibus, vt iucunda cuique ſit anteactorum malorum, aut periculorum ſecura recordatio, commemoratioque praeſertim inſignium fatalium, et quae cum turpitudine coniuncta non ſunt.

Amph. *Quae dolent ea moleſtum eſt contingere.* Vnuſquiſque inuitus audit ſua incommoda maxime ea quae ſint cum aliqua infamia coniuncta. Velut turpidinem generis, vitium formae. Proinde ciuilitatis eſt, nemini ſuum refricare vulnus, nec vlcus tangere.

Vbi quis dolet ibidem et manum habet. Ὅπου τις ἀλγεῖ, κἀκεῖ καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει. Tempeſtiuiter vtemur, quum ſignificabimus, quempiam ea tractare deque iis libenter verba facere, quae mouent

vent animum. Natum eſt dictum a naturali hominum conſuetudine, qua fit, vt ei corporis parti, quae dolet, manus admoueamus.

Aurem vellere. Veteres dicebant admonere, a priſco ritu ſumta figura, quo in ius ducturi quempiam aurem vellicabant, atteſtantes eum, quem quaſi teſtem meminiſſe volebant. Virgil.

Iucunda malorum praeteritorum memoria. Ἀλλ' ἡδὺ τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Ignarium dare. Stimulis rodere: Fodere latus: Tangere aliquem cubito. His geſtibus admonemus, quem ad modum et vellendo aurem. De lapite pyrite tractum, quem alii viuum, nonnulli ignarium vocant. Plurima quaere loco, *Incitare.* Seneca.

Tamquam meum nomen, tamquam digitos. Scil. teneo. Prouerbialis hyperbole. Si quando promtam, certamque memoriam ſignificare volumus. Martialis: Martial.

Totis diebus Afer haec mihi narras.

Et teneo melius iſta, quam meum nomen.

Iuuen.

Tamquam vngues, digitoſque ſuos.

Nihil magis meminimus, quam proprii nominis. Vnde et vita defunctos olim ſuo nomine inclamabant, et proprii nominis oblitum dicimus prodigioſae obliuiſcentiae hominem. Antiquitus in digitis computus peragebatur, quin hodieque numerandi imperitum et obliuioſum per iocum rogare ſolent, quot in manibus habeat digitos. Plutarchus ſcribit olim morem fuiſſe, nomina digitorum ediſcere, hiſque in metu tamquam remedio futuris vti.

METVS EX CONSCIENTIA.

Fures clamorem. Οἱ φῶρες τὴν βοήν. Subaudiendum, timent aut senserunt. Quadrabit in eos, qui sibi conscii, metuunt, ne deprehendantur. Habet hoc autem cum omnis malefacti conscientia, tum praecipue furti, vt hominem trepidum reddat ac lucifugam.

Diog. *Lupus aquilam fugit.* Λύκος αἐτὸν φεύγει. Vbi periculum imminens euitari non potest. Aquilam enim, alata quum sit, frustra lupus fugit.

Idem. *Lupus ante clamorem festinat.* Λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει. Vbi quis admissi conscius, vltro timet, priusquam accusetur. Lupus enim simul atque praedam rapuit, mox properat effugere, ne coorto rusticorum clamore veniat in periculum.

Quinct. *Conscientia mille testes.* Heu quam difficile est crimen non prodere vultu. Sensus interprete non eget. Quis enim nescit, conscientiam rem esse vnam omnium efficacissimam, adeo vt nulla tormenta melius prodant maleficium, quam conscientia, nullus carnifex seuerius puniat, quam haec.

METVS POENAE.

Aristoph. *Funiculum fugiunt miniatum.* Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον. *Id est*, Vitant Sinopi collitam restim rubra Apte dicetur, vbi quis properat officio suo fungi, non ex animo, sed ne in mulctam incidat. Atheniensium magistratus variis modis conati sunt efficere, vt populus quam maxime frequens ad concionem ventitaret; obiectis enim repagulis quibusdam, vias reliquas occludebant, quae non ducerent ad forum. Tum merces tollebant e mercatu, ne quid hac gratia ibi cessaretur. Denique funem pararant, rubro colo-

colore, quem μίλτον minium vocant Latini, nonnulli cinabarim appellant, oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes agebant in concionem. Studebat quisque funiculum effugere, propterea quod quisquis colore notatus appareret contagio funis, is mulctam pendere cogebatur.

Manum de tabula. Allusum ad Apellis dictum, qui cum Protogenis opus immensi laboris ac curae supra modum anxie miraretur, ait, sibi omnia cum illo paria esse, aut ille meliora; sed vno se praestare, quod manum ille de tabula nesciret tollere, memorabili praecepto, nocere saepe nimiam diligentiam. Peculiariter conueniet in scriptores plus satis accuratos et morosae cuiusdam diligentiae, qui sine fine premunt suas lucubrationes, semper aliquid addentes, adimentes, immutantes, etc. Cicero.

Metus infamiae. Cum dicemus nos hominum de nobis opinione, rumoribusque commoueri, qui minus mutemus consilium, conueniet illud Homeri: Pythag.

Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους.

Absque baculo ne ingreditor. Ἄνευ ξύλου μὴ βάδιζε. Inermis ne sis, verum semper ad manum sit, quo depellas, si quis forte quaerat laedere. Natum a Cleomene Atheniensium duce. Is cum esset in insaniam versus, quod omnibus haberetur exosus, baculum gestans obambulabat, quo propulsaret impetentes. Horat.

Cautus enim metuit. Qui non ex animo, sed mali metu continent a maleficio, in eos quadrabunt hae metaphorae:

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterque
Suspectos laqueos, adopertum miluius hamum.

In tempore cauenda poena mali. Quoties admonebis, vt multo ante occurratur malo, priusquam

quam oppresserit nos, aut cessandum a peccando, priusquam ingruat diuina vindicta, vsui erit illud Homeri;

'Αλλὰ πολὺ πρίν.

Φραζώμεθ' ὥσκεν καταπαύσωμεν.

Samiorum mala metuis. Τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις. Dictitatum de iis, qui metuerunt proditionem. Narrant, Athenienses olim in Samios, quoscumque cepissent: inclementius saeuiisse atque alios interemisse, alios confixisse fama: id est supplicii genus. Samii vicissim, si quos cepissent Atheniensium, hos ad eumdem modum cruciabant.

Hesych. *Volam pedis ostendere.* Τὸ κοῖλον τῶ ποδὸς δεῖξαι. Dicuntur, qui in bello fugiunt. Dicitur et vulgo in fugaces, *calcaneum ostendere. Vertere terga*, apud historicos.

Περίτριμμα. Probrose dicitur, qui sese per omne rerum genus voluit. In molles et meticulosos.

MINANTIS.

Homer. *Et meum telum cuspidem habet acuminatam.* Recte vtimur, quoties fatebimur nos inferiores quidem esse, verum non deesse tamen, quo queamus nocere. Ouidius:

Et mihi sunt vires, et mea tela nocent.

Plaut. *Si tibi machaera est, et nobis vrbina est domi.* Quoties malum malo opponitur. Nam machaera et vrbina vtrumque teli genus est, Similimum illis: *Par pari;* et *Malo nodo malus quaerendus cuneus.*

Idem. *Aeacidinae minae.* Non sine prouerbii specie dictum est, pro atrocibus ac superbissimis minis. Achillem Aeaci nepotem Homerus facit vbique stomachabundum ac minitabundum. Hic sic incan-

candefcit in Agamemnonem, vt manum admoveat capulo, a conuitiis et pugnas venturus

Φευδόπυρα δίον τὰ σά. De minis ac terriculis inanibus, aut cum oftenditur arte periculum, cum re nullum fit periculum. Tranflatum a militari aftutia, qua fit, vt ad territandos homines noctu diuerfis locis ignes accendant, vt ingens exercitus effe credatur. Eos ignes affimulatos Φευδόπυρα vocant.

Complurium thriorum ego ftrepitum audiui. Πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα. Senarius eft proverbialis, quo minas et inanem clamorem nos contemnere fignificamus. Porro θρία a Graecis dicuntur ficulnea folia, quae cum incenduntur, minacem quemdam edunt ftrepitum, et formidandum iis, quibus antea non fit auditus, alioquin inanem et contemnendum. Ariftoph.

Ollam alere. Χύτραν τρέφειν. Dicebantur, qui metum oftenderent, quo deterrerent quempiam. Veluti fi quis praefidium alicubi collocatum habeat, quo minus vicini res nouas molliantur. Sumtum a more ciuitatis Athienenfis, in qua ollas in tectis difponere confueuerunt, ad deterrendas vlulas, quarum illic maxima vis. Nam ollarum ftrepitum omne genus auium reformidat. Suidas.

Ferrum et flamma. Cum exitiabile bellum fignificamus, ferro, flammàque rem geri dicimus, fiue ferro ignique. Cicero.

Igni ferroque minari. Qui extremam denuntiant inimicitiam, dicuntur. Venuftius erit, quoties ad animi res transfertur, veluti fi quis dicat philofophos cuipiam igni ferroque minitari, quod in eum parent atrociter fcribere.

Tolle calcar. Αἶρε πλῆκτρον ἀμμυντήριον In Ariftoph. eum dici folitum, qui iam vltionem parat. A gallis metaphora fumta pugnam inituris, quibus ferrei ftimuli quidam alligari folent, quo fe tueantur inter certandum.

Homer. *Qui paratus ad resistendum.* Qui significare volet, se nequaquam detrectare certamen, sed abunde suppetere, quo partes tueatur suas vsurpabit illud ex Iliad. *ν.*

Τῷ μοι δἔρατά ἐςι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι.

Καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες.

Theocr. *Me mihi vacuam abstergas.* Μή μοὶ κενεὰν ἀπομάξῃς. Subaudiendum autem γνάθον, χεῖρα, aut simile quiddam, Apparet esse comminantis, aut timentis alapam.

MIRA NOVA.

Zenod. *Agamemnonei putei.* Ἀγαμεμνόνεια φρέατα. De nouis et admirandis operibus dicebatur. Aiunt etenim Agamemnonem et circa Aulidem, et passim in omni Graecia puteos effodisse, ne per aestum aquarum inopia laborari posset.

Suidas. *Annus clibanum.* Ἄννος κλίβανον. In eos olim dicebatur, qui nouae quippiam rei reperissent. Nam Annus quidam Aegyptius clibanorum vsum, in quibus panes coquerentur, fertur excogitasse. Siquidem prisci pulte polentaque victitabant, cocti panis vsum nescientes.

Idem. *Cyziceni stateres.* Κυζικηνοὶ ςατῆρες. Videtur fore locus prouerbio, cum hominem significamus inaequalem ac sui dissimilem, aut, qui longe aliud agat, quam prae se ferat. Quem ad modum nummi Cyziceni ex vno latere Cybelen ostendebant effeminatam, ex altero leonem.

Cornicum oculos configere. Videtur qui perspicacissimis, oculatissimisque visum adimat, offundatque tenebras: aut quisquis ea, quae antiquitas magno consensu approbauit, damnare ac rescindere, conuellereque conetur: aut nouo invento veterem eruditionem obscurare. Nec absurdum, si dicamus illum oculos cornicum configere,

figere, aut qui tantus ſit artifex, vt non ſolum ſcopum aut auem, verum et ipſos oculos iaculo feriat. Sumtum a cornicum viuacitate aut concordia.

'Απ' ἀκροφυσίων. Prouerbialiter dicebatur, pro eo quod eſt, recens ab officina profectum, perinde quaſi modo productum a follibus, aerariaque fornace, vnde ſumta Metaphora. Ariſtoph.

Glauci ars. Γλαύκου τέχνη. Conuenit vel in opus celeriter abſolutum, vel in id, quod eſt arte ſumma, ſummaque cura elaboratum. Quidam ortum exiſtimant a Glauco quodam Samio, qui primus aeris ferruminationem inuenerit. Alii a Lybico quodam, qui quatuor cymbala fabricatus dicitur certis proportionibus ita inter ſe reſpondentia, vt primi ſpiſſitudo Epitriti rationem haberet ad ſecundum, ad tertium Hemiolii, ad quartum dupli, qua pulſata Muſicam quamdam harmoniam reddebant. Zenod.

Tenui filo. Pro ſtilo ſubtiliori, minuſque grandiloqua oratione: Nam Rhetores tres faciunt orationis χαρακτῆρας: grandem, tenuem, et mediocrem. Sumta metaphora a nentibus, aut certe a textoribus. Horatius: *Tenui deducta poemata filo.* Cui diuerſum erit, *Craſſo filo*, *Craſſiore filo.*

Agas aſellum. Fortaſſe legendum, agaſo aſellum. Atque ita ſenſus erit, vnumquemque facere, quae ſe digna ſint. *Depotant nepotes, decoquit lucro, digladiatur miles, peierat leno.* Plaut.

Magna ciuitas, magna ſolitudo. Quadrabit in vrbes aut domos, agros aut hortos, aut id genus quippiam, amplum quidem et ſpatioſum, ſed parum excultum. Aut in librum ingentem quidem, verum impolitum et illimatum. Strabo tradit Seleuciam ad Tigrim Babylone maiorem fuiſſe, ſed pleraque ſui parte deſertam.

Ad id quod erat opus. Εἰς τὸ δέον. Subaudiendum, inſumſi, aut ſimile quiddam. Natum aiunt Pericl.

siunt ex oratione Periclis. Narrant hunc datis pecuniis impetrasse ab Astyanacte Lacedaemoniorum rege, qui iam bellum parabat, vt ex Attica discederet. Deinde cum esset populo rationem eius pecuniae redditurus, puteretque palam titulum insumtae pecuniae proloqui, tecte significauit, εἰς τὸ δέον, inquiens, Ἀνήλωσα τοσαῦτα τάλαντα εἰς τὸ δέον. *Id est, in vsus necessarios tantum talentorum insumpsi.* Eleganter per iocum torquebitur in eos, qui sic administrarunt pecuniam alienam, vt non possint idoneam rationem reddere.

Cercyraea scutica. Κερκυραία μάστιξ. De re superuacaneo cultu ornata. Quadrabit et in ea, quibus ornatus additur neutiquam decorus et congruus. Cercyraeis, quoniam crebris seditionibus agitabantur, mos erat, gestare flagra ingentia, ansis eburneis exornata. Facit ad hunc locum alibi adductum: *Carcini poemata.*

MIXTA.

Athen. Πεντάπλοα. Athenaeus commemorat poculi genus, quod olim πεντάπλοον dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidam cursu contendebant Athenas. Currebant autem gestantes viteum ramum onustum fructu, qui dicebatur ὄχος, initium cursus erat a templo Bacchi vsque ad templum Palladis, cui cognomen Σκιῤῥάς. Victor in eo certamine capiebat calicem dictum πεντάπλοον, atque ita tripudiabant in chorea. Nomen inditum calici, quod in eo quinque rerum species essent commixtae: vinum, mel, caseus, farina et paullulum olei. Accommodari poterit ad orationem ex variis argumentis consarcinatum.

Copiae cornu. Vide, Bona fortunae.

Centones. Vide adagium: Farcire centones.

MODE-

MODESTIA, MODVSQVE.

Demittere ſeſe ad aliorum mediocritatem. Vbi quis moderatur data opera vires ſuas ad aliorum mediocritatem. Veluti ſi quis praeceptor tradat auditoribus, non quantum ipſe docere poſſet, ſed quantum illi capere, conueniet illud Homeri:

Ἡ δὲ μάλ' ἡνιόχευεν ὅπως ἄμ' ἐποίατο περὶ-
Ἀμφιπολοῖτ' ὀδυσσεύς τε, νέῳ δ' ἐπέβαλλεν ἱμάσθλην.

Noſce te ipſum. Γνῶθι σεαυτόν. In quo modeſtiae mediocritatiſque commendatio eſt, ne nobis vel maiora, vel etiam indigna ſequamur. Iuuenalis: *E coelo deſcendit.* γνῶθι σεαυτόν. Plato.

In ſeſe deſcendere. Eſt ſua ipſius vitia quempiam inſpicere. Tranſlatum a fodinis, vel cellis, in quas qui deſcendunt, quid illic repoſitum ſit, ſciunt. Alluſum ad ſpecus humani cordis, quibus Momus feneſtram adhiberi voluit. Perſius:

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo:
Sed praecedenti ſpectatur mantica tergo.

In tuum ipſius ſinum inſpue. Iubet hominem aliena vitia taxantem, in ſuum ipſius ſinum inſpuere, vt domeſticorum malorum recordatione deſinat arrogantius inſectari vitam alienam. Plinius.

Ter abſtergere. Refert Athenaeus lib. I. priſcos ad depellenda mala ſolitos ter abſtergi. Athen.

Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον.

Secum viuere. Confine eſt cum illo; Tecum habita.

Contrahere vela. Pro eo quod eſt, reprimere ſeſe, et cautius agere. Sumtum eſt a nautis qui vehementius ſpirante vento vela contrahunt, quo tutius nauigent. Vento languidiore pandunt, captantes auram. Cicero.

Porphyr. *Intra tuam pelliculam te contine.* Quo vetamur obliti fortis nostrae maiora conari, quam pro nostra facultate. Id sumtum ab asino illo Cumano, quem apologi fabulantur adaptasse sibi leonis exuviam, atque ita sese ad tempus pro leone gessisse. Martial.

Lusisti, inquit, satis est, sed te, mihi crede, memento.

Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Persius. *Tecum habita.* Id est, Domi tuae viuito, vt intelligas quam tenuis sit fortuna tua. Translatum ab iis, qui in principum familiis agunt et alienis opibus intumescunt; cum domi vix salinum habeant, quod apponant.

Plaut. *Efficimus pro nostris opibus moenia.* Vulgo dicitur hodie: Pusillae auiculae pusillos nidulos construunt. Quadrat in tenui fortuna paruisque facultatibus homines, qui tamen ipsi pro rei modulo viuunt laute.

Plutarch. *Manu serendum non thylaco.* Τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. Modus in omni re seruandus. Ductum ab agricolis, qui cum serunt, non semel effundunt ipso vase, sed manu, rara spargunt semina, vt vniuerso aruo occupando sufficiant.

Terent. *Ita fugias, ne praeter casam.* Donatus ad hunc modum enarrat: Ita fugito, ne tuam casam praetermittas, quae sit tibi tutissimum receptaculum. Quidam enim calore fugiendi etiam ea praetercurrunt, vbi commode poterant quiescere. Quod vnica voce Graeci παραφέρεσθαι vocant.

Menan. *Arabicus tibicen.* Ἀράβιος αὐλητής. In eos dici solitum, qui a semel coeptis nunquam desistunt. Quod vitii Flaccus cantoribus peculiare esse scribit. Adagium hinc natum existimant, quod olim tibiis canendi artem non discebant ingenui, tamquam sordidam, sed hanc sola mancipia

cipia exercebant, quae plerumque ex Arabia producebantur. Deinde ingenuis vſque adeo placere coepit, vt indoctus haberetur, quiſquis huius eſſet rudis, donec Alcbiades tibias abiiceret, oris deformitate conſpecta ad ſpeculum.

Ne vities muſicam. Μὴ κακίζειν τὴν μουσικήν. Plutarch. *Id eſt*, Ne loquaris diſcrepantia, ne noua moliaris. Ita locutum ferunt Emerepen in Phrynidis cantoris organo duas ex nouem incidentem fides, quod ſeptem ſatis eſſe duceret.

Nihil minus expedit, quam agrum optime colere. Plinius. Admonet adagium, modum rerum omnium vtiliſſimum. Bene colere neceſſarium eſt; optime, damnoſum.

Ne quid nimis. Μηδὲν ἄγαν. Homerus Odyſſ. ο. Terent.

Νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ
Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν,
Ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν, ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.

Dimidium plus toto. Πλέον ἥμισυ παντός. [illegible] commendatur aurea mediocritas. Siquid [illegible] qui dimidio contentus eſt, is in medio conſiſtit.

Vbi paueris, impera. Πασσάμενος ἐπίτασσε. *Id eſt*, Praecipito poſtquam ſatiaueris eſca. Ad eum modum reſpondent mulieres cuipiam obiurganti, quod loquaciores eſſent, et ſilentium imperanti. Conueniet vbi quis imperioſior eſt in eos, de quibus nihil eſt meritus.

Domus recta. Seneca domum rectam vulgo vocat, non quidem opulentam et ambitioſam, ſed cui nihil deſit iuſtae ſuppellectilis. Seneca.

Neque Lydorum carycas. Μήτε Λυδῶν καρύκας μήτε μαστίγων ψόφους. Dici ſolitum, quoties mediocrem vitae rationem aut conditionem ſignificarent, quae pariter et a ſummis deliciis, et ab extremis malis abeſſent. Venuſtius erit, ſi ad animi res transferatur, veluti ad orationem, nec Suidas.

omni-

omnino rusticam, nec operosius expolitam, vid. prou. *Lydorum Carycae*.

Theocr. *Neque pessimus neque primus*. Mediocritatem hoc pacto significare licebit ἄτε κάκιστος, ἄτε πρῶτος. Lepidius fiet, si ad ingenii laudem transferatur.

Funem abrumpere nimium tendendo. Ἀποῤῥαγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον. In eos, qui dum extrema experiuntur, alienant a se eos, cum quibus agunt, et vniuersae rei iacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum. *Furor fit laesa saepius patientia*. Huic simile: *Qui nimium emungit fortiter, elicit sanguinem*. Seneca: *Bonus animus laesus grauius multo irascitur*.

Lucian. *Ne supra pedem calceus*. Μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα. *Id est*, Ne maiora viribus suscipias: Aut ne magnificentius te geras, quam pro tua conditione.

Persius. *Messe tenus propria viue*. Sumtum facito pro modo facultatum tuarum. Ab agricolis traductum, qui sumtus annuis agrorum prouentibus metiuntur. Ad eamdem sententiam pertinet: *Tuo te metire pede*.

Plutarch. *Iucundissima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare*. Πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δ' ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος. Recte torquebitur ad eam sententiam, vt dicamus, ita demum esse iucundissimum vnumquodque, si diuersi generis admixtu temperatum adhibeatur, veluti si in lusibus nonnihil eruditionis aspergas, rursum in studiis aliquid ludicrum admisceas.

Aristot. *Iucunda rerum vicissitudo*. Μεταβολὴ πάντων γλυκύ. Varietas enim tantam in omni re vim habet, vt commendatione nouitatis, interdum et pessima pro optimis placeant.

Quinct. *Iniquum petendum, vt aequum feras*. A negotiatoribus ductum videri potest, qui callide merces longe minoris licentur, et multo pluris indicant

dicant, quam pro dignitate, quo pretium saltem aequum accipiant. Iactatur et vulgo verbum huiusmodi. *Qui annititur, vt auream quadrigam sibi comparat, vnam certe rotam assequetur.*

Summum cape, et medium habebis Ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἕξεις. Admonemur ad res summas, et egregias eniti. Sic enim futurum vt ad mediocritatem perueniamus. Inde natum tradit, Aeginitis patria pulsis de quaerenda sede consulentibus oraculum, responsum est hoc aenigmate, atque illos cacumine quodam montis occupato, circa medium incoluisse. Zenod.

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Dicendum vel in duos aliquos diuersis laborantes vitiis, vel in eumdem sui dissimilem, nempe modo loquaciorem quam sat sit, modo impendio taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone seueriorem. Siquidem vt vitio dandum, si quis hircum oleat; ita adeoque vituperandum, si quis oleat vnguenta. Nam pastilli sunt pillulae vnguentariae. Alterum spurci est, alterum mollis. Horat.

Arcus tensus rumpitur. Τόξον μὲν ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενο ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη. Plutarch.

Oportet agrum imbecilliorem esse. Hoc aenigma sic explicuit Virgilius, specie non minus prouerbiali: *Laudato ingentia rura. Exiguum colito.* Ne dubium, quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie. Conueniet in eos, qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Colum.

MOLESTI INTOLERABILES.

Ferire frontem. Qui supra modum et impotenter indignantur, dicuntur.

Lippo oculo similis. Video quosdam his moribus, vt eos aequo animo ferre non queas: rursus ita industrios et ad obsequium expositos, vt quo- Cicero.

quoties ſeſe offert occaſio, non poſſis cauere, quin aliquid illis committas. Lippus oculus manuum contactu laeditur, et tamen naturale eſt nobis illic habere manum, vbi dolet.

Cicero. *Ne beſtiae quidem ferre poſſent.* Prouerbialis hyberbole eſt, apud M. Tullium, qui idem in Catil. his verbis exprimit: *Ne pecudes quidem mihi paſſurae eſſe videantur.*

Tota vlcus eſt. Conueniet in hominem moleſtis moribus. Socrates in Axiocho Platonis ad laudatam agriculturam reſpondet: ἀλλ' οὐχ ὅλη ἕλκος. Id eſt, *an non tota vlcus, ſemper moleſtiarum occaſionem ex ſe gignens.* Caeterum quidquid moleſtum nobis eſt, vlcus, vomicam, et Carcinoma appellamus.

Homer. *Improbitas muſcae.* In improbum et ſubinde redeuntem, etiamſi turpiter repellatur, quadrabit illud Homeri.

Καὶ οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκεν.
Ἥτε καὶ ἐεργομένη, μάλα περ χροὸς ἀνδρομένοιο
Ἰσχανάᾳ δακέειν.

Onus nauis. Ἄχθος νεώς. In inertes et inutiles, confine illi: *Telluris inutile pondus.*

Homer. Eudem. *Quos non tollerent centum Aegyptii.* Οὓς οὐκ ἄραιντ' ἂν οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι. De moleſtis dici ſolitum, ac moribus intolerandis, ſeu faſtu praeturgidis. Inde ductum, quod Aegyptii plerique geſtandis oneribus quaeſtum non ſatis honeſtum factitare conſueuerunt.

Suidas. *Aegyptius laterifer.* Αἰγύπτιος πλινθοφόρος. Quadrare videtur in ſordidum atque infimae ſortis hominem: aut in eum, qui moleſtis negotiis premitur. Admonuimus modo Aegyptios in vulgi fabulam ac riſum abiiſſe, quod aſinorum ritu, vectandis corpore oneribus quaeſtum facerent.

Ad quem laborem hoc exercitatiores illos fuisse coniicio, quod in effodiendis lacunis, limoque exportando, ac lateribus argillaceis, huiusmodi opera potissimum opus erat apud Aegyptios. Argumento est, quod Hebraei, quum apud illos agerent, adacti sunt ludo lateribusque gestandis, seruilem operam praestare Pharaoni. De mulis Marianis alibi reperies.

In culmo arare. Ἐπὶ καλάμης ἀρᾶν. Dicuntur, qui labore numquam intermisso vim mentis exhauriunt: aut qui numquam desinunt ab amicis petere, quod dent. Sumta metaphora a nimium auidis agricolis, qui assidua cultura succum omnem soli exhauriunt, statim a messe novam ingerentes sementem. Suidas.

Qui conturbat omnia. In eum, qui maximas vndique ciet turbas, apte torquebitur illud Homeri. Homer.

Πάσας δ' ἐρόθυνεν ἀέλλας
Παντοίων ἀνέμων.

Anno senior fio. Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam vulgo dicimus. Homerus indicat taedio molestiaque conciliari senium:

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.

Vt fici oculis incumbunt. Ὥσπερ τὰ σῦκα ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔφυ. De iis dicebatur, qui pertinaciter vrgerent, premerentque negotium aliquod. Sumta similitudine a ficis, hoc est, vitio, quod oculis adnascitur, nec facile potest auelli oculo incolumi. Accommodabitur haudquaquam inepte in principes, optimates, et in mendicantes cet. Suidas.

Ἄγουσι καὶ φέρουσι. Pro eo quod est, hostili more populantur, aut vexant. Translatum videtur a more Aristoph.

more militari, quod illic homines et iumenta aguntur, sarcinae feruntur.

Zenod. *Maniuoro vinculo.* Χειροβρῶτι δεσμῷ. Sic quispiam appellauit manicas vestium Ponticarum, quod manus offendant, atterantque.

Plaut. *Athos celat latera Lemniae bouis.* Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός. Vbi quis officit aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obsistit. Tradunt, in Lemno bouis fuisse simulacrum ingens, candido factum lapide. Id Athos mons tametsi longo dissitus interuallo, tamen ob summam celsitudinem, obscurat vmbra sua. Est autem Athos Thraciae mons ingens, adeo vt vmbram iaciat ad stadia trecenta.

Gellius. *Aetna, Athon.* Aetnam et Athonem montes, in molestiae, taediique prouerbium abiisse, Lucilius testatur: *Aetna mons Siciliae, crebris incendiis grauis et perniciosus est accolis.* Vnde M. Tullius dixit, *onus Aetna grauius.* Athon vero, ob ingentem celsitudinem vmbra est molestus, quam in Lemnum vsque trecentis dissitam stadiis mittit.

MVLTI.

Theogn. *Non vna vehit nauis.* Ου μία ναῦς ἄγει. Quo conuenit vti, quoties maiorem hominum multitudinem significamus, quam vt eos vna nauis possit capere. Veluti si dicas: indoctos non vna nauis vehit.

Plato. *Pueri senesque.* Omnes ferme huiusmodi figurae prouerbiales sunt, quae constant ex contrariis. *Maximi minimique: Iuuenesque senesque: Diis atque hominibus: sacra profana: fas nefas: fanda infanda.* Horatius: *Parui properemus et ampli.*

MVNE-

MVNERVM CORRVPTELA.

Argentanginam patitur. Ἀργυράγχην πάσχει. Cum aduersus Milesiorum legatos, qui auxilii petendi causa Athenas venerant, acriter in concione dixisset Demosthenes, obsisteretque, quo minus impetraturi postulata viderentur, causa in diem posterum reiecta, legati Demosthenem ipsum adierunt, magnaque pecuniae summa, ne contra se diceret, redemerunt. Postridie, cum res denuo foret agenda, Demosthenes, multa lana collo circumuoluto in concionem prodiit, fingens sese συνάγχην, id est, anginam pati, eamque rem impedimento esse, quo minus ex more diceret. Tum e populo quispiam, cui simulatio subolebat, exclamabat, eum non συνάγχην, sed ἀργυράγχην pati. Plutarch.

Bos in lingua. Βοῦς ἐπὶ γλώττης. In eos, qui non audent libere, quod sentiunt, dicere. Translatum a robore animantis, quasi linguam opprimens non sinat eam eloqui, vel hinc, quod Atheniensium numisma quondam bouis obtinuit figuram. Itaque qui multae pendendae metu deterriti reticerent, aut qui pecunia corrupti loqui non auderent, bouem in lingua dicebantur habere. Iulius Pollux addit ipsum numisma bouem vulgo vocari solere. Proinde in Deliacis spectaculis, si cui munus dandum erat, praeconem pronunciare solitum, tot boues illi dabuntur. Bovem autem valuisse duabus drachmis atticis; vnde fuisse, qui crederent hoc nomisma Deliorum fuisse proprium, non Atheniensium. At hanc opinionem alio loco refellit, et effert adagium ad hunc modum: Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν. Plinius.

Bouem in faucibus portat. Βοῦν ἐπὶ γνάθου φέρει. In edacem olim dicebatur. Natum vti conicio, vel a Theagene athleta Thasio vel a Milone Crothoniata; quorum alter bouem solidum solus

comedit, alter in Olympiis taurum quadrimum humeris ſuſtulit, ac ſtadii ſpatio geſtauit, eumque eodem die ſolus comedit. Cuius rei meminit Aulus Gellius.

Virgil. *Lupi illum priores viderunt.* In raucum dicitur, et cui vox repente ſit ademta. Feſtiuius dicitur in eos, qui metu alicuius obticeſcunt, alioqui feroces. Seruius refert ineſſe eam vim lupis, vt ſi quem hominem priores viderint, ei vocem adimant.

Diog. *Malis ferire.* Μήλοις βάλλειν. Dicuntur, qui muneribus aſſequi ſtudent, quod optant, aut qui donis prouocant ad amorem mutuum. Ducta eſt allegoria a fabula Atlantae, quam Hippomenes curſu ſuperauit; ſed arte, proiectis inter currendum malis aureis, in quibus ſublegendis, dum puella ſubinde remoratur, praeceſſit ac vicit iuuenis.

Ouid. *Muneribus vel dii capiuntur.* Ouid: *Munera, crede mihi, capiunt homineſque deoſque.*

Placatur donis Iupiter ipſe datis.

Celebratur et hic verſiculus quem etiam vſurpavit Plato:

Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας.

Vnde Seneca: *Omnium eſſe dulciſſimum, accipere.*

Virtutem et ſapientiam vincunt teſtudines. Τὰν ἀρετὰν, καὶ τὰν σοφίαν νικῶντι χελῶναι. Eſt autem aenigma, innuens pecuniam longe plus poſſe, quam aut virtutem aut ſapientiam. Antiquitus enim Peloponneſiorum numiſma χελώνη id eſt, teſtudo dicebatur, propter inſculptam in eo teſtudinis imaginem. Conſimili figura dictum eſt et illud: *Multus noctuas ſub tegulis latere.*

Ariſtoph. *Dorica muſa* Δωρικὴ μοῦσα. De munerum auidis. Ariſtophanes in Equitibus iocatur in Cleontem, quod nullam aliam muſicam diſcere potuit

potuit, quam Doricam. Videlicet alludens ad notissimas harmoniarum species, Doricam, Lydiam, Phrygiam, et Boeoticam. Ludit autem verbo perperam deprauato διρωδοκησί pro δωρισί. Graecis δωροδοκεῖσθαι est muneribus corrumpi, vt in gratiam alicuius dicas sententiam.

Pecuniae obediunt omnia. Apud Ecclesiastem cap. X. Proinde Horatius pecuniam reginam appellat. Eccles.

Scilicet vxorem cum dote, fidemque et amicos,

Et genus et formam regina pecunia donat.

Munerum corruptela. In eum, qui rem auro donisque aggreditur, non infestiuiter torseris illud Homeri: Homer.

Εἵλετο δὲ ῥάβδον τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει

Ὧν ἐθέλει τοὺς δ' αὖτε τε ὑπνιόωντας ἐγείρει.

Quod de virga Mercuriali ab Homero dictum est, quadrabit in munera, quibus expergefiunt iudices, antea ceu dormitantes, et rursum infesti placantur, vt in causa velut obdormiscant, conniueantque.

Muneribus res agitur. Qui dicet non esse locum recte factis et aequis rationibus, sed largitione et assentatione omnem rem peragi, poterit illud Homeri accommodare ex Iliad. I. Idem.

Δώροισιν τ' ἀγανοῖσιν, ἐπέεσσί τε μειλιχίοισι.

Argenteis hastis pugnare. Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι. Dicuntur, qui cum negotium alio pacto confici nequit, muneribus et largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non explicetur. Tullius: *nihil est tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.* Apollo Pythius consulenti Philippo regi quo pacto posset victoria potiri, respondit; *Argenteis pugna telis, atque omnia vinces*, monens, vt largitionibus ad prodi-

tionem quosdam sollicitet, atque ita consecuturum, quae vellet.

Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. Ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς ἐκφεύξεται. Admonet adagium, non nisi magnis praedis iniiciendam manum, vt supersit quo iudicem, si forte sit opus, corrumpant, atque exoculent. Caeterum qui parua tollunt, deprehensi pendent, vtpote quibus nihil sit, quod impertiant praefectis.

Suidas. *Vulpes haud corrumpitur muneribus.* Ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται. De callidis ac versutis, quos haud facile sit obiecto munusculo, aut assentatiuncula pollicitisue fallere. Aues quaedam esca capiuntur, vulpes non item. Verbum autem δωροδοκεῖν sumtum est a concionibus aut iudiciis, in quibus nonnulli pecunia corrupti dicunt sententiam.

Homer. *Corrupta iudicia.* In eos, qui corrupte iudicant, aut suffragium ferunt, non ad rei publ. sed priuatum commodum, aut qui per tyrannidem leges opprimunt, competet illud ex Iliad. π.

Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας.

Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Cicero. *Faba nummus.* Dictum est olim fabis ferri solita suffragia, quod innuisse Pythagoram existimant, cum vetaret edere fabas. Corrupta itaque suffragia lepidissimo tropo significauit M. Tullius, *Sed heus tu, videsne consulatum illum nostrum quem Curio ante ἀποθέωσιν vocabat; si hic factus erit, fabam nummum futurum?* Vbi faba nummus est, ibi redemtum est suffragium.

Idem. *Guttam aspergere.* Cum ex magno lucro paullulum quiddam allicui deciditur, guttam aspergi dicimus. Hinc et *guttatim fieri* dicitur, quod fit paullatim. *Et guttatim donat,* qui saepe, sed minuta largitur.

Sal-

Saluete equorum filiae. Apparet ioco vulgari fuisse iactatum in eos, qui emolumenti gratia blandiuntur. Aristoteles refert, cum in certamine mulorum, is qui vicerat, dixisset exile pretium pro carmine. Simonides recusauit mulos suo celebrare poëmate. Verum vbi victor dedisset magnum proemium, carmen tale fecit: *Saluetote volucri pedum soboles equorum.* Siluit autem quod essent ex asinis quoque nati, et quod honestius erat expressit, equorum filias.

Pecuniosus damnari non potest. M. Tullius ait, *hoc omnium sermone percrebuisse, non, apud Romanos tantum, verum etiam apud exteras nationes, in iudiciis illorum temporum, pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem posse damnari.* Huic affine est: *Romae esse venalia omnia.* Cicero.

MVNVS APTVM, AVT INEPTVM.

Ranis vinum praeministras. Βατράχοις οἰνοχοεῖς. In eum dicebatur, qui id ministraret, quo nihil opus esset ei, cui exhiberetur, veluti si quis apud indoctos multa de philosophia disserat. Ranis nihil opus vino, aqua palustri magis gaudent. Zenod.

Non nostrum onus, bos clitellas. Prouerbium duplici forma poterit efferri: Boui clitellae impositae sunt; vbi mandatum est negotium parum apto: Et Bos clitellas? vt subaudias, ferat. Vbi quis deprecatur prouinciam, cui sit parum idoneus. Neque enim boum est clitellis tergo impositis, onera gestare, sed potius asinorum ac mulorum. Quinctil.

Negotium non aptum. Qui recusat munus aut prouinciam sibi parum accommodam, aut qui negabit arcessere velle sese quempiam ad id muneris, Homer.

neris, ad quod gerendum idoneus non videatur, vſurpabit illud Homeri:

Ἵππους δ' εἰς Ἰθάκην οὐκ ἄξομαι.

Theop. *Ne e quouis ligno fit Mercurius.* Οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου Ἑρμῆς ἂν γένοιτο. *Id eſt*, Non omnium ingenia ſunt accommodata diſciplinis. Sumta eſt allegoria e fabris, qui materiam deligunt. Quidam ſuperſtitioſius exquirunt materiam, vnde numem exſculpant. Quamquam Priapus ille Deus facilis et craſſus, haud grauatur ficulnus eſſe, non tamen liceat in Mercurio Deo tam ingenioſo, totque praedito artibus. Tametſi mihi magis arridet, vt ad magicum Mercurii ſimulacrum referatur, quem non ex quauis materia, ſed certo ligno ſcalpebant, alioqui non futurum idoneum ad magicae artis vſum. Vnde id quoque inter reliqua magici criminis argumenta obiectum fuerat Apuleio, quod Mercurii ſigillum ſcalpendum curaſſet, ligno buxi. Fortaſſis buxus ad id potiſſimum deligebatur, vel quod hominis pallorem prae ſe ferat, vel quod materies ſit omnium maxime aeterna. Nam et aduerſus ignem quoque ferri rigorem obtinet.

Homer. *Officium humilius.* Cum quis recuſat munus tamquam humilius, parumque ſeſe dignum, applicabit illud Homeri ex Odyſſ. P.

Οὐ γὰρ ἐπὶ σταθμοῖσι μένειν ἔτι τηλίκος εἰμί.

Idem. *Apta prouincia.* In eum, qui prouinciam ſuſcipit ſuis aptam viribus, abſtinens a negotio, cui ſit impar, conueniet illud Homeri ex Iliad. π.

Ἕιλετο δ' ἄλκιμα δοῦρα τά οἱ παλάμηφιν ἀρήρει.
Ἔγχος δ' οὐχ ἕλετ' οἶον ἀμύμονος αἰακίδαο.

Diog. *Nauis annoſa haudquaquam nauigabit per mare.* Ναῦς παλαιὰ πόντον οὐχὶ πλώσει. In eos, qui iam ob aetatis imbecillitatem ad res arduas obeundas, ſuſtinendaque pericula parum ſunt idonei, ac primum

mum ipſi pereunt, oppreſſi negotiorum magnitudine, et in diſcrimen adducuntur, quorum res agitur.

Putre ſalſamentum amat origanum. Σαπρὸς τάριχος τὴν ὀρίγανον φιλεῖ. Apte dicetur de re per ſe parum honeſta aut iucunda atque ob id exoticis condimentis et honeſtamentis egente. Veritas per ſe placet honeſta per ſe decent. Falſa fucis turpia phaleris indigent. Athen.

Ad pedem. Περὶ πόδα. Quod appoſitum et vehementer accommodatum eſt, id περὶ πόδα dicebatur, ſumta metaphora a calceamentis, probe ad pedis menſuram quadrantibus. Plato.

Iuxta nauem. Κατὰ ναῦν. Dicuntur quae digeſta ſunt ordine, quaeque quadrant ac congruvnt, propterea quod inſtrumenta nauium ſuo quaeque loco reponi ſoleant. Item, *Iuxta nauem carbaſa:* Neque enim omni nauigio quaeuis vela congruunt.

Pygmaeorum acrothinia coloſſo adaptare. Ἀκροθίνια τῶν πυγμαίων κολοσσῷ ἐφαρμόζειν. Dicebantur, qui inanem ac ſtultam ſumerent operam aut qui praeter decorum minima maximis adaptarent. Coloſſi vaſtae ac magnae ſtatuae dicuntur. Porro acrothinia Graecis primitiae dicuntur; quod hae ſoleant e ſummo aceruo tolli, ἄκρον ſummum et θῖνας frumentorum acerui. Pygmaeorum qui longiſſimi ſunt, duos pedes et quadrantem non excedunt. Philoſtr.

Veneri ſuem immolauit. Ἀφροδίτῃ ὗν τέθυκεν. Dici ſolitum, vbi quis munus offert minime gratum. Inuiſus enim Veneri ſus, propter Adonidem illius amaſium apri dente peremtum. Aut contra, cum quis alium in gratiam alterius laedit.

Bos ſub iugum. Βοῦς ἐπὶ ζυγόν. Vbi quis aſſidue laborat, aut ſi quis ſe laborioſo inuoluit negotio. Ductum a bubus agricolis.

Cicero. *A Deo ficti.* Qui vehementer ad aliquid natura compositi sunt, hos prouerbiali sermone ad hoc natos, factos, sculptosque dicimus.

MVNVS BONI CONSVLENDVM.

Phorn. *Munerum animus optimus.* Ξενίων δέ τε θυμὸς ἄριστος. Hemistichium heroicum prouerbiale, quo significatur, in amicorum muneribus non esse spectandum rei missae pretium, sed mittentis potius animum. Et quidam monet, exiguum munus a tenui missum amico, perinde vt maximum boni consulere.

Homer. *Nihil recusandum, quod donatur.* Si quando dices nullum esse recusandum munus, quodcumque offertur, aut arripiendum esse quoties obtigerit alicuius occasio commoditatis, conueniet illud Homeri ex Odyss. σ.

Ου γὰρ καλὸν ἀνήνασθαι δόσιν ἐστί.

Strabo. *Donum quodcumque aliquis dat, proba.* Δῶρον δ' ὅτι δῷ τις, ἐπαίνει. Prouerbium admonet, boni consulendum esse munus, aut officium, consiliumue, quod offertur ab amico.

Arripienda quae offeruntur. Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον. Quem torquere licebit in tutores, qui rem nacti pupillorum manus iniiciunt, interque se partiti sibi vindicant, aut in simile hominum genus inuadentium et inuolantium aliena.

Equi dentes inspicere donati. Cum significabimus aequi bonique consulendum, qualecumque est quod non emitur, sed gratis donatur. Incivile est inspicere equi donatitii dentes, veluti aetatis certissima indicia.

MVNVS

MVNVS NON MVNVS.

Cyclopis donum. Κύκλωπος δωρεά. Pro eo quod est, munus inutile. Cuiusmodi sunt ferme tyrannorum et latronum beneficia, qui solent hoc ipsum magni beneficii loco imputare, quod aut minus, aut serius noceant. Natum a Polyphemo, cui saepius vinum dulce dederat Vlysses, spe muneris amplioris, quod promiserat ille. Lucian.

Hostium munera, non munera. Priscorum superstitio credidit obseruanda vel maxime munera, a quibus, et quo animo mitterentur. Quae dantur ab iis, qui nobis male cupiunt, exitio saepe fuisse constat.

Οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετε δῶρα.
Ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρα.

Euripid.

Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς, δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

Adfinia sunt: *Mali viri munera inutilia: Pauper diuiti dans petit.*

Malum munus. Κακόν γε δῶρον ἴσον ἐστι ζημία. Plutarch.
Nocet non iuuat, qui largitur noxia.

Cum Delphis sacrificauerit, ipse carnes absumit. Δελφοῖσι θύσας αὐτὸς ὀψωνεῖ κρέας. Dici solitum de iis, qui vocatis conuiuis ipsi cibos appositos deuorant, vt illis spectare tantum liceat, non vesci. In Delphicis enim sacris, is qui immolarat victimam, ea vescebatur. Contra fiebat his sacris, quae Hecatae inferebantur. Ex quibus nihil redibat ad eum, qui offerebat praeter fumum et tumultum; quamquam et in diuersum sensum accipi potest, vt intelligamus delphicum sacerdotem nihil impertire de victima ei, qui victimam dedit. Ita fit aliquoties, vt edax conuiua, seu pluribus adductis edacibus vmbris, velut har-

harpyis, coenam omnem deuoret, esuriente qui vocauit. Adagium torqueri potest etiam ad illos, qui beneficio, quod alii dedisse videntur, ipsi fruuntur. Vt episcopi nonnulli, nepotibus suis sacerdotia magnifica donant nonnunquam, sed ad pueros solus titulus redit, ad Episcopos prouentus.

MVTANDAE SENTENTIAE.

Plato. *Palinodiam canere.* Παλινῳδεῖν. Est diuersum ab his, qui prius dixeris, dicere, atque in contrarium vertere sententiam. Sonat autem Graece παλινῳδία, quasi dicas recantationem. Translatum a Stesichori, lyrici poetae facto. Is cum Helenam carmine vituperasset, oculis orbatus est. Intelligens autem Achille Helenae iussu nunciante caecitatis suae caussam, protinus palinodiam cecinit, Helenamque prius vituperatam laudauit, itaque visum recepit.

Cicero. *Calculum reducere.* Est mutare factum cuius te poeniteat, aut vertere consilium rei non satis commode institutae. Translatum apparet, aut a ratiocinantibus, aut quod est vero propius, a ludo laterunculario. *Ad calculos reuerti*, est redire ad rationem.

Horat. *Vertere vela. Funem reducere.* Est in diuersum mutare sententiam Persius: *Quae dederam supra repeto, funemque reduco.* Horatius: *Nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus Cogor relictos.* Translatum a nauigantibus, qui cursus errorem versis velis corrigunt.

Homer. *Consilium in melius commutandum.* Si quando iubebimus mutare consilium, vtpote foedum ac stultum: aut reprehendemus quippiam, vt inconsulte factum, vsui fuerit illud Homeri.

Τὶς

Τίς τοίνυν θεῶν νηκερδέα βουλὴν
Ἐν στήθεσσιν ἔθηκε καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς.

Imitabor Nepam. Dicitur, qui retrocedit. Nam Nepa, auctore Fest. Pom. Afrorum sydus apellatur cancer, vel vt quidam putant scorpius. Plaut.

Reprehensio cogitationis. Cum ipse reprehendimus animi nostri consilium, aut cogitationem parum honestam, aut parum vtilem, locus fuerit huic Homer. versiculo ex Iliad. γ. Homer.

Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός.

Talum reponere. Τὸν πεττὸν ἀναθέσθαι. Dicebantur, qui quod parum ex sententia euenerat, curis, vt aiunt, posterioribus corrigebant.

MVTATI INSTITVTI.

Nuces relinquere. Est omissis studiis ac nugis puerilibus, ad grauiora magisque seria conuerti. Persius: *Et nucibus facimus quaecumque relictis. Cum sapimus patruos.* Translata metaphora vel a vetusta nuptiarum ceremonia, in quibus sponsus vxorem ducens nuces spargebat, vtpote iam pueritiae renuncians; vel a puerorum lusibus, qui nucibus peraguntur. Ad hanc prouerbii formam pertinebunt et reliquae illae figurae: *Numquam a nucibus recedere. Redire ad nuces, Nuces abiicere, Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces repetere;* atque id genus alia. Persius.

Longum valere iussit. Μακρὰν χαίρειν φράσας ταῖς ἐνταῦθα τιμαῖς. Ea figura quoties ad rem, non ad hominem refertur, haud dubie prouerbialis est. Rem igitur, a qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum valere iubere. Sumta metaphora ab iis, qui discedunt diutius abfuturi, seu numquam redituri. Lucian.

Ru-

Rudentes et remos cum armis commutauit. Νῆας καὶ κώπεας ἀνθ' ὅπλων ἠλλάξαντο. Conueniet, vbi quis artem et quaestum solitum relinquit, gloriae cupiditate commotus: velut si quis e nauta fieret miles, e negotiatore sacerdos.

Plutarch. *Pro eleganti medico malus poeta.* Ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖ. In eum dici solitum, qui non contentus artis suae professione, in qua locum mediocrem obtinebat, pergit aliena profiteri, in quibus non perinde sit exercitatus, nec parem proinde gloriam reportaturus. Periander quispiam non incelebri fama medicus, et eius artis vel cum primis doctus ad poëtices studium deflexit et ineptos quosdam versiculos scribere coepit. Hinc vulgaris iocus increbuit.

De calcaria in carbonariam. Quoties fit, vt a re proposita ad aliud quippiam longe diuersum digrediamur, de calcaria in carbonariam decurrere dicimur: siue cum ex vno malo in aliud diuersum incidimus.

Plutarch. *De toga ad pallium.* Haec nimirum indignitas erit, a toga ad pallium: Cuius duplex erit vsus: vel cum ad diuersum vitae genus sese contulerit aliquis, vel cum a fortuna honestiore ad humiliorem: veluti si quis ex aulico fiat monachus, aut e Praefecto paedagogus, e Consule rhetor. Confine illi: *Ab equis ad asinos.*

Suidas. *A Dorio ad Phrygium.* Ἀπὸ Δωρίου ἐπὶ Φρύγιον. Vbi quis a temperatiore vita ad luxum conuertitur, aut a fortuna mediocri ad maiorem vitae strepitum. Metaphora sumta a notissimis harmoniarum veterum generibus, in quibus Dorium moderatius, et delicatius, Phrygium seuerius. Apuleius palam indicat: Doricam musicam multo diuersissimam a Phrygia fuisse. Quandoquidem haec ad religionem commouebat animum: illa ad bellum inflammabat.

Mari-

Maritimus cum sis, ne velis fieri terrestris. Θαλάττιος δ' ὤν, μήποτε χερσαῖος γίνε. Admonet non mutandam conditionem, ne in melius quidem. Mutuo sumtum ex Apologo quodam Aesopico. Cancer quidam relicto mari, coepit in agro quodam pasci, vbi forte conspectus a vulpe, protinus arreptus ac deuoratus est. Itaque periturus sero deplorauit stultitiam suam, quod marini generis cum esset, ad terrestrium animantium partes desciscere voluerit. Aesop.

Subito alius. In hominem repente mutatum, quique subito alius factus esse videatur, torquebitur illud Homer. ex Iliad. π. Homer.

Ἀλλοῖός μοι ξεῖν' ἐφάνης νέον ἠὲ πάροιθεν.

Congruit huic illud Theocriti:

Ἀρά τις ἐξαπίνας με θεὸς βροτὸν ἄλλον ἔτευξεν.

Vlysses pannos exuit. Plutarchus hunc Homericum versum vsurpauit ex Odysseae X. Idem.

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς.

Accommodare licebit iis, qui genere vitae subito commutato e pauperibus diuites, e squalidis nitidi, e tristibus hilares existunt. Plutarchus torquet in adulatorem qui Polypi more omnium studiis sese accommodat. Nam Vlysses apud Phaeaces simul atque pannos, in quibus mendicum apud procos egerat, exutus, magnificis vestibus ornatus esset, repente visus est alius.

Sui dissimilis. In sui dissimilem quadrabit illud Hom. ex Odyss. N. Homer.

Σὲ γὰρ αὐτὴν πάντα ἐΐσκεις.

Ad bonam frugem. Qui commutatis ad meliora studia moribus resipiscunt, prouerbio dicebantur ad meliorem frugem sese recipere. Ab agris, qui cultu redduntur frugiferi. Cicero.

Qui multum obfuit. Vide infortunii.

Cir-

Cicero. *Circeo poculo.* De homine ſubito in alium mutato, ſermone prouerbiali vſus eſt, Cicero. Circes virga mentem adimit ac reddit, pecudes facit et homines. Vid. prouerb. *Ex eodem ore et calidum et frigidum.*

NECESSITAS.

Carch. *Neceſſitas Magiſtra.* Suidas ex Carchedonio citat hoc prouerbium:

Χρεία διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφόν.

Neceſſitas excitat ingenium ad diſcendas artes.

Homer. *Ineuitabile fatum.* Quod homini fatis decretum eſt, id eueniet. In hanc ſententiam Homer. Odyſſ. H.

Ἔνθα δ' ἔπειτα,
Πείσεται, ὅσσα οἱ αἶσα κατακλῶθές τε βαρεῖαι
Γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Idem. *Nemo cogendus officii cauſa.* Nullus hoſpes retinendus aduerſus animi ſententiam et inuitus. Nemo cogendus, vt cuiuſquam vtatur beneficio, ſi nolit.

Idem. *Fatum immutabile.* Diuina decreta non commutantur; humanae leges pro tempore variantur, et mores et voluntates.

Idem. *Fatis adactus.* In eum, qui non ſponte, ſed, caſu, veluti fatis impellentibus, in aliquod vitae genus incidit, congruit illud Homeri ex Odyſſ. E.

Τὸν δ' ἄρα δεῦρ' ἄνεμός τε φέρων καὶ κῦμα πέλασσε.

Fatis imputandum. Quando hominem quempiam culpa liberamus, eamque vel in fatum vel fortunam reiicimus, vſurpare licet illud Homer. ex Iliad. γ.

Οὔτι

Οὔτοι μοὶ αἰτίη ἔσσι θεοὶ νύ μοὶ αἴτιοί εἰσιν.

Diomedea necessitas. Διομήδειος ἀνάγκη. De iis, qui vi adacti, non ſponte quid faciunt. Quidam originem adagii referunt ad Thracium illum Diomedem, qui ſolitus fertur, hoſpites ſuos compellere, vt cum filiabus ſuis deformiſſimis rem haberent, quo facto eoſdem interimebat. Hinc fabula Diomedis equas homines pabuli vice eſitare ſolitos, videlicet filias a viris agitatas equas apellans. Alii referunt ad Diomedem ducem Graecorum huiuſmodi commentum adferentes, cum Diomedes et Vlyſſes communi opera, ſublato Palladio redirent noctu. Vlyſſes quo facti gloriam in ſe vnum transferret, deſtinabat occidere Diomedem praecedentem ac Palladium ſecum portantem. Itaque cum enſem in caput illius a tergo vibraſſet, Diomedes animaduerſa ad lunae lumen gladii vmbra, ſubtraxit ſe plagae correptumque Vlyſſem, vinctis manibus praecedere compulit, gladio lato ſubinde caedens illius tergum. Plato.

Ingens telum neceſſitas. De re ineuitabili. Vnde et certa dicuntur tela, conſilia, quae numquam fallunt

Feras, non culpes, quod vitari non poteſt. Quibus verbis admonemur, vt mala fatalia, quae nulla ratione poſſunt neque declinari neque propelli, ſaltem animi aequitate leniantur. Huc pertinet et illud ſcitum Varronis dictum: *Vxoris vitium aut tollendum eſſe, aut ferendum.* Gellius.

Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt. Agathon. Μόνα γὰρ αὐτῶ καὶ θεὸς στερίσκεται. Terent.

Ἀγένητα ποιεῖν, ὅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Tranſuerſum agere. Tranſuerſus agi dicitur, qui vi et impetu quodam ab inſtituto deflectitur. Ductum a nauigantibus, qui ſecundo vento re- Macrob.

cto

cto cursu, feruntur, cursu aduerso transuersim aguntur.

Vocatus atque non vocatus Deus aderit. Oraculum olim Lacedaemoniis redditum, abiit in prouerbium.

Καλέμενός τε κἄκλητος θεὸς πάρεςαι.

Vsus erit, vbi quid significabimus etiam non arcessitum, neque curatum, tamen euenturum, velimus nolimus: puta senectutem, mortem, malefactorum poenam.

Homer. *Ne Dii quidem a morte liberant.* Nemo tam carus superis, vt illorum fauore mortem euitarit. Huic sententiae suffragabitur Homericum testimonium Odyss. γ.

Ἀλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίιον ὐδὲ θεοίπερ,
Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνα ται ἀλαλκέμεν, ὁππότε κεν δή,
Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο.

Idem. *Mors omnibus communis.* Qui dicet omnibus ex aequo moriendum, nec vllis viribus arceri fati necessitatem, dicet illud Homer. ex Iliad. ς.

Οὐδὲ γὰρ ὐδὲ βίη ἡρακλῆος φύγε κῆρα.

Omnia esculenta obsessis. Ἅπαντα τὰ τοῖς βρωτὰ πολιορκεμένοις. Senarius prouerbialis: quum vrget necessitas, nihil non facimus. Et vehementer famelicis nullus non suauis est cibus. Natum ab vrbium obsidionibus.

Suidas. *Lepori esurienti etiam placentae fici.* Λαγῷ πεινῶντι καὶ πλακῦντες εἰς σῦκα. Suidas tradit dictum de iis, qui cum compulsi necessitate, res etiam pretiosissimas absumunt. Fortassis natum ab huiusmodi quapiam fabula, qualem de se narrat Apuleius, quod adactus fame, placentas primum lambere, deinde etiam comesse didicerit.

Viro

Viro esurienti necesse est furari. Πεινῶντι κλέπτειν ἐς ἀναγκαίως ἔχων. *Id est*, Famelicus vir esse furax cogitur. Quod congruit in eos, qui extrema adacti necessitate quid faciunt. Aut si quis auidus gloriae, aliena pro suis edat, quum ipse de suo nihil possit egregium edere. Suidas.

Adactum iusiurandum. Ἐπακτὸς ὅρκος. Dicebatur, vel quod non vernaculum esset, sed peregrinum, et aliunde ascitum: vt indicat Zenodotus, vel quod non spontaneum, sed adactum vi. Sunt enim tria iurisiurandi genera, vnum ἑκώμοτον, alterum κατώμοτον, tertium ἐπακτὸν vocant. Zenod.

Volentem bouem ducito. Τὸν θέλοντα βοῦν ἔλαυνε. Vtere illorum opera, qui ex animo faciunt. Stultitia est, venatum ducere inuitos canes.

Officium ne collocaueris in inuitum. Instar iniuriae fuerit, si quis officium collocet in inuitum. In eam sententiam Homerus Odyss. E.

> Ἶσον δὴ κακόν ἐσθ' ὅς γ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι,
> Ξεῖνον ἐποτρύνῃ, καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκῃ,
> Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Nemo cogendus amicus. Quum innues aliquem non esse ad negotium arcessendum praeter animi sententiam, aut non esse collocandum officium in eum, qui nec agnoscat nec accipiat libenter, accommodum fuerit illud Hom. Idem.

> Ἦν ἐθέλῃσιν, ἀνάγκῃ δ' οὔτι μιν ἄξω.

Necessitas molesta. Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμα ἀνιαρὸν ἔφυ. Quod ostendit esse molesta, quae secundum naturam non sunt. Optimis non assuescimus, nisi initio adhibeatur vis aliqua: sed quod prius erat violentum ac molestum, consuetudine fit leue et iucundum. Aristot.

Vadimonium deserere. Olim et turpe erat et damnosum, vadimonium deserere. Nec excusaba-

sabatur vadimonii promissor, nisi ob causas egregie graues.

Naenius. *Sontica causa.* Naenius sonticam causam appellat admodum grauem. Translatum a duodecim tabulis, quae sonticum morbum apellant non vulgarem, sed tam molestum, vt reus non cogatur apud iudices comparere.

NOBILITAS, OBSCVRITAS.

Generosior Codro. Εὐγενέστερος Κόδρου. Per ironiam recte dicetur in istos, qui maiorum fumosis imaginibus et natalium antiquitate gloriantur. Codrus Melanthi filius, qui singulari in patriam pietate praecipue nobilis. Nam cum Atticis bellum esset aduersus Dores, proditumque esset oraculo, victoriam penes Atheniensem populum futuram, si rex illorum ab hostibus fuisset occisus, Codrus patriae gloriam sua incolumitate cariorem habens, ignota specie hostem prouocavit et interemtus est.

Generosior Sparta. Ἐλευθερώτερος Σπάρτης. Dicebatur excellenti animo, minimeque timidus, aut humilis. Spartanis enim olim indoles aderat generosa, et ingenium omnis impatiens seruitutis, ac velut imperio natum, vnde nec moenibus vrbem cingebant, legibus ita iubentibus, abunde munitam arbitrantes fortibus viris. Foedissimum autem existimabant quemquam e pugna redire, nisi victorem, nec tyrannidem in suam rempublicam admittebant, sed aequa libertate parebant legibus.

Subdititius es. Ὑποβολιμαῖος εἶ. Subditirii siue submissitii vocantur partus adsimulati. Inde transfertur in hominem fictum, et per dolum ab aliquo quopiam allegatum subornatumque.

Synesius. *Ne patris quidem nomen dicere possit.* Quadrabit in vehementer obscuros et spurios, incer-

certoque patre natos. Quod genus est illud Iuvenalis:

Quorum nemo queat patriam monstrare parentis. Vnde Plutarchus existimat spurios dictos nothos, quod duabus his litteris praenotari soleant S. P. hisque significari, sine patre.

Terrae filius. Olim homines obscuro, ignotoque genere prognati, terrae filii dicebantur, propterea quod terra sit omnium communis parens, vel primitus mortales e terra nascebantur. Tertul.

Matris vt capra dicitur. Τῆς μητρὸς ὡς αἲξ καλεῖται. In spurios dictum videtur, quorum pater incertus est, eaque gratia a matre denominantur. Ductum ab hoedis, qui in caprilibus a matre dignoscuntur: nam a patribus haudquaquam possis. Manet etiam hodie iocus, quo dicunt sapientem esse filium, qui patrem suum norit.

Lychnobii. Apparet λυχνοβίους prouerbiali ioco dictos, qui lucernariam vitam ducerent, vt torqueri possit vel in nocturnum potorem, vel hominem supra modum studiosum, qui quem ad modum dictum de Demosthene, plus absumat olei, quam vini: Vel in sordidum et parcum, quasi de lucernario oleo victitantem. Seneca.

Virtus gloriam parit. Sentit benefactis potius, quam opibus parari veram gloriam.

Quanta vix caelo capi possint. Hac hyperbole M. Tullius famae celebritatem expressit. Idem *In caelum laudibus ferre.* Ita Virgil. *Vltra sidera notus.* Et Horat. *Sublimi feriam vertice sidera.* Cicero.

Auis ex auibus. Ὄρνις ἐν τῶν ὀρνίθων. Prouerbii forma dictus est Aristophani per ironiam vir nobilis, quasi bonus ex bonis prognatus. Aristoph.

Cymbalum mundi. De homine celebrati nominis. Appion Grammaticus dicebat eos a se immortalitate donari, ad quos aliqua componebat. Huc alludens Tiberius Caesar illum cymbalum mundi appellabat, quod hominem honesta fama Plinius.

donaret, quae per vniuersum mundum amabiliter resonaret.

Dem. Διακωδωνίζειν. Demosthenes dixit pro explorare atque examinare. Sumtum inde, quod equi tintinnabulo explorari soleant, an tubarum et armorum strepitum sint laturi.

Cicero. *Domi nobilis.* Qui non opibus tantum aut potentia clarus, sed ex nobilibus nobilis prognatus est. Hunc Cicero subinde domi nobilem vocat.

E domo in domum. Οἴκοθεν οἴκαδε. Hac sermonis forma significamus aliquem propriis virtutibus quippiam egregiae laudis peperisse suae domui patriaeue.

Fumosae imagines. In eos dicebatur, qui iactarent peruetustam generis nobilitatem. Iuuenalis *veteres ceras* appellat.

Iouis germen. Ἐκ Διὸς ἔρνος. Dicebatur insigni virtute praeditus.

NON SOLVS ILLE.

Plutarch. *Brasidas quidem vir bonus, sed Lacedaemon multos habet praestantiores.* Βρασίδας μὲν ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὁ δὲ Λακεδαίμων πολλὰς ἔχει κρείσσονας. Aduersus eos, qui se non modo primos, verum etiam solos existimant.

Festus Pomp. *Multi Mannii Ariciae.* Mannius apud Festum Pompeium, Dianae Aricinae lucum, qui et ipse Aricinus dictus est, consecrasse legitur. Ex hoc Mannio Aricio viro laudatissimo, quamplurimi exstiterunt viri item clarissimi eodem nomine, et hinc natum prouerbium.

Multi bonique. Πολλοὶ κἀγαθοί. Translatum a ritu sacrorum, in quibus sacrificus rem diuinam facturus dicebat: Τίς τῇδε; Deinde qui aderant, respondebant, πολλοὶ κἀγαθοί. Atque haec partim ominis causa dicebantur: oportebat enim in sacris εὐφημεῖν, *hoc est, bene omina-*

ta dicere: partim, vt ſi quis eſſet ſibi conſcius admiſſi piaculi, diſcederet a myſteriis. Prouerbium igitur locum habuerit, quoties aut teſtes, aut iudices, aut conuictores ſignificamus idoneos, aut neutiquam reiiciendos.

NOTVS.

Hoc iam et vates ſciunt. Apte torquebitur iocus in rem tandem compertam, quae diu feſellerat.

In ore atque in oculis. Quae propalam fiunt, in ore atque oculis omnium fieri dicuntur. Cicero.

Rumor publicus non omnino fruſtra eſt.

Heſiodus:

Φήμη δ' ἄτοι πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα λαοὶ
Πολλοὶ φημίζωσιν.

Domeſtice notus. Lucianus: Ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ καὶ οἴκοθέν σε ἀκριβῶς εἰδότι. Id erit venuſtius, ſi ad res animi traducatur, vt ſi quis dicat artem Rhetoricam οἴκοθεν alicui notam. Lucian.

Intus et in cute notus. Eſt omnibus modis cognitus, perinde quaſi dicas foris atque intus notus. Perſius: Perſius.

Ad populum phaleras, ego te intus et in cute noui. *Id eſt:* Aliis fucum facito, mihi plane notus es, neque potes impoſturam facere, et ſummam cutem primam illam rei quaſi frontem ac ſpeciem notamus. Plautus: *Hunc penitus et domi inſpexi.*

Principes inter ſe noti. Qui dicet mutuam principum, aut eruditorum inter ipſos eſſe notitiam, vſurpare poterit illud Homeri: Homer.

Οὐ γάρ τ' ἀγνῶτες γε θεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται,
Ἀθάνατοι, οὐδ' εἴ τις ἀπόπροθι δώματα ναίει.

Torqueri poterit in ſatrapas iſtos, qui tametſi belligerari videntur, tamen ipſi clanculum inter

ſe colludunt, hoc tantum agentes, vt ſuam vterque plebem exhauriat, et imminuta reipublicae auctoritate, ſuam conſtabiliant tyrannidem.

NOVITAS.

In folle offerre. Pro eo quod eſt, inexplorate, inexplicate et confuſe, ſicut qui ſyngraphas et pecuniam ſaeculo incluſas offert.

Plutarch. *Aliud genus remi.* Ἄλλο γένος κώπης. Dicebatur olim, vbi quiſpiam res nouas, et antea non viſas induceret, aut vbi quis verſis moribus priſtinis, nouum et inuſitatum vitae genus inſtitueret. Hercules cum ad boues Erythraeas nauigaret leonis exuuio carbaſi vice, claua mali loco, pro rudentibus pharetrae loris; pro remo arcu, pro nauigio lebete fuit vſus. Hoc nauigandi genus cum vidiſſent accolae, clamabant, ἄλλο γένος κώπης.

Plaut. *Graeca nouitas.* Quando dices nuperrima quaeque vulgo maxime placere, non intempeſtiuum erit illud Homeri ex Odyſſ. α.

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Qui modus equitum? Τίς τρόπος ἵππων. Vbi quis nouam ac peregrinam induceret conſuetudinem: veluti ſi quis Italus Gallicis veſtibus vteretur. Dictum videtur de hoſpitibus, nouo quadrigarum genere inuectis.

NVGALIA.

Suidas. Κρουνοχυτρολήραιον. Hominem ſtulte nugacem Graeci vocabant κρουνοχυτρολήραιον voce ridicule compoſita a κρουνός, qua proprie dicitur aqua impetu ſcatens et χύτρα olla, et ληρεῖν, quod eſt nugari. Ollas autem ſtupidos vocamus. Refertur

tur a Suida, et videtur e comoedia quippiam sumtum.

Nugae theatri. Plautus nugas theatri appellat quotidiana conuitia quae in meretrices, lenones et parasitos iaciebantur a comoediarum actoribus. Quin etiam totum hoc, quod in comoediis agitur, nugae theatri dici poterunt. Veluti *iuuenes amare, senes obiurgare, seruos heris imponere, lenas sitire,* cet. Plaut.

N V M Q V A M.

Cum Nibas coccissauerit. Ὅταν Νίβας κοκκύσῃ. Similimum illi, ad Graecas Calendas. Tradunt in Thessalonica Macedoniae ciuitate vicum esse, cui nomen Nibas, vbi galli numquam vocem edant.

Ad Graecas Calendas. Pro numquam. Propterea quod Graeci non habent Calendas, more Latinorum, sed νουμηνίας, *Id est*, nouilunia. Atque ad lunae recursus Graeci soluebant vsuras. Cum aliquos nunquam soluturos significare velis, ad Graecas Calendas soluturos ais. August.

Cum mula pepererit. Quoties significamus aliquid numquam futurum, aut adeo raro solere accidere ἐπειὰν ἡμίονοι τέκωσι, *Id est*, *cum mulae pepererint*; dicimus. De sterilitate mularum scribit. Plinius. Obseruatum est e diuersis duobus generibus nata, tertii generis fieri, et neutri parentum esse similia, eaque ipsa, quae ita nata sunt, non gignere in omni animalium genere, idcirco mulas non parere. Huius rei causam adfert Alexander Aphrodiseus, quod femina natura et habitu diuersa, si commisceantur, tertium quiddam ab vtroque diuersum conficiunt, vimque simplicium prorsus amittunt. Ortum videri potest ex eo, quod refert Herodotus. Cum Babyloniorum vrbs obsideretur a Dario, quidam Babylonius

bitur, quid responsi tulerit. Allusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt Poëtae.

Vulcanus tibi vaticinatus est. Ἀφθάς σοι λελάληκεν. Suspicor dictum, vbi quis crederet se habere rem certam velut ex oraculo auditam. φθὰς apud memphiticos Vulcanus dicitur. Suidas.

Siren amicum nunciat, apis hospitem. Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξένον δὲ μέλισσα. Quoties complures eadem de re bene ominantur, aut vbi suae quisque spei blandiens, ex quamlibet leuibus argumentis diuinat futurum, quod optat. Nam Siren hoc in loco insecti genus est, api non dissimile. Idem.

N V P E R A.

Heri et nudius tertius. Χθὲς καὶ πρώην. Prouerbialis hyperbole tempus admodum nuper actum significans. Plato.

N V S Q V A M.

Vbi cerui cornua abiiciunt. Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. Cerui cornua deposituri, secedunt in loca aspera et inaccessa. Quadrabit, vbi locum vehementer abditum, abstrusumque significabimus. Postremo quod innuemus nusquam inueniri, illic esse dicemus, vbi cerui cornua abiiciunt. Plinius scribit. Cornua mares habent, solique animalium omnibus annis, statuto veris tempore, amittunt. Ideo sub ipsam diem quam maxime inuia petunt. Latent amissis velut inermes, sed et ipsi bono suo inuidentes. Dextrum cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo praeditum. Idque mirabilius fatendum est, cum et in viuariis mutent omnibus annis, defodi ab iis putant. Aristot.

Pindar. *Nec apud homines, nec in mari.* Prouerbiali schemate dictum est a Pindaro. Ἀχίλλωος δ' ἀρετὰν οὔτ' παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις τίμιαι. Pro eo quod erat nusquam: quasi dicas, neque terra, neque mari. Ipsa autem sententia conuenit cum illo Hesiodi decantatissimo:

Virtutem posuere Dii sudore parandam. Nemo magnam laudem parauit absque periculo.

Steph. *In Aphannis.* Ἐς ἀφάννας. Stephanus tradit, Aphannas locum quempiam fuisse Siciliae, vehementer obscurum et ignobilem, vnde et nomen adductum apparet. Hinc natum prouerbium: *Aut in Aphannis*, de incertis et quae nusquam sunt. Zenodotus ait natum ex huiusmodi casu. Sybaritae quondam oraculum adeuntes, orabant, vt sibi victoriam aduersus Crotoniatas concederet, idque Crotoniatis ipsis praesentibus. Quidam autem Crotoniatarum per iocum respondit ad hunc modum: Istam quidem consequimini in Aphannis. Sybarita credens id a deo responsum, admiratus est, quid sibi vellet hoc verbum Aphannae. Prouerbium ait quadrare in eos, qui se putant inuictos et nulli tolerandos esse

OBLIVIO.

Obliuionis campus. Λήθης πεδίον. Dicetur vel de vehementer obliuiosis, vel de rebus commentitiis ac friuolis, quae nusquam sunt.

Hieron. *Proprii nominis obliuisci.* In hominem vehementer obliuiosum, Ouidius:

Nominis ante mei veniet obliuia nobis.

Homer. *Malorum obliuio.* Qui deprecabitur omen aliquod parum faustum, aut qui iubebit obliterari memoriam malorum, vsurpabit illud Homeri ex Iliad. δ.

Τὰ δὲ πάντα θεοὶ μεταμώλια θεῖεν.

Ne-

Ne malorum memineris. Μὴ μνησικακήσῃς. Ne praeteritorum malorum mentio fiat. Thrasybulus, occupato loco quodam, cui nomen Phyla, triginta tyrannos sustulit, post, vbi arrogantius quiddam dixisset, audisse, μὴ μνησικακῆσαι; idque dictum in prouerbium abiit. Valer. Maxim.

Ex libro gubernatores. Ἐκ βιβλίου κυβερνῆται. Galenus ad similes iis, qui prouerbio dicuntur gubernatores e libro. De mutis magistris alibi dictum. Galenus.

Ἀμνηστία. Obliuio est omnium, quae in conuiuiis vel fiunt vel dicuntur. Thrasybulus, vbi ciuitatem Atheniensium triginta tyrannorum saeuitia liberasset, plebiscitum interposuit, ne qua praeteritarum rerum mentio fieret; quam malorum obliuionem Athenienses ἀμνηστίαν vocant. Plutarch.

Hac non egreditur verbum. Ex Lycurgi institutione, qui natu maximus erat, stabat ad ostium, et ad conuiuium ingredientibus dicebat ostensis foribus: Διὰ τούτων ἔξω λόγος οὐκ ἐκπορεύεται. Horatius: *Ne fidos inter amicos sit, qui dicta foras eliminet.* Idem.

Vino inscribere mulieris iusiurandum. Τὸν γὰρ γυναικὸς ὅρκον εἰς οἶνον γράφω. Innuit irrita esse solere quaecumque in compotationibus effutiuntur.

Odi memorem compotorem. Μισῶ μνάμονα συμπότην. In eos, qui quae inter amicos et inter pocula dicuntur liberius, foras eliminant. Plutarchus putat dictum aduersus eos, qui praeter modum instant et vrgent in conuiuiis, ad bibendum impellentes exigentesque praescriptum poculi modum. Solent enim nonnulli, non admodum auidi bibendi sic effugere, vt interiectis sermonibus conuiuas in obliuionem vocent. Deinde si quis forte memor exigat, mentiuntur iam ebibisse sese. Dores autem in Sicilia ἐπιστάθμους, id est, conuiuiorum, seu mensurarum praefectos Lucian.

Mnamonas, latinos modiperatores, quod bibendi modum imperent, apellant. Vnde prouerbium in eos quadrare videbitur, qui modum in conuiuio praescriptum nimium exacte requirant. Aliis magis videtur, vt prouerbium admoneat ἀμνηστίαν. Baccho enim simul ferulam et obliuionem consecrarunt, innuentes, non oportere meminisse, si quid in conuiuio peccatum sit, aut certe leuem admodum ac puerilem reprehensionem sufficere.

Cicero. *Viuorum oportet meminisse.* In eos qui plurimum de vita defunctis loquuntur: Id quod vulgo putant, ominosum mortuos in ore habere, eosque velut citatos in sermonem adducere.

Horat. *Ventis tradere.* Pro eo, quod est obliuisci atque ex animo eiicere, Horat. *Tristitiam et metus, Tradam proteruis in mare. Creticum Portare ventis.*

Plutarch. *Ollae vestigium in cinere turbato.* Χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ. Plutarchus interpretatur, nullum evidens iracundiae vestigium oportere relinqui: sed simul atque deferbuerit, atque resederit animi tumor, omnem praeteritorum malorum memoriam penitus tollendam esse.

Imis ceris eradere. Pro eo quod est delere penitus, sic vt nullum omnino memoriae pristinae vestigium exstet. Sumtum ab his, qui in ceratis scriptitant tabulis. His mos est, ita nonnunquam versum stilum per summum aequor cerae ducere, vt qualiacumque tamen prioris scripturae remaneant vestigia.

Iulian. *Bibere mandragoram.* Inest vis somnifica mandragorae, adeo vt enecet etiam largiore potu. Vnde qui cessant in officio, dormitantque, multam mandragoram bibisse dicuntur. Non dissimile illi: *Bibe elleborum.*

OBSCV-

OBSCVRITAS.

Delius natator. Δήλιος κολυμβητής. Olim vulgo dicebatur admodum natandi peritus, quique nosset in summa natare aqua. Natum a Socrate, qui rogatus de Heracliti libro, cuiusmodi videretur, respondisse fertur hoc pacto: Quae quidem intellexi, praeclara: arbitror autem et ea, quae non intellexi: quamquam natatore Delio opus, vt ne quis in eo praefocetur.

Per nebulam. Vide, *Indiligentia.* Cicero.

Numeris Platonicis obscurius. Id ideo dictum, quod Plato numeris Pythagoricis obscurat suam Philosophiam, ac veluti nebulas offundit. Nam Pythagoras omnem fere philosophiae rationem ad numeros traxit.

Dauus sum non Oedipus. Oedipi ingenium scite proponendis, simul et dissoluendis aenigmatum scyrpis nobilitatum est, propter dissoluta sphingis problemata, adeo vt in prouerbium abierit eius nominis appellatio. Similis est farinae: *Non sum Diuinus.* Terent.

Canis podicem inspicere. Vide, *Caecutientia.*

Baeotica aenigmata. Βοιώτικα αἰνίγματα. Dicebantur oblique atque obscure dicta, quaeque perdifficile percipi possent. Sumtum a fabula sphingis monstri Thebani. Ea proposuit Oedipo aenigma huiusmodi: Quadrupes, bipes, ac rursum tripes: Id Oedipus interpretatus est, hominem esse, qui puer manibus quoque pedum nititur vice: deinde confirmato gradu duobus pedibus se sustinet, donec aetas decrepita baculum, ceu tertium pedem, addat.

Ne Apollo quidem intelligat. Ταυτὶ δ' ὅτ' ἐστὶν, οὐδ' ἂν Ἀπόλλων μάθοι. Quod vehementer esset obscurum, et intellectu perdifficile.

Carcini poemata. Dicebantur ea, quae videntur obscurius et instar aenigmatis dicta. Carcinus

poëta

poëta quiſpiam fuit. Is finxit, Oreſtem ab Ilio coactum, vt matricidium confiteretur, per aenigmata reſpondentem.

OBSECVNDANTIS.

Hieron. *Ad digituli crepitum.* Qui arrogantius, faſtuoſiuſque iubent quippiam, digituli crepitu ſignificare dicuntur. Diuus Hieronymus vſurpauit, in ſuperciliôſum quemdam et faſtidientem, qui dicturus, digituli crepitû ſilentium imperabat, deinde ſimili faſtu ſingulas voces per interualla promebat, vt ſingultire crederes non proloqui: Videtur autem hic geſtus fuiſſe dominorum, ſeruis humilius aliquod miniſterium innuentium.

Homer. *Cum vterque concedit alteri.* Cum omiſſa contentione, vterque alteri concedit, vſurpabit illud Homeri:

Ἀλλ' ἤτοι γὰρ ταῦθ' ὑποείξομεν ἀλλήλοισιν,
Σοὶ μὲν ἐγὼ, σὺ δὲ μοι.

Zenod. *Lex et regio.* Νόμος καὶ χώρα. Seruiendum et obſecundandum eſſe moribus regionis, in qua verſeris. Zenodotus adſcribit vnicuique genti ſuas quaſdam leges eſſe, et inſtituta viuendi.

Deum ſequere. Ἕπου Θεῷ. Putant hunc eſſe ſenſum: Obtempera rationi. Quaſi cuique debeat oraculum eſſe, quidquid in pectore dictauerit ratio. Ineſt enim ſuus cuique animus, deus.

Ariſtoph. *Non ſtatuar leaena in machaera.* Οὐ στήσομαι λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδος. Prouerbium meretricium, cum negat ſcortum ſui copiam facturum ſeſe. Nam in capulis militarium gladiorum elephantes ac leones imponi ſolent. At hi procumbentes inſcalpuntur, ſiue ne laedant manum vtentis gladio, ſiue ne defringantur facile, ſi in pedes erecti figerentur. Tyrocneſtis vox militaris videtur enſem ſignificans. Poteſt adagium et ad verecundio-

eundiorem vſum detorqueri, vt, ſi quis negans ſe per omnia morem geſturum, inſeruiturumque pro libidine dicat.

Obedientia felicitatis mater. Vide *infortunii.*

Inſanire cum inſanientibus. Τοῖς μαινομένοις συμμαίνεσθαι. Dicebatur qui ſe moribus quorumlibet attemperabat.

OBTRECTATIO ET MALEDICENTIA.

Mortui non mordent. Οἱ τεθνηκότες οὐ δάκνουσιν. Id etiam hac tempeſtate vulgo dicitur. Natum arbitror ex apophthegmate Theodori Chii, qui fuit Ptolemaei regis in arte rhetorica praeceptor. Hic enim in conſilium adſcitus cum deliberaret, vtrum Pompeius ab Aegyto repellendus eſſet, an admittendus, cenſuit receptum occidendum, addens hoc dictum: *Mortuos non mordere.*

Mortuis non conuiciandum. Victo non inſultandum, nec in mortuum vltra congerenda conuicia, quamquam iure ſit occiſus. Huic ſuffragatur Homerus. Homer.

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

Cum laruis luctari. Vide, *Inanis opera.* Ariſtot.

Iugulare mortuos. Vide, *Abſurda.*

Non impetam lingua. Οὐκ ἐπιγλωττήσομαι. Vnde ſemper a maledictis temperandum. Graecis ἐπιγλωττᾶσθαι eſt linguae conuiciis inceſſere, quaſi dicas inlinguare. Vti licebit, cum ſignificamus nos de re quapiam periculoſa nolle verba facere. Verbum inde ductum, quod qui temere loquuntur, ὅτι ἂν ἐπὶ γλῶτταν ἔλθοι loqui dicuntur. Diog.

Tuis te pingam coloribus. Id eſt, Talem te ſcribam qualis es. Tranſlatum a pictoribus, qui nonnumquam faciem hominis, ita vt eſt, exprimunt ac repraeſentant, nonnumquam alienis Hieron.

fucant

fucant coloribus, aut etiam allufum eft ad aefopicam corniculam, quae fe coloribus alienis venditauit.

Plutarch. *Sphaeram inter fefe reddere.* Meminit de lufus genere Iulius Pollux. Non diffimilis eft, quem hodie pilae vocant. Quadrabit in eos, qui fefe viciffim dicteriis inceffunt. Confine illi: *Caedimus, inque vicem praebemus crura fagittis.*

Infixo aculeo fugere. Βαλὼν φεύγειν ὥσπερ μέλιττα. Metaphora prouerbialis, vbi quis dicto conuicio, feu maleficio quopiam peracto, ftatim fubducit fefe, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Tranflatum ab apibus, aut vefpis, quae infixo aculeo ftatim aufugiunt.

Homer. *Vulgus fufpicax.* Sufpiciofum vulgus, et pleraque malam in partem interpretatur. Homer.

Δύσζηλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.

Pellem caninam rodere. Martialis ponit pro eo quod eft, hominem maledicum, et improbum conuiciis fectari. Sic enim fcribit in obtrectatorem quemdam et oblatratorem:

Non deerunt tamen hac in vrbe forfan,
Vnus vel duo, trefue, quatuorue.
Pellem rodere qui velint caninam.

Vitilitigator. Vitilitigatores Marcus Cato vocabat litium auidos, et alienorum operam calumniatores. Cato ex vitiis et litigatoribus eleganter compofuit.

Zoili. Quaere, *Inuidia.*

Archilochum teris. Ἀρχίλοχον πατεῖς. De maledico dicebatur. Πατεῖν autem dixit, vel quod adfiduus effet in euoluendis huius poetae carminibus, vel quod huius veftigiis ingrederetur. De Archilocho teftatur Hor.

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Archi-

Archilochi patria. Ἀρχιλόχου πατρίς. Diogenianus testatur hoc dici solere de mordacibus ac maledicis. Diog.

Dente Theonino rodi. Dicuntur, qui conuiciis lacerantur. Sumtum a Theone poeta quodam rabiosae loquacitatis, petulantissimaeque maledicentiae. Horatius hoc vitium alibi succum loliginis vocat, et salem nigrum, quod cum morsu addat et famae maculam.

Carpet citius aliquis, quam imitabitur. Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Porro res egregias multo procliuius est carpere, quam aemulari. Apte dicetur de re quapiam artis absolutae, atque inimitabili.

Genuino mordere. Qui clanculum obtrectant, lacerantque quempiam, eum genuino mordere dicuntur. Dentes autem genuini sunt omnium reconditissimi, ac propemodum operti gingiua, sero emergunt homini, nempe circiter annum vicesimum, multis et octogesimum. Persius.

Etiam in deorum coetu. Κἂν θεῶν ἀγορᾷ. Quidam interpretantur de maiorem in modum probis et aequis: quidam de vehementer maledicis. Addunt locum quemdam esse in Eleusine, vicinum Anactoro vocatum θεῶν ἀγορὰν, in quem non ingrediebantur, nisi bene ominantes: vnde de quopiam praeter modum maledico dicebant: οὗτος κἂν θεῶν ἀγορᾷ δυσφημήσει.

Dentata charta. Dentata dicuntur mordacia. M. Tullius ad fratrem: *Calamo et atramento temperato. Dentata enim charta res agetur.* Rursus edentula, quae morsu careant. Cicero.

Hipponacteum praeconium. Pro infami nota dixit M. Tullius. Nam Hipponax Poeta fuit iambographus amarulentus, ac notae mordacitatis, qui, auctore Dionysio Halicarnasseo, trimetrum archilochium de industria in scazontem infregit, cum inimicos lacerare vellet, quod videlicet feri- Idem.

ret fortius. Hic Bubulum et Anterinum, quod ab his deformi ſpecie pictus eſſet, verſibus iambicis inſectatus legitur. Erat autem Hipponacti notabilis in vultu foeditas, quamob rem quidam imaginem eius propoſuere in ridentium circulis, quorum aliquot ſuis carminibus creditur ad laqueum compuliſſe.

Archilochia edicta. Contumelioſa vocantur ac virulenta. Archilochi Poetae mordacitas vulgo celebratiſſima fuit. Is Lycamben ſocerum, a quo fuerat repudiatus, huiuſque filiam adeo virulentis verſibus inſectatus eſt, vt vterque laqueo ſe praefocauerit.

Lucian. *Plauſtra conuiciis onuſta.* Lucian. Καὶ ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων. Loquitur de duobus philoſophis inter ſeſe contumelioſe altercantibus.

Homer. *Naues onuſtae conuiciis.* Homerus Iliad. ι.

Ἐστὶ γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσασθαι.
Πολλὰ μάλ', οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόν ζυγὸς ἄχθος ἄροιτο.

Affine illi: *Quos tollere nec centum queant Aegyptii.*

Nicand. *Morſus aſpidis.* Δῆγμα ἀσπίδος. De malo immedicabili, aut de lingua vehementer virulenta. Aduerſus viperarum omniumque ſerpentum morſus remedium inuenitur, aſpide vna excepta, praecipue ſi de rana guſtarit. Huius ictus omni cura potentior, et ab hoc ſerpente laeſus intra quatuor horas emoritur. Nihil autem vetat, quo minus trahatur adagium ad hoſtem clancularium, et tanto peſtilentiorem, quod clanculum citraque dolorem infundat venenum haec ſerpens.

Hyſtricis ſeta. Θρὶξ ὕστριχος. Dici poterit dicterium acriter in quempiam tortum. Eſt autem hyſtrix de genere erinaceorum, niſi quod huius longiores ſunt aculei.

OCCASIO.

Ansam quaerere. Et consimiles metaphorae. Anſa eſt, qua quippiam prehenditur ac tenetur. Plautus: *An non vides hunc anſam quaerere* (id eſt, captare occaſionem) *reſcindendae irritandaeque pactionis?* Plato. *Vt contentionis anſas multis praebuerint.* Eodem pertinet. *Praebere anſam, arripere anſam, praeterire anſam, negligere, in eaſdem anſas incidere*, et ſi qua ſunt alia. Plaut.

Capere crines. Pro arripere occaſionem oblatam, et arreptam retinere.

Eximere e manu manubrium. Plautus dixit, pro eo quod eſt, iam paranti facere quippiam, extorquere peragendi facultatem. Tranſlatum ab eo, cui iam vibrato gladio percuſſuro, repente capulus excutitur e manibus. Idem.

Feneſtram aperire, et ſimiles metaphorae. Pro eo, quod eſt occaſionem ac velut anſam adminiſtrare. Terentius in Heaut. *Hui quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris.* Verum hoc non niſi in malam partem; illud etiam in bonam, *Aperire ianuam.* Item illa: *Repagula aperire, ianuam aperire, praeſtruere viam, praecludere viam, iacere fundamenta.* Terent.

Gladium dediſti, quo ſe occideret. Miniſtraſti materiam et adiumentum ad perniciem: Veluti ſi quis amanti adoleſcenti pecuniam det in manum rei. Plaut.

Tollenda mali occaſio. Qui ſuadebit, vt mali ſubmoueatur occaſio, citabit illud Hom. ex Odyſſ. π. Homer.

Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

Ita diuitiae proliciunt ad luxum, conſuetudo puellarum ad amorem.

Premenda occaſio. Qui ſignificabit modis omnibus inſtandum eſſe, nec omittendam e manibus Idem.

 ſemel

ſemel oblatam occaſionem, accommodabit illud ex Odyſſ. δ.

Ὑμᾶς δ' ἀσεμφέως ἔχιμεν μᾶλλον τι πιέζειν.

Quod quidem torquere licebit ad id, quum dicamus impetus animi hoc magis ac magis efferveſcunt, et ad malum ſollicitant.

Seneca. *Nunc tuum ferrum in igni eſt.* Eius ferrum in igni eſſe dicebant, cuius negotium iam ageretur. Praemollitur enim ferrum igni ad cudendum.

Heſiod. *Non ſemper erit aeſtas.* Οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς. Id eſt, *Aeſtas non ſemper fuerit, componite nidos.* Non ſemper virebit aetas, para, quo ſe recipiat ſenectus. Aut non ſemper erit proſpera fortuna, munias animum philoſophiae decretis, quo fortunam aduerſam poſſis contemnere.

OTIVM.

Cicero. *Conchas legere.* Summi otii eſt conchas et vmbilicos legere in littoribus, qui luſus eſſe ſolet puerorum. Quamquam transferri poteſt ad eos, qui aliud agentes obiter etiam leuiora quaedam animi gratia admiſcent. Vmbilicos opinor appellat vel conchas vel calculos vmbilici formam imitantes, vel herbam quae Veneris vmbilicus dicitur, auctore Dioſcoride.

Idem. *Liber non eſt, qui non aliquando nihil agit.* Qui in ſummo otio verſabantur ab omnibus feriati negotiis, ii nihil agere dicebantur.

OCCVLTA.

Plaut. *Terra defoſſum habes.* Γῇ κρύψας ἔχεις. In eum, qui non impertit, neque profert ſuas dotes. Sumtum ab auaris theſaurum humo defodientibus.

Occul-

Occultae musices nullus respectus. Cujus adagii sensus est: Quamuis egregias animi dotes, si non proferas, perinde esse quasi non habeas. Persius: *Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.* Eccles. 20. *Sapientiae reconditae, et thesauri abstrusi nullam esse vtilitatem.* Ouidius: Sueton.

Tu licet et Thamiram superes atque Orphea cantu,

Non erit ignotae gratia magna Lyrae.

Ἄζηλος πλοῦτος Sunt nonnulli mortales, qui vel natiuo quodam ingenii vitio, vel data etiam opera quae sciunt dissimulant et aliis grauantur impertire. His illud nonnunquam euenire solet vt pro indoctis negligantur. His adscribendum quod Graeci τυφλὸν πλοῦτον appellant, id est, *diuitias caecas*, reconditas opes et abstrusas. Ζηλοῦν idem est quod mirari, ἀρίζηλον, conspicuum et illustre, ἄζηλον quod nemo miratur. Quis autem miratur illud, quod abstrusum et abditum? Plaut.

Qui sunt apud inferos terniones. Τὰς ἐν ᾅδου τριακάδας. Hoc adagio ridebantur ii, qui res abditas et abstrusas curiosa quadam diligentia vestigarent. Aiunt terniones apud inferos honoratos esse, vt Hecate sacros, cet.

Nisi si qua vidit auis. Πλὴν εἴ τις εἶδεν ὄρνις. De re vehementer occulta. Suidas hunc versiculum citat ex Aristoph. Οὐδείς με θεωρεῖ πλὴν ὁ περιπτάμενος ὄρνις. Aristoph.

Attici Eleusinia. Ἀττικοὶ Ἐλευσίνια. Subaudiendum καθ' ἑαυτοὺς. Vsurpatur si quando conueniunt inter sese aliqui secreto de re quapiam arcana tractantes. Ducta metaphora a mysteriis sacrorum Eleusiniorum, quae in honorem Cereris agebantur apud Eleusim, summa religione, mysticisque ceremoniis, et quibus arcebantur profani. Capital autem erat ex his mysteriis quidquam in vulgus efferre, cuiusmodi vi- Zenod.

dentur fuisse apud Romanos sacra bonae deae, quam eamdem C. Bassus fatuam appellat. Nam haec et noctu et in operto fiebant, et exclusis maribus.

Lucian. *In tenebris saltare.* 'Eν τῷ σκότῳ ὀρχεῖσθαι. Est rem gerere clanculum, nullo teste, nulloque iudice. Translatum ab iis, qui choros ducunt in tenebris, rectene an secus moueant pedes.

Terent. *Monstrum alere.* Monstrum alitur, vbi quod occulti vitii latere significamus. Inde sumta metaphora, quod monstra ob pudorem clanculum aluntur, et occultantur.

Plutarch. *Muris circumcurrentibus.* Τῶν τοίχων περιτρεχόντων. Plutarchus indicat muliebre fuisse prouerbium, quo secretum significabant, muris videlicet testes et arbitros arcentibus. Licebit vti, cum aliquid monstri alitur, et ob id captari secretum.

Summis ingredi pedibus. Dicitur, qui clanculum, aut cautim, ac pedetentim, quod aiunt conatur aliquid. Graeci iucundius efferunt aduerbio composito ἀκροποδητί. Idem valent illa: *Suspenso gradu, et suspensis pedibus.* Traductum a gestu eorum, qui sic ingrediuntur, vt strepitum pedum nemo sentiat, aut qui viae diffisi, cautim ac leuiter figunt vestigia.

Matth. 10. *In aurem dicere.* 'Eις οὖς λέγειν. Vel hodie vulgo dictitant, pro eo quod est, clanculum ac secreto committere. Translatum ab iis, qui propius admoti, ad aurem insusurrant, quae nolint ab aliis exaudiri.

Lucian. *Ostium obdite profani.* Θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι. Sumta est allusio ex Orpheo, cuius hoc citatur carmen:

> Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Iubet

Iubet vt profani oftium auribus imponant, ne quid arcani fermonis poffit ingredi. Conueniet vti, fi quando fignificabimus nos de rebus arduis et arcanis locuturos effe.

In fimpulo. Olim fieri dicebant, quod vel clanculum vel in re minuta atque humili fieret. Eft enim fimpulum vas paruum non diffimile cyatho, vnde mulieres diuinis rebus deditae fimpullatrices vocantur, vas minutim fundens, in cuius locum fucceffferit epichyfis, vnde veteres res minutas nulliufque pretii fimpularias appellabant. Allegoria fumta a puerorum lufu, quo folent per fiftulam anguftam in fimpulum inflantes, quafi fluctus quofdam, et aquae ftrepitum excitare. Cicero.

In angulo. Ἐν γωνίᾳ. Fieri dicitur, quod fit in occulto. Diffimile illi: *Super tectum praedicare*, pro eo quod eft, palam et in publico praedicare.

Admoto capite. Ἀγχι σχὼν κεφαλὴν, ἵνα μὴ πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι. Admonet eo loco, fi quis obiurgandus eft amicus, vt id fiat primum in tempore, deinde comiter et amice magis quam afpere, poftremo clanculum femotis arbitris. Homer.

Vrit abfque torre. Verfum hunc ceu prouerbialem fubinde Plutarchus vfurpat: Plutarch.

Εὕει ἄτερ δαλοῖο καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.

OCCVPATIO, OTIVM.

Ne ad aures quidem fcalpendas otium eft. Οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς φασὶ, σχολὴν ἀγών. Cum ne minimum quidem otii fupereffe fignificabimus. Lucian.

Nullum otium feruis. Οὐ σχολὴ δούλοις. Sumtum a feruorum conditione, quibus heri nullum concedunt otium, immo paullo plus etiam ope- Ariftot.

rae imponunt, quum illi praestare possint, vt quam sunt in dimenso parci, tam sint in operarum pensis liberales.

Plutarch. *Festum multas habens.* Ἑορτὴ πολλὰς ἔχουσα. Subaudiendum, molestias aut occupationes. Dictum in eos, qui magnas componerent sarcinas, aliquo profecturi. Natum ab iis qui festa solent adire. Nam iis mos, multam supellectilem vna secum conuehere, ne quid deesset ad sollemnitatem pertinens.

Vincula Tyrrhena. Δεσμοὶ Τυῤῥηνοί. Dicebantur odiosa negotia, quibus distringebatur aliquis. Traductum a vinculis, quibus Tyrrheni captiuos vinciebant, grauibus et molestis.

Alcibia. *Cum licet fugere, ne quaere litem.* Ἐξὸν φυγεῖν μὴ ζήτει δίκην. Ab Alcibiade natum. Is cum e Sicilia citaretur ab Atheniensibus, vt criminibus responderet, abdidit sese, negans litigandum esse, si quo modo liceret effugere. Subiicientibus aliis: non igitur confidis patriae de te iudicaturae. Immo, inquit, ne matri quidem crediderim. Metuerem enim, ne fors imprudens, albi calculi loco nigrum immitteret. Alcibiadis sententiae subscribet, quisquis litium expertus est.

ODIVM.

Lucian. *Odium agreste.* Μῖσος ἀγροικόν. Atrox odium sic appellabant veteres, propterea quod rustici plerumque μισάνθρωποι sunt, et acerbius atque implacabilius oderunt. Graeci quidquid barbarum, immane aut crudele intelligi volunt, ἄγριον vocant.

Catull. *Odium Vatinianum.* Pro capitali et vehementer acerbo. Vatinius in quem acerrime M. Tullius infectus est, in tantum odium populi Romani peruenerat, iam detectis illius flagitiis, vt in prouerbium cesserit. *Odium Vatinianum.*

Odium

Odium nouercale. Nouercis omnibus innatum eſt fatale quoddam et irreconciliabile odium in priuignos. Euripid.

Ἐχθρὰ γὰρ ἡ ποιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις
Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.

Oderint dum metuant. Tyrannica vox, a nemine ſcriptorum non vſurpata, quam Seneca vocat deteſtabilem, diram et abominandam. Licebit adagium per iocum vſurpare, veluti ſi quis eruditione ſuperior, de clanculariis hoſtibus, qui tamen ob metum hiſcere non audeant, dicat; Oderint, dum metuant.

Odit cane peius et angue. Horatius: Horat.

Alter Mileti textam cane peius et angue
Vitabit chlamydem. Plautus.
Nempe rura vxor eſt tua, quam dudum dixeras,
Te odiſſe aeque ac angues.

Empedoclis ſimultas. Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα. Dicebatur pertinax et irreconciliabilis. Empedoclem enim aiunt iis fuiſſe moribus, vt aſſidue ſimultatem cum aliquibus ſuſciperet, eaſque pertinaciſſime exerceret. Diog.

Perpetuum bellum. Ἄσπονδος πόλεμος. M. Tullius ἄσπονδον vocat perpetuum et atrox, irreconciliabile. Conueniet in ſimultatem ac diſſidium amarulentum. Cicero.

Archidamicum bellum. Ἀρχιδάμιος πόλεμος. De bello ſaeuo crudelique dicebatur. Ab Archidamo duce Lacedaemoniorum, qui maximis copiis impreſſionem fecerit in Atticam, eamque decem annis diuexarit. Grauiſſimam autem noxam inflixit Acharnenſibus, ſucciſis omnibus arboribus. Archidami ſaeuitiam memorat et Pauſanias in Laconicis.

Et Scellii filium abominor. Hic eſt affectus humanus, vt ſi quis vel hominem, vel quamcun- Ariſtoph.

que rem vehementer oderit, non ſolum in commemoratione, verum etiam a cognatis vocibus abhorreat, id eleganter expreſſit Ariſtophanes in Auibus: Ibi perſona quaedam ſic loquitur.

Ἀριστοκρατεῖσθαι δῆλος εἶ ζητῶν.

Altera reſpondet:

Ἥκιστα καὶ τὸν Σκελλίου βδελύττομαι.

Scellii filius dictus eſt Ariſtocrates. Hoc nomen iure inuiſum eſt deteſtanti Ariſtocratiam, quod ea vox abominandae rei memoriam renouet.

Plaut. *Non magis quam canem.* Odium et contemtum vulgo declarant canis vocabulo. Horatius: *Odit cane peius.* Et Plautus in Amphitr. *Valuiſtin vſque? Exſpectatus aduenis?* Soſ. *Haud vidi magis. Exſpectatum enim ſalutat haud quiſquam magis, quam canem.*

Ariſtoph. *Cui iſta arrident, meis ne gaudeat.* Cum ingens diſcrimen intereſſe ſignificabimus inter noſtras et aliorum rationes. Contrarium huic Maronis:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Maeui.

De iis, quae eiuſdem ſunt farinae, et ex aequo contemnenda.

Plutarch. *Ne via quidem eadem cum illa vult ingredi.* Μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζειν. Ne via quidem eadem ingredi dicuntur, qui extremo diſſident odio, adeo vt non ſolum menſa tectoue communi non ſuſtineant vti, ſed vt ne via quidem communi velint ambulare.

Euripid. *Fratrum inter ſe irae ſunt acerbiſſimae.* Si quando ſimultas inciderit inter fratres, ea ſolet eſſe atrocior, quam vulgarium inimicorum. Euripides in Iphigenia Aulid.

Sopho. Δεινὸν κασιγνήτοισι γίγνεσθαι λόγους

Μάχας θ', ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν.

Ira

Ira omnium tardissime senescit. Ὁ θυμὸς ἔσχατον γηράσκει. *Id est*, Ita postremum senescit. Nam vulgo mortales iniuriae tenacissime meminisse solent, benefactorum quam facilime obliuisci.

Vt lupus ouem. Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ. Qui sui commodi gratia simulat amorem. Plaut.

Si tu proreta. Quo licebit vti, quoties neuter alteri in negotio quopiam vult cedere. Prora ea pars nauis est, quae in appellendo percutit littus, puppis est posterior, in qua sedet, qui clauum regit. Habent et nautae singulis distributa munia, quorum sunt praecipua proretae et gubernatoris. Honestior autem pars nauis est puppis.

Principum fauor necessarius. Vbi quis inuitis principibus, conatur extricare sese e malo quopiam aut a lite, a quo non possit explicari, nisi illorum adiutus fauore, conueniet illud Homeri in Aiacem Oileum dictum.

Φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης.

OMINANDI.

Bene sit. Καλῶς ἔστω. Ominis vox, cum quis rem quampiam nouam et arduam auspicaretur. Quod faustum felixque sit.

Cum Musis. Μετὰ Μουσῶν. *Hoc est*, Musis bene fortunantibus. De doctis, aut iis, quae docte dicuntur.

Adsint dii beati. Σὺν δὲ θεοὶ μάκαρες. *Id est*, Felices adsint superi. Sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediunda. Sic enim praefari solent rhapsodi, carminum homericorum recitatores et interpretes. Zenod.

Mercurio dextro. Hesychius indicat, veteres in iactu quodam solere ominis gratia praefari Mer-

Mercurium. Per iocum vſurpari licebit, vbi quid aggredimur noui.

Seneca. *In morbo conſumat.* Poteſt ab amico dici, qui nolit deeſſe amico, quod impendat, ſi morbus inciderit. Poteſt et ab inimico, qui malo viro morbum optet. Creditores cum ſentiunt non redditurо creditam eſſe pecuniam, nec exiſtimant operae pretium ob tantillum legibus agere, dicere ſolent: *Habeat, conſumat in morbo.*

Demoſt. *In tuum ipſius caput.* Quoties in auctorem mali, malum retorquetur aut incidit, Graeci dicunt; εἰς τὴν αὐτοῦ κεφαλήν.

OMNIA.

Ioca ſeriaque. Quoties omnia noſtra cum aliquo communicamus, cum eo ioca ſeriaque conferre dicimur.

Nec animans, nec inanime. Prouerbiali figura dictum eſt apud Platonem libro de Leg. 8.

πάντων τῶν ἐμψύχων καὶ τῶν ἀψύχων.

Cum nihil omnino ſignificabimus excipiendum.

Ariſtoph. *Pueri ſeneſque.* Vide, *Multi.*

Anguſtum et latum. Ariſtophanes. Cum ipſi obiectum eſſet, quod nutricum more male paviſſet populum, qui paullulum praemanſi infereret in os, maximam partem ipſe deglutiret, reſpondit: *Dexteritate ego mea exilem et amplum valeo populum reddere.* Marceſcunt enim pueri male paſti, rurſus bene paſti fiunt obeſi. Appoſite torquebitur in eos, qui adoleſcentes recte docent aut ſecus: quiue populo dextre concionantur, aut ſecus.

Plaut. *Dulce et amarum.* Plautus dixit pro laetis ac triſtibus.

Omnium quos ſol videt. Sunt et illae figurae prouerbiales, *omnium quos terra ſuſtinet, aut quos ſol*

sol videt, pessimus optimusue. Simile est illud, *quidquid in solum venit;* quo vsus Cicero.

ORIGINIS.

E tardigradis asinis equus prodiit. Ἐκ βραδυσκίλων ὄνων ἵππος ὥρουσεν. Cum clarus euadit quispiam obscuro genere natus, aut quoties ab indocto praeceptore proficiscitur discipulus eruditus. *En tibi ex asinis equum*, id est, ex infimis parentibus arrogantem et ferocem.

E quercubus ac saxis nati. Quadrabit vel in hominem obscuro genere, vel in eum, qui sit agresti et effero ingenio, moribusque immanibus. Inde illud: *Et duro robore natos.* Homerus in Odyss. T. Horat.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, οὐδ᾽ ἀπὸ πέτρης.

Antiquitus in cauis quercubus lectorum vice victitabant homines, indeque e quercubus nati fingebantur.

Numquam ex malo patre bonus filius.

Φεῦ, φεῦ παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει.

Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.

E squilla non nascitur rosa. Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται. Admonet adagium e probis parentibus nasci liberos probos, ex improbis improbos. Horatius: *Neque imbellem feroces progenerant aquilae columbam.* Theocr.

Ex minimis initiis maxima. Maximae simultates nonnumquam ex leuissimis iniuriis nascuntur, non secus atque ex minutissima scintillula grauissimum incendium. Homer.

Exiguum malum, ingens bonum. Μικρὸν κακόν, μέγ᾽ ἀγαθόν. Admonet adagium ex paullulo incommodi, laboreque exiguo, summa maximaque Diog.

que commoda colligi. *Si quid feceris honestum cum labore, labor abit, honestum manet. Si quid feceris turpe cum voluptate, voluptas abit, turpitudo manet.* Musonius apud Gellium.

Macrob. *Bonae leges ex malis moribus procreantur.* Nam sicuti medicorum pharmacis nihil opus foret, nisi morbis laboraretur: ita legibus ferundis nihil opus esset, nisi perperam viueretur.

Initium belli. Ἀρχὴ πολέμου. Vbi quis prior lacessit iniuria seu conuitio. Vnde ἀπόλεμος lacedere dicitur, qui nulla lacessitus iniuria, simultatem exercet. Sumtum ab histotiographis, quibus mos est, primum causas exponere, quibus bellum coeptum fuerit.

Lucian. *Hinc belli initium.* Dicimus cum alicunde natam simultatem ac tumultum rerum exortum innuimus.

Piscis primum a capite foetet. Ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται. Dictum in malos principes, quorum contagione reliquum vulgus inficitur. Apparet ab idiotarum vulgo sumtum.

Ab impiis egressa est iniquitas. Significat ab improbis semper mali quippiam exoriri: a bonis nihil malorum proficisci. Idem propemodum dicitur apud graecos:

Γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.

Gellius. *Mali corui malum ouum.* Κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. Apte vsurpabitur, quoties e malo praeceptore discipulus malus proficiscitur: ex improbo patre filius improbus: ex patria illaudata vir illaudatus: denique facinus sceleratum ab homine scelesto. Metaphora sumta a natura animantis, quae non idonea est cibis humanis, nec ouum parit ad quidquam vtile. Sunt, qui dicunt, quod coruorum pulli ipsos deuorent parentes, si forte illos non pascant ad satietatem. Alii referunt ad fabulam hanc, Corax quidam primus Syracusis,

ſis, poſt mortem Hieronis inſtituit artem rhetoricen mercede profiteri. Cum hoc adoleſcens quidam Tiſias hac lege pactus eſt, vt tum demum mercedem perſolueret, vbi iam artem perdidiciſſet. Dein vbi iam arte cognita praemium reddere cunctaretur. Corax diſcipulum in ius vocat. Ibi iuuenis huiuſmodi dilemma proponit. Percontanti quis eſſet artis finis, vti Corax reſpondiſſet, perſuadere dicendo. Age, inquit, ſi perſuadeo iudicibus, me nihil debere, non reddam, quia vici cauſam. Sin minus perſuadeo, non reddam, quia non perdidici artem. At Corax Tiſiae dilemna, tamquam vitioſum et ἀντιστρέφον in diſcipulum retorſit ad hunc modum. Immo, inquit, ſi perſuades, dabis, quia tenes artem, et debes ex pacto; ſin minus, dabis, qui ſententiis iudicum damnatus. Quod commentum tam vafrum, tamque callidum, vbi iudices audiſſent, admirati verſutiam adoleſcentis, ſucclamarunt; κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. Sunt qui narrant, hoc ſucclamatum a corona circumſtantium, cum alter alteri litem intenderet.

Auctor omnium et fons. Cum indicare volemus primum omnium auctorem, vnde ceu capite proficiſcantur omnia maxima pariter et minima. Veluti ſi quis dicat ſuperbiam omnium malorum parentem: fidem omnem virtutum fontem: Homerum omnis poëſeos patrem. **Homer.**

Ex tua officina. Ex noſtra officina depromi dicuntur, quae a nobis inuenta, noſtroque ingenio profecta ſint. Hoc quo longius traducetur ad res animi, hoc fuerit lepidius, vt: *hoc conſilii quis non intelligat e tua prodiſſe officina? Totum hoc negotii tuae fuit officinae.*

Generoſioris arboris ſtatim plantae cum fructu eſt. Egregia beneque nata ingenia ſtatim matureſcere, et ad frugem peruenire indicat. Fabius.

Ma-

Fabius. *Magnorum fluuiorum nauigabiles fontes.* Significat praepotentium quantulaecumque plus pollere, quam vniuersas tenuium opes.

Terent. *Hinc illae lacrimae.* Dicetur de rei causa aliquamdiu dissimulata, quae vere tandem deprehendatur.

PARASITI.

Athen. *Muscae.* Μυῖαι. Olim dicebantur, qui delectabantur aliena mensa, quos Plautus muribus comparat semper alienum edentibus cibum. Apud Athenaeum parasitus quispiam se muscae conferet.

Δειπνῶν ἄκλητος μυῖα. Aduolat enim hoc insectum ad cibum alienum.

Myconiorum more. Μυκονίων δίκην. Dicebantur ad conuiuium accedere, qui vltro venirent non vocati. Myconus vna Cycladum est: ipsa gens ob rerum inopiam cogebatur, sese conuiuiis ingerere.

Quadra propria. Nihil aeque sapit, vt cibus proprius domi sumtus. Catullus: De meo ligurrire libido est: id est, gustare cum voluptate. At dii Homerici malunt inuitari ad nidores hostiarum, quam viuere οἰκόσιτοι.

Plaut. *Muris in morem.* In parasitos dictum, quibus iucundum est aliena viuere quadra. Non conueniunt nec in vna sede morantur, libertas et cibus alienus: quo eleganter Apologus aesopicus de mure siluestri et domestico. Quin et Graecis prouerbiali verbo μυοπολεῖν dicuntur, qui muris in morem cibi causa obambulant oberrantque. Indicat hoc Hesychius.

Αὐτολήκυθοι. Dicebantur, qui non ex animo, sed ventris causa colerent amicos, inde conficta voce, quod sponte ad Lecythum commearent, et inuocati praesto essent in conuiuiis. Eosdem

τρα-

τραπεζίας quoque vocatos fuisse, testatur Plutarchus, et ab Eupolide τὰς περὶ τήγανον, καὶ μετ' ἄριστον φίλας. Vsus est eo verbo Demosthenes in oratione aduersus Cononem. Interpretes varie exponunt vel de his, qui ad quiduis perpetiendum parati sunt, vel de pauperibus, qui praeter lenticulam nihil possident, vel de iis, qui faciles sunt ad depromendam pecuniam, quod quidam soleant in lenticulis pecuniam recondere.

'Αλλοτριοφάγοι. Vocantur, quibus dulce est aliena viuere quadra. Athen.

Κατὰ χειρῶν ὕδωρ. Apud Athenaeum refertur: Orta disceptatione, quaenam aquarum esset optima, quum alii praeferrent Lernaeam, alii Pirenaeam, alii aliam. Carneus iuxta Philoxeni sententiam dixit: Τὸ κατὰ χειρῶν ὕδωρ ἥδιστον suauissimam aquam quae manibus infunditur, quo ea declaret, coenam esse paratam.

Feruet olla, viuit amicitia. Ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία. In eos dicitur, quos patina, non beneuolentia conciliat.

PAVPERTAS.

Nec obolum habet vnde restim emat. In eos, qui maxima rei familiaris inopia laborant, Lucianus in Timone: Χθὲς μὲν οὐδὲ ὀβολὸν, ὥστε πρίασθαι βρόχον ἐσχηκότας. Pauperrimus sit oportet, qui tenuitatis taedio sese laqueo praefocare velit. Porro plus quam pauperrimus videtur, cui ne numulus quidem suppetit, qua se suspendat. Lucian.

Nudior Leberide. Γυμνότερος λεβηρίδος. De vehementer tenuibus. Leberis enim serpentis exuuium significat, quo nihil potest esse inanius. Suidas ait, Leberidem fuisse hominem supra modum pauperem, vti vulgari sermoni locum fecerit.

Iro, Codro pauperior. Ouid. *Irus erit subito, qui modo Croesus erat.* De Crodo Iuuenalis: Ouidius.

Tota Domus Codri rheda componitur vna. De Iro mentionem facit Homerus ſcribitque eum publicum fuiſſe mendicum apud ithacenſes, corpore, ſpecieque praegrandi, a matre dictus Arnaeum, a iuuenibus Irum, quod iret nuncius, quo iuſſus eſſet.

Iuuen. *Nudior paxillo.* Γυμνότερος παττάλου. De extremae paupertatis homine dicebatur haec hyperbole. Nam paxillis corticem quoque detrahimus.

Telenico pauperior. Τελενίκου πενέστερος. Nam is notae paupertatis fuit, vt Seriphii verbum inde finxerint dicantque τελενικῆσαι pro euacuare.

Nudus tamquam ex matre. Γυμνὸς εἰς ἐκ μητρός. De vehementer paupere.

Suidas. *Ne in pelle quidem.* Οὐδ' ἐν δέρματι. De ſupra modum tenuibus, velut vſque adeo nudis, vt ne pelle quidem propria tegantur.

Heſiod. *Araneas eiicere.* Heſiod. Ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια. Sic enim ſignificant inanitatem et inopiam. Lucianus: *Carie et araneis differta.*

Idem. *Cum exoſſis ſuum rodit pedem.* Ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει. Conſimili figura ſignificauit egeſtatem. Exoſſem vocat polypum, quod oſſibus careat. Is creditus eſt nonnullis ſua brachia rodere, quum deeſt cibus. Eſt enim edaciſſimus: quamquam Plinius exiſtimat id illi accidere a conchis, verum praeciſa renaſci credit, quem ad modum caudas lacertis.

Idem. *Macilenta manu pinguem pedem.* Manus enim graciléſcunt fame, pedes intumeſcunt frigore. Venuſtius erit, ſi longius transferatur ad viaticum parandum ſenectuti, aut ſimilia.

Cicero. *Pedem vbi ponat, non habet.* In hominem inſigniter tenuem atque inopem, cui ne veſtigium quidem pedis ſit in agrorum poſſeſſionibus.

Cinclus. Κίγκλοι. Ruſticano prouerbio dicebantur praeter modum pauperes, quibus neque domus

domus esset, nec quidquam, quod suum possent dicere. Cinclus enim auis quaedam est imbecillis, atque inualida, ita vt non possit sibi ipsa proprium nidum parere, proinde oua sua nidis supponit alienis. Vnde et rustici verterunt in adagionem, vt mendicos et errones Cinclos vocent. Suidas tradit Cinclum auem esse maritimam, gracilem, nulloque ferme corpore, cui peculiare sit, clunium pennas subinde mouere.

Pistillo nudior. Ὑπέρου γυμνότερος. De vehementer tenui miseroque.

Paupertas sapientiam sortita est. Πενία δὲ τὴν σοφίαν ἔλαχε. Zenodotus citat ex Euripide. *Ignaua est opulentia, verum inopia multarum artium repertrix est:* Persius. *Magister artis ingeniique largitor venter:* Mimus. *Hominem experire multa paupertas iubet.* Zenod.

Pauper, sed ingeniosus. In hominem tenui cultu, sed egregio tamen corpore, quadrabit illud Homeri. Homer.

Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. Lucianus torquet ad senem ingenio facundiaque praecellentem.

Fames Magistra. *Multa docet fames.* Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος. Ouid. *Ingenium mala saepe mouent.* Persius: *Ingeniique largitor venter negatas artifex sequi voces.*

Hecale pauperior. Hecale paupertate nobilis est. Ouidius: Ouid.

Cur nemo est Hecalem, nulla est, quae ceperit Irum.

Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Ad incitas. Quoties vrgeret extrema necessitas, his res dicebatur ad incitas rediisse. Prouerbium sumtum]e lusu calculorum, in quo certae lineae, ad quas redactus calculus moueri non potest. Plaut.

Centro et spatio circumscripta. Plutarchus sentit fortunas tam angustas, vt nisi certa dimen- Plutarch.

 sione

ſione diſpenſentur, non ſint ad neceſſarios vſus ſuffecturae. Metaph. a circulo, qui fit circino circumducto, in medio centrum eſt immobile, hinc ſpatium vndique aequale ad lineam obeuntem. Hinc circumſcripta dicuntur, quae certis finibus continentur.

Nani. Quadrabit in tenues et humilis fortunae homunculos, ac quem ad modum Horatius, moduli bipedalis, qui potentes ſumtu conantur aequare.

Horat. *Tunicati.* Tenues et humiles nullo cultu inſignes, Horat. *Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.*

Canalicolae. Homines exili ac tenuique fortuna, quod circa canales fori conſiſterent.

Cicero. *Ne tempeſtas quidem nocere poſſit.* In homines inſigniter nudos et inopes. Qui enim poſſident aliquid rerum, aut habent in agris, aut in mari: his tempeſtas nocere poteſt, is nec in agris poſſidet quidquam, vt agricolae; nec in nauibus, vt negotiatores.

Non habet, cui indormiat. Dicimus et hodie: Non habet et lectum, aut non habet ſtramentum, quibus indormiat.

Omnia praeter animam. Quum nihil non datum ſignificamus praeter vitam, dicimus omnia tradita praeter animam. Simili figura animam debere dicuntur, qui plus quam omnia debent.

Acron. in Hor. *Zonam perdidit.* Prouerbium caſtrenſe in ἀχρηματους. *Id eſt*, eos qui nihil habent numorum. Porphyrius tractum dicit a militum conſuetudine, qui quidquid habent, in zona ſecum portant.

Terent. *Animam debet.* Τὴν ψυχὴν ὀφείλει. De eo, qui immodico aere alieno teneatur, vt plus quam omnes facultates debeat, ac denique ſeipſum debeat. Erat enim antiquitus lex, vt qui ſoluendo non eſſet, is nexus addiceretur creditori luiturus corpore, id eſt, opera, quando non haberet in aere.

Sagun

Saguntina fames. Est Saguntum Hispaniarum oppidum iuxta flumen Hiberum, societate foedereque coniunctum cum Romanis: Id longa Poenorum obsidione fameque eo redactum est, vt ciues exstructo in foro igni, quidquid erat preciosarum rerum, in eum conficerent, ac postremo seque suosque liberos eodem praecipitarent, ne venirent in hostium manus. Aristoph.

Fames Meliaea. Λιμὸς Μηλιαῖος. De fame extrema, deque rebus difficillimis. Est enim Melus oppidum Thessaliae, quod Nicias Atheniensium dux obsedit, expugnauitque, non tam machinis bellicis, quam fame. Meminit historiae Thucydides. Aristoph.

Famis campus. Λιμῶ πεδίον. In ciuitates dicitur ingenti fame pressas. Est autem locus quispiam hoc nomine. Cum aliquando illic summa fame laboraretur, apud Athenienses oraculum monuit, vt famem, loco designato, certis piaculis placarent: Illi designarunt campum, qui est post aerarium, quem inde famis campum appellant.

Λιμοδωριᾶς. Hesychius dicit ex autoritate Didymi, eos qui iuxta Oetam accolebant, sic vocatos, quod ob terrae sterilitatem frequenter cum fame rem habebant. Apud Plutarchum haec quoque reperitur fabula. Cum aliquando Peloponnesus, in qua Dores annonae laboret inopia, quidam vrgente fame, collectis sarcinis, inde demigrarunt, ii cum incertis sedibus huc atque illuc vagarentur, recepti sunt in ciuitatem a Tripolitis. Tripolis autem ea in Rhodo est. Nomen igitur inditum illis, vt dicerentur Λιμοδωριᾶς. Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti aliquo demigrant.

Aquam bibens nihil boni parias. Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκῃς. Languet poëtarum ingenium ni vino concalescat. Demetr.

Hor. *Nulla placere diu, neque viuere carmina possunt,*

Quae scribuntur aquae potoribus:

Iuuen. *Satur est, quum dicit Horatius Obe.*

Hor. *Foecundi calices, quem non fecere disertum:* Item:

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus. Et,

Ennius ipse pater numquam, nisi potus ad arma

Prosiliit dicenda.

Aristoteles psittacum loquaciorem fieri putat, si vinum biberit.

Non est, Dithyrambus, si bibat aquam. Οὐκ ἐστὶ Διθύραμβος, ἂν ὕδωρ πίνῃ. Non adest hilaritas cum deest vinum. Excitat enim vini calor inueniendi vim, quae torpet nonnumquam in ieiunis, mouet phantasias, addit impetus, subministrat fiduciam. Dithyrambi canebantur in honorem Bacchi, qui et ipse διθύραμβος dictus est, quod bis natus velut e duabus ianuis prodierit.

Horat. *Quaerendae facultates, deinde virtus.* Δίζεσθαι βιοτὴν, ἀρετὴν δὲ ὅταν ᾖ βίος.

Horat. *O ciues, ciues quaerenda pecunia primum est,*

Virtus post numos.

Pausone mendicior. Παύσωνος πτωχότερος. Pauson pictor quispiam fuit insigni tenuitate, quem ad modum apud Iuuenalem Codrus.

Zenod. *Sterilior agrippo.* Ἀκαρπότερος ἀγρίππου. Laconum adagium est de iis, qui sunt extremae paupertatis, neque quidquam facultatum possident. Quadrat et in ignauos, nulliusque industriae homines. Lacones oleam siluestrem agrippum vocant.

Trium

Trium dierum commeatum. Cum instare paupertas extrema significatur. Translatio ducta a militum commeatu. Aristoph.

Qui eget, in turba versetur. Etiam hodiernis temporibus vulgo iactatur fabula de caeco mendico, qui iubebat ministro, vt eo se duceret, vbi maxima esset hominum procella, addens sententiam populari ioco celebrem, *Ibi quaestum est, vbi sit hominum frequentia.* Homer.

Mendico ne parentes quidem amici sunt. Πτωχῷ φίλοι οὐδ' οἱ γεννήτορες. Diuitiae conciliant amicos. Paupertas nec illos habet amicos, quos natura coniunxit.

Omnem facultatem indutus est. Ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἠμφίεσται. De paupere, qui praeter vestitum nihil praeterea rerum possidet. Hodie vulgato ioco dicunt: *Cum subsilio, facultates omnes meae commouentur.* Notum illud Biantis philosophi dictum: *Omnia mea mecum porto.* Plautus. *Hoc quod induta sum, summae opes.*

Theagenis pecuniae. Θεαγένους χρήματα, τὰ τ' Αἰσχίνου. Iocus prouerbialis in eos, qui pauperes cum sunt, tamen diuites haberi volunt. Hoc morbo notatus est vterque et Theagenes et Aeschines. Vnde cognomen his additum Σέλλοις, a Sello quopiam inepte ambitioso. Finitimum ei: *Phaniae ianua.* Aristoph.

Cleomenes cubile superat. Ὁ Κλεομένης τὴν κοίτης ὑπερέχει. De eo, qui magis abundaret rebus superuacaneis, quam necessariis. Dictum apparet a quopiam corpore, quam pro lectuli modo, maiore. Colum.

Certissima paupertas. Columella: *Praeparatis receptaculis oportebit suo quidque loco generatim aut etiam speciatim non nulla disponere, quo facilius cum postulabit vsus, recipere possit. Nam vetus prouerbium est, paupertatem certissimam esse, cum alicuius* indi-

indigeas, vti eo non posse, quia ignoretur vbi proiectum iaceat, quod desideratur.

Cicero. *Ostiatim.* Eleganter nec sine prouerbii specie Cicero dixit Ostiatim, pro singulatim, siue nominatim. Iucundius erit, si transferatur ad res animi, vt si quis e singulis libris aut capitibus auctorum petat testimonia aut probationes, dicitur ostiatim petere.

PENSATIO BENEFICII, VEL OFFICII.

Plato. *Manus manum fricat.* Monet adagium neminem ferme mortalium inueniri, qui velit in quempiam beneficium collocare, a quo non speret aliquid emolumenti vicissim ad se rediturum, sed officium inuitari officio. Idem adagium effertur et hoc pacto: χεὶρ χεῖρα νίπτει.

Suidas. *Botrus oppositus botro maturescit.* Βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται. Quando dicemus talem quemque euadere, cum qualibus habet consuetudinem. Habet autem hoc assiduitas, vt vicinis vitia faciat communia. Translatum ab vuis quae mutuo oppositae maturitatem inter se vicissim et dant et accipiunt.

Cicero. *Da mihi mutuum testimonium.* Δάνειςόν μοι μαρτυρίαν. *Id est*, Da mihi tuum testimonium, recepturus itidem meum. In eos recte iaciendum, qui se mutua talione laudant.

Senes mutuum fricant. Hadrianus Imperator veteranum quempiam seruorum penuria sese marmoribus affricantem conspicatus, eum seruulis aliquot et sumtibus donauit. Reliqui veterani hoc feliciter cessisse videntes, plures sub oculis imperatoris coeperunt et ipsi marmoribus sese affricare, vt elicerent principis benignitatem. At ille euocatis senibus iussit vt alius alium vicissim defricaret, atque ita pueris nil opus

opus fore. Is iocus post in fabulam vulgi cessit. Celebratur et Scipionis Aemiliani apophthegma. Iumenta quod manibus careant, alieno egere frictu. Quo significatum est, eos qui res egregias gerere non possunt, egere praecone quo famam sibi comparent.

Pro Delo Calauriam. Ἀντὶ Δήλȣ τὴν Καλαυρίαν. Est in fabulis, Neptunum cum Latona permutationem fecisse, vt illa Calauriam insulam Neptuno concederet, possideret Delum, proque dato Taenaro reciperet Pythonem. Est autem Calauria exigua insula, haud procul a Creta. Ea res in prouerbium abiit, quoties officium officio pensatur.

Fricantem refrica. Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν. Par est, de merente bene, bene mereri, et officio pensare. Suidas ab asinis metaphoram translatam existimat, inuicem morsicantibus et in vtramque partem dici posse, qui se mutuis officiis adiuuant, aut qui se mutuis contumeliis afficiunt. Diog.

Ferrum ferro acuitur. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui. Prov. 7.

Eodem cubito. Ἀντῷ πήχει. Non inutile fuerit admonere, plerasque metaphoras a mensuris ductas, esse prouerbiales, vt, *Pensiculare rem*, *Pensitare factum: Rependere beneficium*, *Remetiri gratiam*, *Librare negotium. Expendere causam*, *Renumerare beneficium Aequilibrium officii*, *Retaliare conuicium*, atque id genus alia. Lucian.

Eadem mensura. Christus in Euangelio vtitur, cum ait futurum vt qua mensura fuerimus aliis emensi, eadem nobis remetietur. Matt. 7.

Par pari referre. Ἶσον ἴσῳ ἐπιφέρειν. Qua monemur, vt tales simus in alios, quales in nos illos expetimus. Idem in Prologo Phorm. *Quod ab ipso allatum est, sibi id esse relatum putet.* Natum prouerbium videtur a compotationibus Terent.

veterum Graecorum, apud quos aequalibus cyathis bibere mos erat.

Paria facere. idem eſt, quod penſare ex aequo.

Plaut. *Hoſtimentum eſt opera pro pecunia.* Hoc adagium admonet nihil gratuitum eſſe debere, ſed officium beneficio penſandum. Hoſtimentum autem, auctore Feſto Pompeio, beneficii penſatio eſt, a priſco verbo hoſtire et adhoſtire, quod eſt paria referre: Ab eodem hoſtem dici putat Nonius, quod ex aequa cauſa pugnam ſuſcipiat. Sic Lena apud Plautum in Aſinaria adoleſcenti reſpondet ſua exprobranti beneficia: *Hoſtimentum eſt opera pro pecunia*, hoc eſt, neuter habet quod imputet alteri: Tu mulierem amabas, miſſa eſt; Ego pecuniam, dediſti.

Suidas. *Pro bonis glomi.* Ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Dici conſueuit, vbi quis beneficium quod in alium contuliſſet, cumulate, cumque foenore reciperet. Agathides enim Graecis glomi dicuntur, verum alluſionis decus in voce Graeca eſt, quod in ſermone Latino reddi non poteſt.

Cicero. *Vt ſementem feceris, ita et metes.* Reportabis praemium tuis factis dignum. Perquam feſtiuum eſt, quod de Diogene refert Laertius. Super coenam quidam illi obiiciebant oſſa veluti cani, quod Cynicus eſſet: eam contumeliam ſic ille penſauit, acceſſit propius, et juxta illos ſtans mingebant, viciſſim illis canem agens. Sed propius huc pertinet, quod idem refert in Zenone, qui ſeruum in furto deprehenſum cedebat. Seruus interim clamabat, in fatis fuiſſe vt furaretur. At Zenon, illud etiam, vt caedereris. Seruus quoniam audierat herum diſputantem de neceſſitate fatorum, eam prætexuit ſuo commiſſo. Sed ſcite retorſit philoſophus,

Idem. *Benefactis penſare delicta.* Ἄλλοις ἐν ἄλλοις τὸν δ' ἀποδίντα ψόγον.

PER-

PERFICIENDI SIVE ABSOLVENDI.

Nodum solvere. Καθαμμαλύειν. Dicebatur, Cicero.
qui negotium alioqui impeditum facile conficeret. Natum prouerbium a Midae curru nodis quibusdam inexplicabilibus connexo. Rumor erat apud Phrygas, eum qui vinculum soluisset, Asiae imperio potiturum. Alexander M. hunc nodum gladio dissecuit.

Tenedia bipennis. Τενέδιος λύειν. Conueniet aut in eos, qui nimium seuere iudicant ac puniunt, aut qui celeriter expediunt controuersias, et litium ambiguitates. Inde translatum quod olim rex Tenedi securim gestans lites audire consueuit: causaque iudicata, protinus eum qui fecisset iniuriam, securi percutere. Aut quod Tenedius quidam rex legem tulit in adulteros; vt vtriusque corpus securi concideretur, eiusque legis exemplum etiam in filium edit. Proinde in nomismate iussit insculpi altera ex parte securim, altera duos vultus ex eadem ceruice prominentes

Colophonem addidit. Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκεν. Dici consueuit, cum summa manus rei cuipiam imponitur, aut cum accedit id, sine quo negotium confici non potest. Strabo scribit Colophonios olim cum naualibus copiis abundasse, tum equestribus adeo praecelluisse, vt vbicumque gentium bellum gereretur, quod confici non posset. Colophoniorum equitum auxilio profligaretur. Diog.

Colophonium suffragium. Κολοφωνία ψῆφος. Cum olim Colophonii domesticis seditionibus tumultuarentur inter sese, euenit, vt aliquot ex illis mutatis sedibus ad Smyrnaeos demigrarent. Dein accidit, vt, cum bellum gererent, Smyrnaei ac saepe numero victi decessissent, tandem adhibitis Colophoniis, quos in ciuitatem receperant, exstitere superiores. Vnde institutum

tum eſt, vt, quem ad modum Smyrnaei non vicerant in bello, niſi Colophoniorum acceſſione, ita nec in ſuffragiis vincerent, niſi illorum calculum adiungerent. Proinde cum Colophonii duodecim ciuitatibus imperarent, quarum vna Smyrna in publicis conſiliis, ſi quando Smyrnenſium aequales fuiſſent calculi, pars ea vincebat, cui ſubſcripſiſſent Colophonii illi, quorum opera vicerant in praelio. Itaque prouerbium quadrabit, quum ſignificabimus, iudicium aut ſuffragium alicuius plurimum in re quapiam valere.

Cicero. *Summum faſtigium imponere.* Pro eo quod eſt, Rem omnibus ſuis partibus abſoluere. Tranſlatum ab aedificatoribus, qui perfecto demum aedificio, faſtigium aliquod ſolent imponere.

Circulum abſoluere. Τὸν κύκλον ἀποτελᾶν. Eſt rem omnibus numeris, omnibus partibus perfectam reddere. Metaphora ſumta a Mathematicis, apud quos circularis forma perfectiſſima abſolutiſſimaque iudicatur.

Seneca. *Summam manum addere.* Mirum ni metaphora ab artificibus tranſlata, qui primum rude quoddam operis ſimulacrum effingunt, atque hanc primam appellant manum, deinde formant expreſſius, poſtremo ſumma cura expoliunt, atque hanc ſupremam ſeu ſummam manum vocant. Eadem figura dicimus: *Nihil deeſſe, praeter extremam manum*

Cicero. *Supremum fabulae actum addere.* Pro eo, quod eſt: Extremum finem imponere, a poetis comoediarum aut tragoediarum ſcriptoribus aſcitum, qui fabulas ſuas in actus quoſdam diſtribuunt. Solent autem in extremo actu plurimum artis addere

Ad vmbilicum ducere. Pro eo quod eſt, Librum finire atque abſoluere. Sunt enim vmbilici ornamenta quaedam oſſea aut lignea corneaue, vmbilici noſtri formam imitantia, quae voluminibus

bus iam absolutis addebantur, atque hinc prouerbialem figuram esse natam putant. *Ad vmbilicum peruenit* id est, ad finem.

Ad coronidem vsque. Μέχρι τὴν κορωνίδος. Cum extremum finem rei cuiuspiam significamus. A nauibus translatum, quibus aliquid nostri speciem gerens solet addi. Coronis Graecis est cornicula. Iucundius erit, quoties transfertur ad animum, veluti si quis studiorum coronidem, dicat: aut moneat, vt egregiis coeptis auream addat coronidem, aut vitae laudabiliter actae iubeat auream imponi coronidem, hoc est, mortem piam.

Seruatori tertium. Τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι. Pindari interpres ostendit, antiquitus fuisse morem, vt in conuiuiis primus calix misceretur Ioui Olympio, secundus Heroibus, tertius Ioui seruatori. Addit autem hunc calicem Σωτῆρος appellatum, quod huc vsque potatio citra ebrietatem animique noxam consisteret. Iuxta illud apud Apuleium Asclepiadis dictum, existimantis primum craterem pertinere ad sitim, secundum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad insaniam.

Domum quum facis, ne relinquas impolitam. Sensus est: Vnicuique negotio, quod semel instituerimus, finem idoneum imponendum, vt nihil omnino desideretur. Veluti si quis adhortetur aliquem ne litteratum studium deserat, sed laudabiliter institutis summam manum imponat, ne vulgo ludibrio sit. Hesiod.

Omnia octo. Ἀπαντοκτώ. Cum nihil deesse significamus, aut quum multa inter se similia videntur. Paroemia nata a Stesichori poëtae, in quo sepultus erat, monumento, diligenti ratione ex omnibus octonis constructo, octo gradibus, octo angulis. Hinc prouerbium ἀπαντοκτώ. Sunt qui dicant, eum, qui Corinthios in vnam ciuitatem Iul. Pol.

vitatem coegit, ciues vniuerſos in octo tribus diſtribuiſſe, atque hinc ortum vulgi ſermonem. Neque deſunt, qui ſcribant, idque Euandro auctore, octo deos eſſe, qui rerum imperent ſummae, ignem, aquam, terram, caelum, lunam, ſolem, mithram, noctem. Alii dicunt octo fuiſſe certaminum ſpecies in olympiis. Quod ſi nobis quoque conceditur in aenigmate diuinare, non abſurde natum videri poteſt a fabula, quam narrat Plutarchus. Deliis ac caeteris Graecis oraculo reſponſum fuiſſe apud Aegyptios, ita demum malorum finem fore, ſi aram, quae in Delo erat, duplicaſſent. Qui cum non intellexiſſent, quid ſibi vellet oraculum, ridicule duplatis ſingulis arae lateribus, imprudentes ſolidum octuplum effecerunt, ob inſcitiam proportionis, quae longitudine duplum reddit. Ceterum hac in re conſultus Plato, geometriae cum primis peritus, reſpondit, Deum graecis imperitiam exprobraſſe, monere, vt geometriae darent operam.

Cicero. *Si meus ille ſtilus fuiſſet.* Pro eo quod eſt, Si hoc negotii meo arbitrio, meoque artificio commiſſum fuiſſet. Tranſlata metaphora a fabularum auctoribus, quorum ſtilo et calamo fabula tota conficitur. Porro ſtilus eſt cuſpis illa graphiarla qua ſcribimus in tabulis ceratis.

Strabo. *Ad Herculis columnas.* Ἡράκλειαι στῆλαι. Sic enim vulgo dici ſolet, τὰ πέρα Γαδείρων οὐ περατά. Quo ſignificant vltra columnas Herculis non eſſe quo progrediare. Columnas has Hercules ibi fixiſſe dicitur, cum boues veſtigaret Geryonis, tamquam illic eſſet ſuprema orbis meta.

Ab phaſim vſque nauigauit. Εἰς Φᾶσιν ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος. Phaſis Euxini ſinus et extrema nauigationis meta. Sumtum videtur ab Iaſonis fabula. Neque diſſimile fuerit ſchema, ſi quis ad Herculis vſque columnas dicatur nauigaviſſe

viſſe aut vſque ad Britannos, quos auctores extra mundi terminos ponunt, quod Oceano ſeparentur.

Omni deuorato boue in cauda defecit. Πάντα ἐκτραγὼν τὸν βοῦν, ὡς τὴν οὐρὰν ἀπέκαμεν. *Hoc eſt,* Reliquo negotio peracto, in extremo fine delaſſatus eſt.

Bellicum canere, Receptui canere. Bellicum canere, pro eo, quod eſt animare atque exhortari. *Receptui canere,* pro finire. *Signa canant* apud Martialem, id eſt, iam congrediamur. Et apud Plaut. *Collatis ſignis depugnare.* Apud eumdem, *Verſis gladiis depugnare.* Quin hoc ipſum collatis ſignis, haud dubie prouerbii ſpeciem habet, cum ſignificamus ſeriam et exactam de re diſceptationem, Iuuenal. *Haec tuba rixae,* id eſt, hoc belli initium.

Hic telam texuit, ille deduxit. *Hoc eſt,* Alter orſus eſt, alter perfecit. Iul. Pol.

Filum neuiſti et acu opus eſt. Ῥάμμα ἐπίκλωσας, προσδεῖ καὶ ῥαφίδος. Cum ſignificamus non ſatis eſſe coepiſſe, niſi pari induſtria perficias. Didiciſti artem, ſupereſt exercitatio. Didiciſti grammaticam, reſtat dialectica. Didiciſti ſacras litteras, reſtat bona vita. Herm.

Summum ſuere centonem. Ad hanc formam pertinet, quod apud Nonium Lucilius: *Sarcinatoris eſſe ſummum ſuere centonem optime.* Lucil.

Lunae radiis non matureſcit botrus. Conueniet in eos, qui conantur, quod ob defectum virium non queunt perficere. Plutarch.

Nihil poteſt nec addi, nec adimi. De perfectis operibus ita vulgo dici ſolitum.

Quadratus homo. Qui caret omni vitio, et quae ſunt virtutis, contemplatur, ac fortunae caſus optime fert, ac prorſus omni ex parte moderate, is vere bonus eſt et quadrangulus. Ariſtot.

Rudem

Horat. *Rudem accipere. Rude donare.* Pro dimitti a munere. Inde ducta metaphora, quod antiquitus gladiatores, quibus permissum erat a gladiatorio munere cessare, rude donati dicebantur. Ea cessatio dabatur virga, quam rudem appellabant, vnde hoc modo dimissi rudiarii vocantur. Proinde quicumque a munere quouis in otium restituuntur, vel ob aetatem, vel ob imbecillitatem, rudem accepisse dicentur.

Solon. *Finem vitae specta.* Solon Croeso respondit, nemini competere nomen beati, nisi qui feliciter vitae cursum peregisset. Quod referens Iuuenal. *Quem vox*, inquit, *facunda Solonis respicere extrema iussit spatia vltima vitae.* Ovidius sic extulit: *Sed scilicet vltima semper. Exspectanda dies homini est, dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet.* Quin hodieque passim omnibus est in ore: *Ab exitu rem spectandam esse.*

Haud perficiet. Qui dicet negotium haudquaquam perfectum iri, verbis Homeri id dicat licebit:

Τελέει δ᾽ οὐδὸν ἄποτε ταύτην.

Terent. *Capere prouinciam. Tradere prouinciam.* Tradere prouinciam, figura prouerbiali dicuntur, qui negotium aliquod curandum committunt. Capiunt suscipiuntue prouinciam, qui rei curandae onus in se recipiunt, Metaphora sumta a consuetudine Romanorum, apud quos qui magistratum gerebant, prouincias alias alii sortiebantur. Terent. *O Geta, prouinciam suscepisti duram.* Plautus: *Abi directus in tuam prouinciam.*

Lucret. *Cursu lampada trado.* Est partes meas quasi successione, in alium atque alium transfero. Eodem pertinet illud Persianum: *Qui prior es, cur me in decursu*

curſu lampada poſcis? Terent. *Tradunt operas mutuas, et aliis alii viciſſim ſuppetias ferunt.*

Sarta tecta. Pro conſummatis, probeque curatis, et in quibus nihil ſit omiſſum, ex ſollemnibus verbis Iureconſultorum abiit in proverbium. Plautus in Trinum. *Ne tibi aegritudinem pater parerem, parſi ſedulo, Sarta tecta tua praecepta vſque habui mea modeſtia.* Cicero.

PERFIDIA.

Verbis conceptis peierare. Olim iuraturo ſollemnibus verbis praeibatur, quo iusiurandum eſſet firmius. Interdum iurans tenebat aram, quo maior eſſet iurisiurandi religio. Itaque ſanctiſſimum iusiurandum ſignificantes, dicebant: *nec ſi aram tenens iuraueris, credam tibi.* Plaut.

Θράττειν. Significat decipere, et Thraciis dolis tractare. Sunt enim θράτται ancillae Thraciae.

Superauit dolum Troianum. Plautus in Pſeud. *Superauit dolum Trojanum, atque vicit Pſeudolus.* Sentit autem de equo Troiano e trabibus contexto. Quem ad modum autem Graeci per ſubornatum Sinonem impoſuere Troianis; ita Pſeudolus per Harpagem impoſuit Lenoni. Idem.

Graeca fide. Ἑλληνικῇ πίστει. Pro certa fide per ironiam. Auſonius: *Mutuatur ad Graecam fidem.* Euripides: πιστὸς Ἕλλας οἶδεν οὐδέν. Auſon.

Punica fides. Poenorum perfidia in prouerbium abiit, quod ea gens peculiariter perfidiae vanitatisque notata ſit.

Altera ſcabit, altera ferit. Gregorius Theologus: ὥσπερ ἄν τις ἑνὸς ἀνδρὸς, τῇ μὲν τῶν χειρῶν καταψήχοι τὴν κεφαλὴν, τῇ δὲ παίοι τὴν παρειάν. Gregor.

Ex eodem ore calidum et frigidum efflare. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγειν. v. locum inconſtantiae. Aeſop.

Magadari. Μαγαδίζειν siue Μαγαδεύειν, dicebantur olim qui bilingues essent: eodem ore laudantes ac vituperantes, pudice et obscoene loquentes: ductum a magadide, quod organum esse δίφωνον constat, simul emittens geminam vocem, grauem et acutam, harmonia quae diticur δὶς διὰ πασῶν.

Plutarch. *Altera manu fert aquam, altera ignem.* Τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δὲ ἑτέρῃ τὸ πῦρ. In eum torqueas licebit, qui quum coram sit blandus, occulte noceat, aut in bilinguem, et nunc laudantem, nunc vituperantem. Loquitur Plutarchus de muliere diuersis et contrariis instructa.

Plaut. *Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat.* Qui coram blandiuntur, clam obtrectantes, palam amicos agunt, clanculum nocent, aut qui hic prosunt, illic laedunt, falsam beneficii spem ostentant, vt nacti occasionem funditus perdant, ii dicuntur altera manu portare lapidem, altera panem ostentare. Translatum ab iis, qui canes ostentato pane pelliciunt: deinde accedentibus saxum illidunt.

PERPLEXVS.

Diog. *Ventus neque manere sinit, neque nauigare.* Ἄνεμος οὔτε μένειν ἐᾷ, οὔτε πλεῖν. Vsus erit, vbi quis in eas rerum angustias inciderit, vt nec relinquere negotium sit integrum, nec absoluendi sit facultas. Metaphora sumta a saeuissima ventorum tempestate, cum nautis et periculosissima est nauigatio, neque tutum tamen ancoram iacere.

Terent. *Auribus lupum teneo.* Donatus Graecam paroemiam Graecis abscribit verbis: Τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι. Ajunt lupum non posse tenere auribus. Dicitur in eos, qui huiusmodi negotio inuoluuntur, quod neque relin-

relinquere sit integrum, neque tolerari possit. Videtur ab euentu quopiam natum, aut inde certe, quod vt lepus, auribus quippe praelongis commodissime tenetur; ita lupus, quod aures habet pro corpore breuiores, teneri iis non potest, neque rursum citra summum periculum e manibus dimitti belua tam mordax.

Haeret in vado. Metaphora a nauigio ducta, quod vado illisum frustra circumagitur, neque cursum institutum tenere potest, id quod euenit iis, qui incidunt in syrtes atque salebras. Tullius: *Venit ad extremum, haeret in salebra.* Sunt autem salebrae fluminum aut viarum obstacula, a saltu dictae. Ambros.

Gangamon. Iulius Pollux citat Aeschylum, qui negotium inuolutum et explicatu difficile γαγγαμῶνα dixerit quemadmodum dicimus nassam. Docet item genus esse retis inuolutis flexibus sinuosum ac perplexum, quod a Graecis dicatur γαγγαμὼν a γῶ quod est, capio. Aeschyl.

In aqua haeret. Qui fluctuat, neque in solido consistit. Translatum ab oratorum clepsydra, vt eum in aqua haerere dicamus, qui se distillata iam aqua tamen e causa non potest expedire, vel a fluitantibus, qui vado destituti, huc atque illuc iactantur, quoque magis se commouent, hoc maiore periculo laborant. Cicero.

Nunc meae in arctum coguntur copiae. Terent. *In angustum oppido nunc meae coguntur copiae.* Metaphora sumta ab exercitu, qui vndique obsidetur ab hostibus, vt difficile sit effugere. Terent.

In puteo constrictus. Ἐν φρέατι συσχόμενος. Quadrabit in eos, qui in angustias eas redacti sunt, vt extricare sese nullo modo possint. Idem: *In puteo cum cane pugnare, et Cantherium in fossa.* Plato.

Perplexus. Qui in maximis versatur periculis, nec vllum affulget subsidium, vsurpabit illud Homeri; ex Odyss. ξ. Homer.

Οὐδέ τις ἄλλη

Φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα.

Perplexus, animique consternati. In eum, qui periculoso negotio consternatur animo, nec rationem inuenit, qua explicet sese, quadrabit illud Homeri ex Iliad. Θ.

Νέστορα δ' ἐκ χειρῶν φύγον ἡνία σιγαλόεντα.

Ambr. *Ne Execestides quidem viam inuenerit.* Οὐδ' Ἐξηκεστίδης ἂν εὕροι τὴν ἐνθᾶαν ὁδόν. De negotio perplexo atque inexplicabili. Execestides quidam vulgo male audiit, quod immodicus esset in peregrinationibus, vt omnes vias quam maxime cognitas haberet.

Labyrinthus. Λαβύρινθος. Labyrinthum olim vocabant orationem, aut rem quampiam vehementer impeditam et inextricabilem. Veluti si quis philosophiae studium, Labyrinthum vocet. Sumtum a Labyrintho Daedali. Huic non dissimilis erat *Maeander.* Id erat picturae genus ortum ab exemplo Labyrinthorum, Prudentius in carmine; Cultor Dei, *O tortuose serpens, Qui mille per Maeandros.*

De gradu deiicere. Pro eo quod est, animo consternari, ac velut a statumentis dimoueri. *In gradum reponere*, quasi in pristinum locum restituere. Ad eamdem formam pertinet: *mouere loco*, *deturbare gradu*, *restituere in locum.*

De possessione deiicere. Ex sermone Iurisconsultorum in vulgi sermonem abiit, pro eo quod est famam cuipiam eripere, quam iam omnium consensu obtinuerit, aut adimere quippiam, quod suo quasi iure tenere videatur. Nam ius semper fauet possidenti.

Plaut. *Peribis, si non feceris.* Vbi quis in eum redactus est locum, vt nec aggredi rem possit citra magnum incommodum neque tuto omittere. Conveniet

veniet illud oraculi: *peribo si non fecero: si faxo vapulo.*

Nec currimus, nec remigamus. Apte torquebitur in illos, qui frustra conantes, nihil proficiunt, videlicet aduersante fortuna. Cicero.

Nec caput, nec pedes. Negotium ita perturbatum, vt nescias quo pacto vel expedias vel amittas.

PERSPICACITAS.

Lynceo perspicacior. Sunt qui tradunt Lynceum primum reperisse fodinas metallorum, aeris, argenti, et auri. Et vulgo natam fabulam, quod ea quoque videret, quae sub terra forent. Aristophanes in Pluto: Βλέπειν τ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τῦ λυγκέως. Cicero: *Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat.* Plato.

Serpentis oculus. Ὄφιος ὄμμα. De his dici consueuit, qui acribus et intentis intuerentur oculis. Ab animante sumta metaphora. Horat.

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,

Quam aut aquila, aut serpens Epidaurus?

Ἐν πλάτει. Dictum, accipiendum, interpretantur Graeci, cum paullulum vltra praescriptum significant esse concedendum, praesertim in his, quae sunt humanitatis. Veluti si quis pollicitus solutionem ad diem Augusti decimum, reddat postridie. Iulianus pandectarum lib. 46. Tit. De solution. et liberat. l. 13. *Ratum autem dominus habere debet, mox cum primum certior factus est, sed hoc, ἐν πλάτει, et cum quodam spatio temporis accipi debet.* Iulian.

Odorari. Translationes quae ducuntur a corporis sensibus, omnes fere prouerbiales sunt: veluti *Odorari*, pro rescifcere et sagaciter deprehensum atque animaduersum cognoscere: *Olfacere,*

pro deprehendere: *Subolere*, pro suspectum esse: *Obolere* pro molestum esse, aut esse in suspicione. Huc pertinent et illa: *Olet mendacium, Redolet Atticismum, Olet lucernam.* Cicero ad Atticum: *Hominem degustes.* Idem ad eumdem: *Et Latinus ille tuus Atticismus ex interuallo regustandus.* Et *palato satisfacere* dicitur, quod animo placet. *Deuorare taedium. Absorbere molestiam.* Affinia sunt illa: *Sapiunt arrogantiam, Resipiunt iuuenile quiddam. Concoquere* item pro vincere molestiam. *Nauseare*, cum taedio audire. *Euomere*, dicere quod dolor non sinebat reticere. *Et exspuere miseriam ex animo. Consputare*, pro lacessere maledictis. *Despuere*, pro contemnere: *Stomachari*, pro indignari. *Oculis ferre*, pro vehementer amare curaeque habere. *In oculis esse*, *Obuersari oculis*, id est, recordari, et in memoria cogitationeque esse. *Respicere*, *curam agere*, *et rationem habere. Prospicere*, in posterum consulere. *Despicere* fastidire. *Suspicere*, mirari. *Conniuere* pro data opera dissimulare. *Caecutire*, *hallucinari*, pro falli iudicio.

PERSPICVITAS.

Plutarch. *Vel caeco appareat.* De vehementer perspicua re. Euseb. aduersus Hieroclem.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τυφλῷ, φασὶ δῆλον.

Plato. *Et puero perspicuum est.* Καὶ παιδὶ δῆλον. De re supra modum perspicua confessaque.

Horat. *Notum lippis ac tonsoribus.* Quae iam in ora vulgi abierunt, omnibus tonsoribus ac lippis nota dicuntur, propterea quod olim in tonstrinarum concessibus omnes rumores narrari consueverunt. Horatius: *Opinor omnibus et lippis notum et tonsoribus esse.* Nam lippi in tonsorum officinis desident, expetentes remedium oculorum.

Tam-

Tamquam in ſpeculo. Tamquam in tabula. Καθάπερ ἐν κατόπτρῳ, καὶ ὥσπερ ἐν γραφῇ. De re vehementer euidente, perſpicuaque. Terentius: *Denique inſpicere tamquam in ſpeculum vitas omnium iubeo;* proterea quod inter multa, quae rerum referunt imagines, velut aqua, aes politum, gemmae quaedam, nihil aeque perſpicue reddit ſimulacra, vt vitrum plumbo ſublitum. Nam vitrum quidem vt rarum ac pellucidum maxime capax eſt imaginum, verum acceptas non perinde continet ob pellucentiam, proinde ſublitum plumbum ob nigrorem aliquem naturaeque denſitatem, ſiſtit impreſſam imaginem, neque dilabi ſinit. Euaneſcunt enim ſimulacra non ſecus atque candelae lumen in ſole, quoties excipiuntur in corpore nimium tenui perſpicuoque, velut in aere pura aqua, cryſtallo, vitroque non obſcurato corporis alicuius oppoſitu. Rurſum in nimium denſis et obſcuris non haerent, velut in ſilice, lignoue. Proinde natura ſollertiſſima rerum omnium architectrix, oculum animantium ad ſpeculorum imaginem finxiſſe videtur, quippe parti pellucenti nigrorem quemdam adiunxit a tergo, quo ſublato protinus tollatur et videndi facultas. Vnde ſcite dictum eſt, illud, vt ſpeculum oculus eſt artis, ita oculum eſſe naturae ſpeculum. Illud miraculo dignum, ſpeculum non modo clariſſime repraeſentare ſimulacra rerum omnium, quaecumque obiecta ſunt, verum etiam interualla, colores motus, breuiter res ipſas paene dixerim euidentius quam ſunt, hoc vno diſcrimine, quod aduerſa refert. Cuius cauſa haec eſt, quod ſpecies quae a corpore ſolido per aerem manat ſpeculi ſuperficiem, ſimplex puraque eſt, vnde fit, vt non alia ſit auerſa, quam aduerſa. Iam ars picturae a rudibus initiis profecta, eo ſubtilitatis excreuit, vt non oculis hominum, ſed etiam auribus impoſuerit

effeceritque, vt veras esse crederent, quae coloribus erant fucata.

Suidas. *Rudius ac plenius.* Suidas admonet subesse proverbium, quod hunc ad modum feratur: σαφέστερόν μοι κ' ἀμαθέστερον φράσον. Sumtum inde, quod antiquitus illi σόφοι, quos vocant, soleant mysteria sapientiae quibusdam aenigmatum inuolucris data opera obtegere, ne profana turba ac nondum philosophiae sacris initiata posset assequi.

Lucian. *Electro lucidior.* Ἠλέκτρου διαφεγγέστερος. De re magnopere dilucida, aut de forma supra modum nitida, quod electrum miro quodam more pelluceat.

Plutarch. *Veluti e speculo.* Ὡς ἀπὸ σκοπιᾶς. Cum quis rem velut oculis subiectam, totam vndique contemplatur; siquidem ex alto omnia commodissime spectantur, propterea quod nihil obstet, quod impediat prospectum.

Cicero. *Archimedes non posset melius describere.* Archimedes Syracusanus geometra fuit celeberrimus, nusquam non intentus figuris geometricis, adeo vt pingens sit interfectus. Ex quo prouerbii specie dixit Cicero. *Non Archimedes potuit melius describere.* Solent enim geometrae mathematicas figuras in puluere depingere.

Mens videt, mens audit. Νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει. Locus erit adagio, vbi iubemus quempiam attentum esse, quem ad modum dicimus: *Hic esto;* et, *istic sum.*

Candidus sermo. Λευκὸς λόγος. Graecis dicitur oratio dilucida perspicuaque a colore, qui inter caeteros plurimum habet lucis. Vnde λευκότερον ἤκειν, dicuntur, qui clarius efferunt, quod sentiunt, hoc est, Σαφέστερον; et λευκὴ φωνὴ vox dicitur, quae facile penetrat aures auditorum.

Per-

PERTINACIA.

Ostrei in morem haeret. Ὥσπερ λεπὰς προσίχεται. Aristophanes dixit in anum, quae aegre a iuuene diuellebatur. Aristoph.

Ὡς ἐντόνως, ὦ ζεῦ βασιλεῦ, τὸ γρᾴδιον.

Ὥσπερ λεπὰς τῷ μειρακίδῳ προσίχεται.

Est concharum genus, quod capillamentis quibusdam inter se cohaeret, quo tutius sit aduersus vndarum motus.

Alios Tragoedos prouocat. Τὰς ἑτέρας τραγῳδὰς ἀγωνιᾶται. Didymus ostendit dici solitum in eos, qui sese componunt, instruuntque aduersus partem aduersam. Translatum videtur e certaminibus baccho sacris, in quibus tragoedorum feruebat concertatio. Huc referas licet paullo inferius adductum. *Auriculam mordicus.* Lycurg. Sophist.

Mordicus tenere. Est summa pertinacia tueri, quod Graeci vocant ὀδάξ. In eundem sensum dixit Seneca: *Vtraque manu.* Cicero.

Toto corpore. Omnibus vnguiculis. A feris sumta metaphora, quae dentibus, vnguibus, totoque corpore retinere solent, quod nolint extorqueri.

Gladiatorio animo. Quo significatur ita tendi ac nocendum alteri, vt id cum proprio etiam periculo tentetur, animo pertinaci paratoque vel perdere vel perire. Nam gladiatori composito ad certamen haec pugnae proposita sors est, aut occidere, si occupauerit, aut occumbere, si cessauerit. Terent.

Nisi crura fracta fuerint. Marcus Tull. prouerbio fuisse iactatum in C. Plancum, eum perire non posse, nisi crura ei fracta fuissent. Is incenderat curiam, ob quod facinus cum esset eiectus in exilium, tamen post armatus ausus est redire in vrbem. Adagium ductum ab his, qui Cicero.

ob ſcelera ſubiguntur in crucem, tantaque eſt malitiae viuacitas, vt nec illic mori poſſint, niſi fractis cruribus mors acceleretur.

PHILAVTIA.

Non videmus manticae quod in tergo eſt. *Id eſt*, Non videmus noſtra ipſorum vitia, cum aliena curioſis oculis perſpiciamus. Finxit Aeſopus ſingulos mortales binas habere manticas, hoc eſt peras, alteram ante pectus, alteram a ſcapulis, tergoque propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena vitia immittimus, in poſteriorem noſtra.

Auguſt. *Quod volumus, ſanctum eſt.* D. Auguſtinus lib. contra Creſconium Grammaticum IV. *Non iam, vt vetus prouerbium fertur, quod volumus, ſanctum eſt, ſed etiam quando volumus, et quamdiu volumus.* Genus hoc hominum hodie regnat in mundo, qui pietatem non exigunt ad Chriſti regulam, ſed ad ſuos affectus et quidquid vehementer amant, hoc videri volunt etiam ſanctum.

Papae Myxus: Βαβαὶ Μύξος. In glorioſos et jactabundos dici conſueuit. Nam Βαβαὶ ſtuporis et admirationis ſignificationem habet. Myxus autem ſacerdos quiſpiam fuit Dianae glorioſus et magniloquus.

Amicos tragoedos aemulatur. Τὲς ἑταίρες τραγωδὲς ἀγωνιᾶται. Sumtum ab Hiſtrionibus tragoediarum, qui cum ſint leuiſſimi nebulones, tamen vbi Deum aut regem agunt in fabula, tum cultu, voce geſtuque maieſtatem quamdam imitantur. Dici ſolitum de his, qui ſe accommodarent, et morum ſeueritatem ſumerent ad aemulationem aliorum.

Plutarch. *Tragice loqui.* Τραγικώτερον λαλεῖν. Eſt verbis vti magnificentioribus. Eſt enim tragicorum character ſublimis, amatque tragoedia ampullas et ſeſquipedalia verba.

Tar-

Turpis iactantia. Non est generosi animi iactare sese de iis, quae fortiter aut feliciter fecit. Super hoc ita Menelaus apud Homerum. Homer.

Ὀυ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὐχετάασθαι.

Ne magna loquaris. Μὴ μεγάλα λέγε. Admonet temperandum esse a magniloquentia, iactantiaque, qua nihil omnium tolerabilius. Horatius: Diog.

Proiicit ampullas, et sesquipedalia verba.

Et spirat tragicum, satis et feliciter audet.

Argenti fontes. Ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσιν. In eos, qui stolide quidem atque indocte sed arroganter tamen et confidenter loquerentur, opibus videlicet suis freti. Mimus:

Fortuna, quem nimium fouet, stultum facit.

Antiphanes.

Ὁ δὲ πλοῦτος ἡμᾶς καθάπερ ἰατρὸς κακός,

Τυφλοὺς βλέποντας παραλαβὼν πάντας ποιεῖ.

Quadrabit in eos quoque, quorum oratio propter opum fiduciam plus satis libera atque audax videbitur. Nam quem ad modum paupertas timiditatem adfert, ita opulentia παῤῥησίαν, *id est*, loquendi confidentiam adducere solet.

Foenum habet in cornu. In homines feroces ac maledicos dicitur. Inde translatum, vt Acroni placet, quod antiquitus bobus cornupetis foenum pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cauerent, qui forte occurrissent, quod copiosiore pabulo non modo boues, sed et equi et asini insolentiores ac ferociores reddantur. Horat.

Colophonia ferocitas. Κολοφώνια ὕβρις. In insolentes, qui ferociter decipiunt et affligunt humilioris fortunae homines, aut in eos, quibus sua ferocitas exitium attulit. Sumtum ab arrogantia, superbiaque eius gentis. Vid. prouerb. *Colophonium suffragium.* Diog.

Oleum

Martial. *Oleum in auricula ferre.* Eſt apud Martialem Poëta taxare videtur hominem rigida ſupinaque aure:

Narratur quidam belle dixiſſe Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auricula.

Aures aqua infuſa offenduntur, oleo non item. Quin ſi forte aqua in aurem inciderit, oleo infuſo medemur, dum lubrica facta aure, aqua defluit. Hinc et vrinatores oleum auribus inſtillare conſueuerunt, quo minus aqua laedantur. Natum ergo prouerbium a geſtu eorum, quibus eſt aliquid liquoris infuſum, quod ne effluat, aurem ſupinant, quaſi auerſantes ac faſtidientes audire. Neque negarim poſſe referri ad aſſentatores, qui velut oleum in aurem inſtillant, dum iucunda loquuntur magis, quam ſalutaria.

Oleum vendere. Huc pertinebit et illud Euangelium, de venditoribus olei.

Homer. *Fortuna reddit inſolentes.* In eum, qui poſteaquam fortuna ſecundior affulſit, animos item effert, et paullo confidentius gerit ſeſe, quadrabit illud Homeri:

Γηθόσυνος δ' οὔρῳ πέτασ' ἱστία δῖος ὀδυσσεύς.

Ab Etcobutadis ducit genus. Ἐξ Ἐτεοβουταδῶν ἕλκει τὸ γένος. Dici ſolitum de iis, qui maioribus illuſtribus, et antiqua nobilitate ſunt oriundi, videlicet a Butho quopiam, qui, ſacerdotes inſtituit Athenis. Et ab huius poſteris poſtea ſummi magiſtratus creabantur. Venuſtius erit, ſi per ironiam ſumatur in hominem obſcurum, aut nobilitatis et imaginis oſtentatorem.

Ne intra veſtibulum quidem. Οὐδ' ἐντὸς ἱεροῦ. In tumidos, feroces et inſolentes dici ſolitum, qui procul omnes a ſe ſubmouent. Lex erat Athenis, vt homicidio contaminati extra ſepta ſacrorum conſiſterent; ſiquidem prima magnatum

tum atria solent patere quibuslibet. Ad hunc morem adagium videtur alludere.

Aut minus animi, aut plus potentiae. Ἢ φρονεῖν ἔλασσον, ἢ δύνασθαι δεῖ μεῖζον. Conuenit in feroces, quorum arrogantiae non suppetant vires. Aut qui non timent irritare, quem vincere non possunt. Plutarchus: *Aut adde viribus, aut detrahe animo.* Plutarch.

Mendax atraphaxis. Ψευδῶν πλέα ἀτραφάξις. De tumidis ac ventosis. Atraphaxis oleris genus, quod celeriter in altum surgit, Latinis atriplex dicitur, betarum genere affinis. Celeriter herba illa prouenit, nempe die a satu octauo. Dictum est prouerbium in Cleonem, qui falso calumniaretur equites in concilio, cui cum fides haberetur, dictum est, ψευδατραφάξιος πλέων εἶναι τὴν βουλήν, ac notabatur Cleonis in calumniando vanitas, et populo facilitas in credendo. Suidas.

Suum cuique pulcrum.

Vide, *Alia aliis placent.*

Suo quisque studio gaudet. Qui dicet aliis studiis alios teneri, et vnumquemque suo victitare quaestu, proferet illud Homeri: Homer.

Οὐ γὰρ φαιήκεσσι μέλει βιὸς ἠδὲ φαρέτρη.

Ἀλλ' ἱστοὶ καὶ ἐρετμὰ νεῶν, καὶ νῆες ἐῖσαι.

Horatius: *Tractant fabrilia fabri.*

Festucam ex oculo alterius deiicere. Hor. Matth.

Qui ne tuberibus propriis offendat amicum.

Postulat, ignoscat verrucis illius aequum est. Tubera, maiora vitia dixit: verrucas minora, quae alibi naeuos appellauit. Hinc et illud. *Verrucis offendit qui tubera habet.*

Suus cuique crepitus bene olet. Ἕκαστος αὐτοῦ τὸ βδέμα, μήλου γλυκίον ἡγεῖται. Nemo est, cui sua mala non videantur optima. A vulgo sumtum. Nam huiusmodi quaedam ille videtur admiscuisse.

Ipsis

Plato. *Ipſis placet.* Αὐτοῖς ἀρέσκει. Vbi rem parum nobis probari, aut cauſam nihil ad nos pertinere ſignificamus. Terentius: *Mihi non fit veriſimile. Atqui ipſis commentum placet.* Suis quiſque conſiliis ſuaeque ſententiae blanditur. Homerus: ἥνδανε θυμῷ. Item, *Sic lubitum eſt animo meo.* Virgilius: *Diis aliter viſum.*

Ariſtoph. *Pedere thus.* Βδεῖν λιβανωτόν. Accommodabitur in eos, quorum et vitia placent, aut ipſis, aut aliis impendio amantibus. Quadrabit et in aſſentatores, turpiſſima pro honeſtiſſimis laudantes.

In armis acciſſat. Ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται. In eum, qui ſibi placet, ſeſeque quaſi contemplator in armis ſuis. De Accone muliere, quae ad ſpeculum inepte ſibi blandiebatur.

Philauti. Φίλαυτοι. Qui ſibi vehementer placent, quique ſuis ipſorum commodis, impenſe ſtudent, aliorum rebus vel neglectis, vel etiam afflictis. Vitium autem Φιλαυτία dicitur. Quod appoſite circumloquens Horatius. *Coecus amor ſui.* Id vitii Plato omnium fontem autumat. Ariſtoteles ſatis indicat, hanc Φιλαυτοῦ probroſam appellationem, ceu prouerbialem vulgo iactatam fuiſſe, cum ait, homines ſui ſupra modum amantes a multitudine male audire, quippe qui foedo infamique cognomine vocentur Φιλαυτοί.

Quae quis ipſe facit. Ariſtotel. diſputans de affectibus, refert hoc dictum vulgo iactatum, ἃ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας μὴ νεμεσᾷν. Conueniet cum illo Terentiano: *Homine imperito nihil quidquam eſt iniuſtius, qui nihil niſi quod facit, rectum putat.* Sunt enim qui damnant, quidquid ipſi non poſſunt aſſequi.

Et me mater, etc. Theocritus. Eclogo cui titulus νομεῖς.

Κῆμ

Κῆμ' ἔφαθ' ἁ μάτηρ πολυδεύκεος ἦμιν ἀμείνω.

Cum quis anteponitur, aut aequatur iis, cum quibus nullo modo conferendus est. Matres enim amore caecutiunt in filios, et formosissimos putant, qui sunt deformes; fortissimos, qui ignauissimi. Pollux pugil optimus fuisse creditur.

Teipsum laudas. Σεαυτὴν ἐπαινεῖς. Vbi quis sese laudat, suique tibicinem agit. Origo proverbii inde. Astydamae histrioni Morsimi filio statua in theatro ponenda decreta fuerat, quod in agendo Parthenaeum sese gnauiter ac scite gessisset. Hic titulum ipse conscripsit, in quo suas laudes complectebatur, cumque in concionem attulit, vt approbatus apponeretur statuae. Verum populi suffragiis decretum, vt molestus ille titulus non inscriberetur. Haec res primum comoediae jocis agitata post in prouerbium abiit. Plutarch.

Te ipsum inspice. Μὴ τὸ μὸν, ἀλλὰ τὸ σον φῦλος σκόπει. Stultum est in alterum dicere quod in te possit retorqueri. Teucer in tragoedia quapiam in Agamemnonem sibi generis vitium probro vertentem, quod nothus esset, regerit huiusmodi conuicium, quod et ipse genus duxisset a Clisthene effeminato.

Patriae fumus igni alieno luculentior. Lucianus: Καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς λαμπρότερος ὀφθήσεται τὸν τῦ παρ᾽ ἄλλοις πυρός. Homer. Odyss. α. Lucian.

Ἱέμενος τὸν καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι

Ἧς γαίας.

Multi te oderint, si teipsum laudas. Πολλοί σέ τοι μισῦσιν ἂν σαυτὸν φιλῆς. Multis enim displiceat oportet, qui nimium sibi placet. Nulli minus sunt appositi ad mutuum amorem ac beneuolentiam, quam qui sese vehementer amant.

Sine riuali diligere. Qui stulte mirantur, quod nemo alius concupiscat, veluti simia catulos Auson.

suos

ſuos, et miratur, ac amplectitur: et indocti poetae ſuas nugas ſoli diligunt. Sumta eſt allegoria ab animantibus, quibus eſt amica deformis, et quam alius nemo velit.

Tullius: *O Dii, quam ineptus, quam ſeſe ipſe amans, ſine riuali.* Horat.

> *Nullum vltra verbum, aut operam ſumebat inanem.*
>
> *Quin ſine riuali, te que et tua ſolus amares.*

POTENTES.

Heſiod. *In omnia potentes.* In eos qui plurimum poſſunt vel nocere, vel prodeſſe, quadrabit illud Heſiodi.

> Ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε.

Accommodare licebit vel in hominem, cuius ſumma ſit auctoritas, vel in rem, quae plurimum habet momenti, velut in principem, aut vehementer gratioſum; ſiue in pecuniam per iocum, vel in litteras ac virtutes ſerio.

Cicero. *Nutu atque renutu.* Cui ſummam potentiam adſcribimus, eius nutu ac renutu cuncta geri dicimus. Multum eſt, verbo efficere quod velis, at plus eſt, idem efficere nutu ac renutu.

Preces armatae. M. Tullius πειθανάγκην appellat ſuaſionem cum neceſſitate vique coniunctam: quales ſunt Principum preces. Ovid. *Precibuſque minas regaliter addit.*

PRAELONGI.

Coloſſi magnitudine. Κολοσσαῖος τὸ μέγεθος. In homines praegrandi corporis mole. A ſtatuis ingentibus, quas Coloſſos appellant. Inter hos in

in primis celebratus solis Colossus apud rhodios, septuaginta cubitis altus, aut pedes centum et quinque, cuius pollicem vix pauci potuerunt amplecti.

Caliga Maximini. In homines insulsos, et immodicae proceritatis. Natum a Maximino Imp. Nam cum esset Maximinus pedum octo et prope semis calciamentum eius, id est, campagium regium, quidam in luco, qui est inter Aquilegiam et Aritiam, posuerunt, quod constat pede maius fuisse hominis vestigio atque mensura. Vnde etiam vulgo tractum est, cum de longis atque ineptis hominibus diceretur. Ergo proverbium rectius vsurpabitur, si cum odio contemtuue dicatur; propterea quod is Maximinus, vnde natum esse, constat, inuisissimus esset pariter et populo romano et senatui, quippe Thrax natione, deinde sordido genere, postremo moribus barbaris ac feris; quin etiam nunc homines insignitae proceritatis vulgo male audiunt, tamquam socordes atque inertes. Iul. Pol.

Clematis Aegyptia. Κλημιατὶς Αἰγυπτία. In eos, qui corpore praeter modum procero atque atro colore essent: natum haud dubie ab eius herbae specie de qua meminit Dioscorides et Plinius. Itali centulum vocant, rostratis foliis, ad similitudinem capitis peuularum, iacens in aruis. Graeci autem clematidem appellant. Sed cum clematidis multae sint species, vna tantum prouerbio locum fecisse videtur, ea nimirum, quae clematis Aegyptia cognomine dicitur. Dicitur autem, quod hanc maxime gignat Aegyptus, folio lauri, longo tenuique aduersus serpentes et priuatim aspides, ex aceto pota efficax, quae eadem ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur. Dem.

Sophoc. *Amens longus.* Ἄνας ὁ μακρός. Hoc eſt, quod vulgo dictitant, praelongis mentem deeſſe, puſillis nimium adeſſe animorum.

Athen. *Nullus malus magnus, piſcis.* Οὐδεὶς κακὸς μέγας ἰχθύς. In homines praegrandi quidem corpore, caeterum ingenio nullo. Stratonicus Citharoedus cum vidiſſet Porpin. Rhodium citharoedum ingenti corporis mole, verum arte non magnum, percontantibus quibuſdam quiſnam is eſſet: reſpondit: μέγας, ἐδεὶς, κακὸς, ἰχθύς, ancipiti dicto ſignificans illum nullum re, nullius pretii, malum improbum, magnum corpore, denique piſcem, quia mutus eſſet, et infacundus, ac male canorus. Idem Athen. ὀυδεὶς, σαπρὸς, μέγας, ἰχθύς verum prius venuſtius.

Hieron. *Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem.* Παχεῖα γαςὴρ λεπτὸν ἐ τίκτει νόον. Admonet adagium, luxu corporis hebeteſcere mentis aciem.

Suidas. *Puſillus, quantus Molon.* Μικρὸς ἡλίκος Μόλων. De vehementer breui ſtatura corporis homuncionibus. Suidas oſtendit duos fuiſſe Molones, nota, ſicuti coniicio, corporis breuitate, quorum alter hiſtrio fuit, alter fur, honeſti ſcilicet quaeſtus vterque.

PRAETER SPEM BONVM, AVT MALVM.

Zenod. *Coturnix Herculem.* Ὄρτυξ ἔσωσεν Ἡρακλῆν τὸ καρτερόν. Adagionis originem ad huiuſmodi fabulam referunt: Coturnicem quamdam Herculi in delitiis fuiſſe, cuius nidore, cum viua incenderetur, ille mortuus ſit in vitam reſtitutus. Dici ſolitum de his, qui in periculo ſeruati eſſent ab his, a quibus minime ſperarant.

Faciunt et ſphaceli immunitatem. Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν. Athenis celebratum prouerbium de his, qui quouis praetextu quod volunt, aſſe-

aſſequuntur. Natum ab euentu. Piſiſtratus tyrannus exigebat ab Athenienſibus decimas eorum, quae prouenirent in agris. Cum autem videret ſenem in loco petricoſo laborantem, rogabat, quos fructus inde colligeret? Reſpondet ſenex, dolores et ſphacelos, at horum decimas exigit Piſiſtratus. Admiratus hanc ſenis libertatem, decimas Athenienſibus remiſit. Sphacelus autem morbi genus eſt, quod ex immodica defatigatione ſolet accidere. Quidam putant eſſe tormina articulorum: quidam oſſium tabem. Heſychius indicat, quemlibet dolorem grauem ſphacelum dici.

Omnia ſecunda, ſaltat ſenex. Iocus prouerbialis, quo conueniet vti, quoties res prius in periculum adducta, praeter exſpectationem feliciter exierit. Sciendum ſane moris fuiſſe, vt piaculo commiſſo, ludi celebrarentur. Nam cum iracundia matris Deum Romani laborarent, et eam nec ſacrificiis nec ludis placare poſſent, quidam ſenex ſtatis ludis Circenſibus ſaltauit, quae ſola fuit cauſa placationis. Cum aliquando Romae ludi Circenſes Apollini celebrarentur, et Hannibal nunciatus eſſet circa portam Collinam ingruere, omnes raptis armis concurrunt. Reverſi poſtea cum piaculum formidarent, inuenerunt ſaltantem in circo ſenem quemdam, qui cum interrogatus, dixiſſet, ſe non interrupiſſe ſaltationem, ductum eſt hoc prouerbium: *Salua res, ſaltante ſene.* Verrius huiuſmodi fabulam adfert. C. Sulpitio et C. Fuluio Coſſ. M. Calpurnio Piſone praetore vrbis, faciente ludos, ſubito nunciato hoſtium aduentu e foro ad arma concurſum. Sed poſtquam victores rediſſent in theatrum, ne ludi intermiſſi religionem adferrent, et inſtaurari oportere dicerent, inuentum eſſe ibi C. Pomponium libertinum, hominem grandem natu, ad tibicinem ſaltaſſe. Itaque gaudio

non interruptae religionis editam vocem, nunc quoque celebrari. Huic finitimum est: γλαῦξ ἵπτατο.

Homo homini Deus. Ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Quod dici solet de eo, qui subitam atque insperatam attulit salutem, aut qui in magno quopiam beneficio iuuit. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse Deum, quam prodesse mortalibus.

Suidas. *Deus ex improuiso apparens.* Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς. In eos dicitur, quibus in rebus perplexis praeter spem exoritur aliquis, qui salutem adferat, negotiique difficultatem expediat. Sumtum a tragoediis, in quarum machinis quibusdam Deus aliquis ostendebatur e sublimi, qui repente commutatis rebus fabulae finem imponeret.

Mercuriale. Ἑρμαῖον. Graeci vocabant lucrum praeter exspectationem oblatum: a primitiis quas olim in viis ponebant Mercurio: iis viatores vescebantur. Alii malunt ductum ab aceruis lapidum, quos in itineribus ambiguis Mercurio sacros ponebant.

Deorum manus. Θεῶν χεῖρες. Olim per ironiam, vt opinor, dicebantur efficacia illa pharmaca, quae plurimis ex rebus, et e longinquo petitis conficiuntur.

Lucian. *Negotium ex otio.* Πρᾶγμα τ' ἐξ ἀπραξίας. Vbi res praeter opinionem euenit, et inde tumultus oboritur, vnde tranquillitatem et otium speramus.

Homer. *Euentus praeter exspectationem.* Quoties res multo secus euenit, quam vel fuerat instituta, vel probabilibus coniecturis euentura videbatur, congruet illud Homeri.

Ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος αἰγιόχοιο.

Mops

Mopso Nisa datur. Quum praeter omnium spem res praeclara contigit cuipiam prorsus indigno, vt nihil iam non posse sperari, vel a quovis appareat. Nam Mopsum dicens, intelligit infimum abiectissimumque pastorem, Nisam puellam insigni forma. **Virgil.**

Glaucus poto melle resurrexit. Γλαῦκος πίνων μέλι ἀνέστη. Dici solitum, quoties aliquis vulgari rumore dictus mortuus, denuo prodit in publicum, et quasi rediuiuus apparet iis, quibus persuasum fuerat, eum vita defunctum esse. Satis constat ab euentu natum, nempe Glaucum quempiam praeter omnium exspectationem, gustato mellito pharmaco reualuisse. Quidam enarrant in hunc modum. Glaucus quidam poto melle ob bilem paene exanimatus est. Ad hunc multis accurrentibus medicis, polyidos herba quam draconem vocant, eum restituit.

Insperabilem vitam agis. Ἀνέλπιστον βίον ζῇς. Sic enim loquuntur Attici, hoc est, Vitam mirificam, et quam ne sperare quidem auderet quispiam, aut in qua non spes alat animum, sed ipsae res adsint. **Pindar.**

Lauares Peliam. Λάσῃς τὸν Πελίαν. Dictum apparet, vbi quis salutem pollicitus, adfert exitium; aut vbi quis prodesse conatus, ingens addit malum. Ductum a notissima Peliae fabula, quem dum filiae a Medea persuasae student ad iuuentam reuocare, lebeti feruenti impositum occiderunt. **Plutarch.**

Subitum remedium periculi. Quum indicabimus rem in extremum discrimen adductam, actumque fuisse, ni subita salus protinus affulsisset, conueniet illud Homeri. **Homer.**

> Εἰ μὴ γὰρ ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

PROBRVM, GLORIA.

Homer. *Gloriosum et apud posteros.* Quum facinus significabimus, cuius famam et posteritas celebratura videatur, quadrabit illud Homeri.

Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Plutarch. *Gloria futuri.* Τό δέ τοι κλέος ἐσσομένοιο. Admonet, famam laudemque recte factorum contingere potissimum apud posteros. Ouidius:

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit.

Aristot. *Non omnino temere est, quod vulgo dictitant.* Non plane falsum videtur, quod plurimis est in ore quodque populi consensus approbat, aut non prorsus aboleri posse rumorem etiam falsum, qui iam in vulgus dimanarit.

Cicero. *Sutorium atramentum.* Sentit, opinor, hominem absolutum fuisse iudicum corruptela, non citra infamiam. Est enim huiusmodi sutorium atramentum, vt neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculam. Infamiam enim atramenti symbolo poetae significant. Plinius simili figura dixit: *Vitelliana cicatrice stigmosum.*

Scarabaeo nigrior. Κανθάρου μελάντερος. In foedos et vehementer atros ac fuscos. Nam scarabaeus animal insigni, sed foedo nigrore est.

Homer. *Dedecus publicum.* Res omnibus modis infamis ac perniciosa, non eleganter indicabitur his versibus Homer.

Πατρί τε σῷ μέγα πῆμα πόληΐ τε παντί τε δήμῳ.

Δυσμένεσιν μὲν χάρμα κατηφείην δὲ σοὶ αὐτῷ.

Zenod. *Cythonymi probrum.* Κυθωνύμου αἶσχος. In hominem vehementer infamem, foedique nominis, cuiusque nomen iure supprimi debeat, vel ob malefacta, vel ob calamitates. Vnde et Graeca vox a celando nomine

ne dicta eſt. Et hodie dictitant vulgo, tegendam ollam, quoties innuunt foedius eſſe facinus, quam vt auctoris facienda ſit mentio.

Cerite cera dignus. Olim notari dignos atque improbos, et nequam homines, Cerite cera dignos prouerbio vocabant: nimirum Ceritem ceram, inſignem ignominiam appellantes: Horatius. Horat.

Quid deceat, quid non, obliti Cerite cera.

Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſis.

Acron et Porphyrion huiuſmodi tradunt originem adagii. Romani Ceritibus bello ſubactis, eam dixere conditionem, ne ſuffragii ius haberent, ne leges vllas aut ederent, aut haberent.

Hic bonorum virorum morbus eſt. Αὐτή γε χρηστῶν ἐστιν ἀνδρῶν ἡ νόσος. Vti licebit, quum in probro datur, quod magis laudi duci oportebat, aut in triſtia quaedam et ſeuera vitia, quae quum atrociora ſunt, tamen minus obnoxia ſunt infamiae, quod his magnates ac probati laborent. Ariſtoph.

Quem fortuna pinxerit. Ὃν τύχη μέλαντα γράφει, τοῦτον οὐ πᾶς χρόνος δύναται λευκᾶναι. *Hoc eſt,* Cui fortuna refragatur, huic quidquid tentauerit, infeliciter cedet. Alluſum eſt ad nigros et albos calculos ſuffragiorum. Apoſt.

Cur non ſuſpendis te. Τί οὐκ ἀπήγξει, ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ; Apud alios ſummus honos habebatur iis, qui ſibi mortem conſciuiſſent, praeſertim pro ſalute patriae. Apud Thebanos autem nullus honos habebatur iis, qui ſibi vim attuliſſent. Vnde per ironiam dictum putant, vt Thebis ſemideus fiat. Dici poſſe videtur in eos, qui famae ducti cupiditate ſemet periculis grauibus obiiciunt. Zenod.

Adhortantis ad gloriam. Quum hortabimur ad immortalem gloriam egregiis parandam factis, Homer.

 non

non inconcinne adhibebimus Homericum illud carmen, quo Tullius aliquot locis vſus eſt:

Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.

Fractis auribus. Galenus contra Thraſibulum: ὧν ἐςὶ τὰ θαυμαςὰ ταυτὶ συγγράμματα νῦν ὑπὸ τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων περιφερόμενα. De pugilibus, ni fallor, ſentit, qui poſtea facti medici ſcribunt libros; aut potius de libris imperitorum medicorum, qui leguntur a pugilibus, qui ſolent habere laceras aures, more ſuum, oculos ſugillatos, totam faciem tuberibus notatam ex arte quam exercent.

PROCLIVITAS.

Homer. *Currentem incitare.* Τὸν τρέχοντα ὀτρύνειν. Eſt adhortari quempiam ad id, ad quod iam ſuapte ſponte tendit. Ducta eſt metaphora ab his, qui curſu certant, quibus acclamatio ſolet addere velocitatem.

Bene plauſtrum perculit. Ruſticorum prouerbium eſt: In eos, qui quempiam impellunt, quo ſua ſponte iam propendebat. Tranſlatum a plauſtris onuſtis, quae quo exonerentur, ſolent euerti. Fit autem id commodius in eam partem, in quam propter ſolum decliuius inclinant.

A vicinis exemplum habet. Ἐκ τῶν γειτόνων ἔχουσι τὸ παράδειγμα. Qui faciunt quippiam aliorum exemplo prouocati. Vicinus enim vicino morbum ſuum affricat, et malorum commercio reddimur deteriores. Terent. *Quid iſtuc tam mirum eſt, de te ſi exemplum capit?*

Plato. *In planitiem equum.* Εἰς πεδίον τὸν ἵππον. Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimum valet, quoque vel maxime gaudet. Equus in campo tamquam in ſua eſt arena.

Mu-

Mustulae seuum. Γαλῇ στέαρ. Subaudiendum, das, aut committis. Quum ea dantur, quorum qui accipiunt, natura sunt appetentissimi: gaudet enim hoc animal praecipue seuo, veluti si quis laudaret laudis auidissimum, aut ad bibendum prouocaret natura bibosum, aut ad aleam inuitaret, quibus hic ludus impendio gratus esset. Diog.

Calcar addere currenti. Translatione sumta ab equitibus, qui nonnumquam etiam sponte, currentibus equis, quo currant celerius, calcar addunt. Ita nobis calcar addit, qui exstimulat languentes, addit currentibus: qui studium nostrum ac cupiditatem auget acuitque. Sunt autem ferme prouerbiales in totum illae metaphorae: *Subdere calcar; Subdere stimulos:* quem ad modum et illae: *Iniicere frenum; Compescere freno; Reuocare freno, etc.* Plinius.

Vna scutica omnes impellit. Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει. De negotio dictum, quod facile fieret, videlicet a promtis omnibus, ac suapte sponte currentibus; vel in hos, quos eadem causa impellit, puta eadem spes lucri, studium commune, idem amor, aut studium. Sumtum ab aurigis. Suidas.

Lydum in planitiem prouocas. Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς. In eum competit, qui lacessit iamdudum ad id propensum et promtum. Notati Lydi, quod ad bellum capessendum aequo propensiores essent.

Sphaera per praecipitium. Ἡ σφαῖρα κατὰ πρανοῦς. Subaudiendum, voluitur, aut mittitur: perinde est quasi dicas, currentem incitare. Nam sphaera facile per locum decliuem deuoluitur. Hoc non male quadrabit in eos, qui vitae genus aliquod nacti sunt, ad quod videntur esse natura propensi.

Vno digitulo. Summam negotii facilitatem significant. Terent.

 Sua-

Suade lupis vt insaniant. Vbi quis animum inducit ad rem stultissimam, quam non aggrederetur, nisi insanus. Nam lupi insaniunt vel sua sponte, veluti si quis tyrannum instiget ad crudelitatem, cum plus satis saeuiat suopte ingenio:

In numerato habere. Qui in causis agendis est ingenio praesentissimo et quidquid aliis praestat diutina cogitatio, id isti prima statim animi intentio dat. Sumtum ab his, qui res suas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est, ad pecuniam numeratam.

Suidas. *Titio ad ignem.* Δαλὸς ἐπὶ πῦρ. Vbi quis applicatur ad eas res, ad quas natura propensus est, vt si mulierosus ad puellarum conuictum, sanguinis auidus ad militiam. Non admodum abludit ab illo. *In matulam immeiere.* ἐνς ἀμίδα ἐνουρεῖν.

Maturior moro. Πεπαίτερος μόρα. Dici potest vel in hominem miti ingenio praeditum, vel in mollem, vel in vehementer propensum ad aliquid, velut in virginem nupturientem.

Olla lenticulam attigit. Χύτρα δὲ φακέας ἥψετο. Conueniet in eos, qui vehementer propensi sunt ad aliquid. Olla futilis videtur amare lentem.

Diog. *Ignis ad torrem.* Πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθὸν. De negotio, quod raptim facileque conficitur, quasi cum vltro ignis ad torrem transuolat, ob materiei siccitatem. Simile fuerit ignis ad naphtham. Est autem naphtha bituminis genus, ad quod flamma vel e longinquo transuolat.

Plaut. *Quam facile vulpes pyrum comest.* De re factu procliui: quod nihil negotii sit, vulpi dentatissimae pyrum edere.

Idem. *Tam in procliui, quam imber.* Nam procliue proprie dicitur, quod ex alto deorsum propendet. Arduum est autem onera submoliri in altum.

Tam-

Tamquam de narthecio. Pro eo quod eſt, Ex parato ad manum. Cicero Narthecium autem vocat pyxidem, vnde pharmacopolae depromunt medicamenta. **Cicero.**

Mercator nauiga et expone. Quoties ſignificabimus rei cuiuſpiam eſſe tantam auiditatem, vt nulla copia ſufficiat, praeſertim ſi quid mali ſit, quod experitur. Ductum a Cilicibus ex mancipiorum venditione quaeſtum capientibus. His Delus, quae non procul aberat, emporium praeſtabat amplum et pecunioſum, vt illic eodem die praeſente pecunia multa mancipiorum millia diſtrahi poſſent, et auehi. **Strabo.**

Vna pertica. Pro eo quod eſt, Eadem opera. Sumtum videtur ab his, qui metiuntur agros. Perticam Plinius poſuit pro decempeda. Seruius dixit perticam eſſe lineam, qua diuiduntur agri. **Plinius.**

Tarichus aſſus eſt, ſimul atque viderit ignem. Τάριχος ὄπτος εὐθὺς ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ. Eſt Tarichus piſcis ſalſus. Opinor idem eſſe cum illo ἀφύα ἐς τὸ πῦρ. Referas huc citatum ante: *Ignem gladio ne fodito.* **Athen.**

PROFICIENTIVM IN MELIVS.

Ab aſinis ad boues. Ex humiliore conditione ad ditiorum partes tranſire. **Plaut.**

Diues factus, iam deſiit gaudere lente. Ἔπειτα πλουτῶν οὐκ ἔτ' ἥδεται φακῶν. Lens legumen pauperum ac tenuium cibus eſt. Quae faſtiditur ſimul atque lautior fortuna contigit. Vnde prouerbium in eos, quibus ad vberiorem conditionem euectis, faſtidio ſunt ea, quae prius inopes boni conſulebant. **Ariſtoph.**

Satis quercus. Ἄλις δρυός. Vetus adagium in eos, relicto victu ſordido; ad elegantiorem lautioremque digrediuntur, aut quoties priſtinum ali-

aliquod ftudium aut inftitutum relinquitur. Inde profectum, quod prifci illi mortales rudes atque inculti, fimulatque Ceres vfum frumenti monftrauit, glandibus victitare defierunt.

Non enim fpinae. Ὀυ γὰρ ἄκανθαι. De conditione dicebatur in melius commutata. Sumta metaphora a noualibus, quae repurgatis fpinis, frugiferae incipiunt effe. Quidam inde natum exiftimant, quod antiquitus ante repertam agricolationem agri fpinis infrugiferis occupabantur, mortalefque duram quamdam et agreftem agebant vitam. Deinde oftenfa ratione colendi terram mitior victus fucceffit. Atque hinc dici coeptum: non enim fpinae.

Zenod. *Effugi malum, inueni bonum.* Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Dici folitum, fi quando fortuna lautior cuipiam contigiffet. Natum aiunt a caerimoniis nuptialibus. Nam Athenis mos erat, vt in nuptiis puer quifpiam induceretur vndique fpineis frondibus et quernis glandibus opertus coronatufque, cunas geftans panibus impletas. Dicebat autem haec: ἔφυγον κ. τ. λ.

Κατὰ πῆχυν ἐπιδίδε. De eo dicebatur, qui promotus effet ad meliora, fiue cum quis ordine progreditur legitimo. Cubitus enim et modum fignificat, vt intelligas nihil tranfiliendum, et modum grandiufculum, vt accipias incrementum amplius. Nam minuta latis digitis, aut palmorum porrectu metiri confueuimus.

Meliores nancifci aues. Ἀμεινόνων οἰωνῶν τυχεῖν. Dicuntur, quibus poft res aduerfas fuccedunt profperiora. Nam vt apud Latinos auis et ales interdum non animal, fed omen ipfum et augurium fignificat: Itidem apud Graecos οἰωνὸς et ὄρνις, ceu ϛρουθὸς non eodem accipiatur modo, quem ad modum indicat Euftathius 1. Odyff. librum. Horatius: *Mala ducis aui domum.* Laborauit autem hac fuperftitione antiquitas, vt

in

in magnis rebus aggrediundis, auium occursus obseruaret: neque defuerunt qui eam velut artem profiterentur. Atque hinc apud Romanos Augurum collegium.

Melius nobis est quam heri. Prouerbialem habere figuram videtur illud Aristophanis: Aristoph.

Ὦ Βλεψίδημ' ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν.

Item illud Theocritici: ταχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.

Cum significamus fortunam in melius commutatam.

Ego ex bono in bonum traductus sum. Ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μεττήνεγκα. De his, qui bonum institutum bono commutant. Natum a quodam, qui ex bono citharoedo factus poëta tragicus. Musicae arti confinis est poëtica. Suidas.

Fuit et Mandroni ficulna nauis. Ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη ναῦς. In eos dici solitum, qui praeter meritum ad felicitatem aut opes euecti, pristinae conditionis non meminerunt, sed praesenti rerum successu insolentius abutuntur. A Mandrone quodam sumtum, qui indignus et immerens, ex nauiculario factus est imperator. Nauim autem ficulnam, per contemtum dixit. Nam ficulnum in genere vocant graeci, quidquid imbecille aut contemnendum significare volunt.

Hodie nullus, cras maximus. Ὁ νῦν μὲν οὐδεὶς, αὔριον ὑπερμέγας. De eo cui repente ingens aliquis honos accesserit.

I modo, venare leporem, nunc Ityn tenes. Id est, Hanc interim coenam qualemcumque certam habes, quaere alteram si potes potiorem. Itys enim auis, quem a Phaside Scythiae flmine phasianum vocant. Verum opinor legendum Ictin. Nam id est animal, de genere mustelarum, quod in cuni- Plaut.

cuniculos immittitur, vt praedam illiciat. Latini viuerram appellant.

PROFVSIO.

Calliae defluunt pennae. Dictum in Callium apud Graecos quempiam, qui per luxum aut libidinem patrimonium abligurierat. Solet autem hoc interdum auibus accidere, vel morbo, vel certis anni temporibus.

Opus ad opus. Ἔργον ἐπ' ἔργῳ. Hoc adagio nullum operae finem significamus.

Gallorum incusare ventrem. Ἀλεκτρυόνων μέμφεσθαι κοιλίαν. De edacibus ac luxu multum absumentibus facultatem. Huic enim animanti venter mirifice calidus, ita vt omnia statim concoquat.

Macrob. *Proteruiam fecit.* Proteruia sacrificii Romani genus est, in quo si quid reliquum esset, id igni consumeretur. Vnde celebratur illud Catonis festiuiter dictum in Albinum quemdam, qui patrimonium vniuersum luxu absumserat vnis exceptis aedibus, quae incendio conflagrarunt: Proteruiam, inquit, fecit: propterea quod ea quae comesse non potuerit, quasi combussisset.

Plutarch. *Relinque quippiam et Medis.* Λεῖπέ τι καὶ Μήδοις. Prouerbialis iocus in eos, qui ex conuiuio nihil relinqui faciunt aut qui facultates vniuersas abliguriunt. Relinque quippiam et Medis, hoc est, comparce tu, quod dissipent ii, qui tibi male volunt. Hinc natum, quod Medi et Phocidem ipsam, et extremos Boeotiae terminos incursarunt, omnia vexantes, miscentesque populationibus.

E dolio hauris. Ἐκ πίθου ἀντλεῖν. Dicebatur olim, qui abundaret rebus optatis. Admonet et Hesiodus, dimidiato dolio parcendum esse, quod sera sit in fundo parsimonia. Diuitum est habe-

habere dolia, pauperes vappam bibunt e lagenis. Eſt enim dolium vas vinarium ingens, vnde largiter haurire licet, neque facile ſentitur detrimentum, videlicet in tanta copia. Nam vini vis quo copioſior eſt, hoc ſuauior eſſe conſueuit. Vbi paullum eſt liquoris, celerius vappeſcit.

Vna cum caniſtro ipſo. Ἀυτῷ κανῷ. Quadrabit in eos, qui rem intemperanter profundunt, deuorantque et abliguriunt. Mos enim erat antiquis, vt teſtatur Didymus, vt coenae caniſtris inferrentur. **Zenod.**

Largitio non habet fundum. Quo dicto ſignificabant, ſtulta liberalitate quantaslibet opes exhauriri, vel effluere potius. Tranſlatum videtur a pertuſo dolio Danaidum apud inferos. **Cicero.**

Ipſo horreo. Quod prolixe et affatim datur, ipſo horreo dari dicitur, quemadmodum ipſo caniſtro, propterea quod ex horreo plenius depromitur, quam e choenice.

Plena manu. Pro eo quod eſt ampliter, copioſe, prolixe minimeque maligne. Tranſlatum ab iis, qui non minutim et parce, ſed plena manu largiuntur. Fit lepidius, quo magis ad animi res transferatur. **Seneca.**

Cupidinum crumena porri folio vincta eſt. Πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον. Porri vis eſt calefacere, ciere vrinam, irritare Venerem, mouere menſes et aluum inflare. Suidas oſtendit dictum de iis, qui per amorem immoderatos faciunt ſumtus luxuique indulgent. **Plutarch.**

Feſto die ſi quid prodegeris. Admonet autem, ne in ſumtibus ſollemnibus ita profuſi ſimus, vt non ſuppetat quo teramus quotidianos. Nam feſti dies vel ſacris offerendis, vel diurnis epulationibus, vel ludis in honorem deorum vel feriis obſeruandis celebrabantur. Profeſti ad rei priuatae publicaeque adminiſtrationem concede- **Plaut.**

cede-

cedebantur. Accommodabitur non perperam in eos, qui iuuenes rem prodigunt, esuriturі senes, quiue intempestiue profundunt, postea desideraturi.

Bello parta. Ἐκ πολεμίας. Vbi quis immodice insumeret. Solemus enim celerius ac temere profundere, si quid hostibus sit ereptum.

Glaucus alter. Γλαῦκος ἄλλος ἱππόβρωτος. Quadrabit in hominem alendis equis exhaurientem facultates suas. A fabula natum.

Immolare boues. Βουθυτεῖν, tamquam prouerbialiter dicebantur, qui amplos magnificosque sumtus facerent. Diuitum enim est, vel regum potius, boues immolare. Et βουθυσίαν, pro magnifico apparatu vsurpant.

Caricum sepulcrum. Καρικὸς τάφος. De re magnifica sumtuosaque. Sumtum a Mausoli sepulchro, quod est apud Cares. Plinius ostendit opus hoc inter septem orbis miracula commemoratum, idque potissimum ob artificum famam. Patebat ab austro et septemtrione sexagenos ternos pedes, breuius a frontibus toto circuitu pedes quadringentos vndecim. Attollebatur in altitudinem viginti quinque cubitis, cingebatur columnis quadraginta sex; ab oriente celauerat Scopas, a septemtrione Bryax, a meridie Timotheus, ab occasu Leocares. Opere nondum absoluto periit Artemisia.

Cui multum est piperis, etiam oleribus immiscet. Ὁ πολὺ ἔχων πέπερι, τίθησι κἂν λαχάνοις. Cui rei cuiuspiam largior est copia, ea profusius vtatur licebit. De pusillo parcius insumendum. Vt cui multum suppetit facultatum, huic licet opipare viuere. Martialis:

Vt sapiant fatuae fabrorum prandia betae,
O quam saepe petet vina piperque coquus.

No

Non nauigamus ad Hippolaitas. Οὐχ Ἱπποδαΐτας περιώσαις πλῶμεν, Vt sit admonentis, parcius vtendum esse rebus praesentibus: neque enim nauigari ad eum locum, vnde rerum huiusmodi copia exuberat, vt quod temere prodegeris, facile possis sarcire. Hippola vetustissima fuit ciuitas Laconicae, non procul a mari, quae ob portus commoditatem mercimoniis floruit. Nomen ei inditum ab agrorum fertilitate, quasi dicas equorum altricem. Herod.

Drachmae grando. Δραχμὴ χαλαζῶσα. De lucro, quod tamquam coelitus emissum obtigit. Nam olim theatrale praemium erat drachma, quae veluti grandinis in morem in populum spargebatur. Zenod.

PROPRII COMMODI STVDIVM.

Tunica pallio propior est. Quo significatum est, ex amicis nos aliis atque aliis magis esse deuinctos, neque parem omnium habendam esse rationem. Pallium extrema vestis est apud Graecos, quemadmodum apud Romanos toga. Tunica toga tegebatur. Plaut.

Intus canere, Aspendius citharoedus. Qui priuati commodi impendio studiosi essent, ac fere quidquid agerent, id omne ad domesticam referrent vtilitatem, ii prouerbio intus canere, iidem apud Graecos ἀσπένδιοι κιθαρισταὶ, dicebantur. Vulgares citharoedi cum canunt, vtriusque manus funguntur officio, ita vt dextra plectrum teneant, id quod foris canere appellant, sinistra digitis chordas carpant, quod vocant intus canere. Aspendius autem nequaquam vtebatur manu vtraque, sed omnia i. e. totam cantionem intus, et sinistra tantum manu complectebatur, tacita leuique modulatione sinistra contactis chordis cantilenam peragens, vt vox ad pro- Cicero.

proxime assistentem duntaxat perueniret. Aspendus Pamphyliae est ciuitas, vbi hoc artificio citharoedi praecelluisse videntur.

Lucian. *Nec quidquam sapit, qui sibi non sapit.* Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Ad suum quemque quaestum aequum est esse callidum. Quisque aduigilat ad id, quod experit.

Decora te ipsum. Γέραιρε σαυτόν. Iocus prouerbialis in eum, qui se magnificentius gereret. Nam γεραίρειν venerari est, et honorem habere.

Anguillam captare. Ἐγχέλεις θηρᾶσθαι. Dicuntur qui priuati commodi causa cient tumultus: Inde ducta similitudine, quod cum aqua stat immota, nihil capiunt, qui captant anguillas. Cum vero sursum ac deorsum miscent, ita demum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reip. statu nihil est emolumenti. Proinde seditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum in suum priuatum vertant commodum.

Suidas. *Vna lauabor.* Παραλοῦμαι. Dici consueuit, vbi quis insinuat se in societatem alterius, aut vbi quis admittit aliquem in societatem, vti qui pauperior est, sumtum effugiat. Tanquam hoc commoditatis laturi sint tenues, si cum diuitibus balneum ingrediantur, vt spongiis suis parcant.

Manum admouere. Τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν. Dicebantur qui sese insinuarent in rei cuiuspiam egregiae communionem. Translatum a sacris, in quibus nonnumquam fieri solet, vt aliis rem diuinam facientibus alius aliquis adueniens admota victimae manu fiat et ipse particeps sacrificii.

Homer. *Vndecumque lucrum capiunt.* In aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui captant vndecumque, si quis incidit in casses, quem possint expilare, congruet illud Homeri.

Αἰεὶ

Αἰεὶ γὰρ περὶ νῆσον ἀλώμενοι ἰχθυάασκον.
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισι, ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός.

Genu sura propius. Γόνυ κνήμης ἔγγυον. Hoc adagium ex euentu quodam eſt natum. Cum in praelio quidam conſpiceret duos amicos pariter de vita periclitantes, fratrem et conſobrinum, neque poſſet vtrique ſimul ferre ſuppetias, omiſſo conſobrino fratrem defendit, atque hanc interim ſententiam pronunciauit. Ariſtoph.

Omnes ſibi melius eſſe malunt, quam alteri. Idem in eadem fabula: *Heus proximus ſum egomet mihi. Nemo ſeipſo diligit quemquam magis.* Adfine: *Sibi quiſque amicus eſt.* Terent.

Simonidis cantilena. Σιμωνίδου μέλη. De vafris ac ſubdolis dictum eſt. Hunc tradunt primum aſtutiam et quaeſtum in artem induxiſſe. Erant illi duo ſcrinia, alterum gratiarum, alterum praemiorum: quae cum poſt tempus aliquantum aperuiſſet, gratiarum arculam ſemper offendebat inanem, praemiorum ſemper plenam. Hoc commento ſignificans ſe nolle gratis donare carmina.

Mibi ipſi balneum miniſtrabo. Ἐμαυτῷ βαλανεύσω. Vbi quis ſuis inſeruit commodis, aut vbi quis non exſpectato alieno officio, ipſe ſuum agit negotium. Ariſtophanis interpres admonet tranſlatum a balneis, in quibus ceſſante balneatore, ipſi qui lauant, aquam hauriunt atque infundunt. Zenodotus putat et ad eos referri poſſe, qui glandes in ignem iniectas coquunt. Fortaſſis haud abſurde referetur ad glandium excuſſores. Nam graecis βαλανεὺς balnearium cauponem ſignificat, βάλανος glandem. Ariſtoph.

Sibi canere. Ἑαυτῷ ψάλλειν. Dicitur, qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, ſed animo obſequens ſuo. Antigenidas cantor iubet

 bet

bet discipulum, quod populo non admodum gratus esset, sibi canere et Musis.

Aristot. *Astutior Coccyce.* Μηχανικότερος κόκκυγος. Dicebatur, qui astu sibi consuleret. Sumtum ab auis ingenio, oua subiicientis in nidos alienos. De qua abunde Plinius et Aristoteles.

Optat vicino vt habeat, magis autem ollae. Potissimum est habere domi, quibus est opus. Proximum, vicinum habere diuitem, a quo possis petere.

Zenod. *Veniat hospes, quisquis profuturus est.* Ξεῖνος ἔλθοι ὅστις ὀνήσει. Theopompus scribit, hoc adagium ex Philippi regis apophthegmate profectum esse. Nam is, vbi Thessalorum ciuitatem subvertisset, et hospites, quos inibi reperit, diuendisset, per iocum haec dicebat. Videtur ex oraculo aut poeta quopiam sumtum. Admonet adagium, eorum demum aduentum esse gratum, qua commodi quippiam adferunt. Ouid.

Ipse licet venias Musis comitatus Homere,

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Suam quisque homo rem meminit. Qui in alieno negotio dormitat, in suo vigilat et attentus est.

Mercator est. Ἔμπορός ἐστι σκηπτόμενος. Dicendum in eum, qui ob timiditatem, caussas commentitias praetexit, ne cogatur subire discrimen.

Zenod. *Ciuitates ludimus.* Πόλεις παίζομεν. Lusus genus est quoddam, in quo calculis ludebatur olim, quos antiquitus πόλεις, vrbes vocabant, neoterici χώρας, appellare coeperunt. Mihi quadraturum videtur, quoties suum quisque commodum quacumque sectatur via, et aemulo competitorique modis omnibus tendit insidias.

PRO-

PROXIMIS VTENDVM.

Viam qui nescit ad mare. Id est, qui rem commode conficere nequit, is quauis ratione conficiat, necesse est. Qui recte viuendi rationem ignorat, eos sibi proponat, quorum vita laudata est. Plaut.

Vt possumus, quando vt volumus non licet. Ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. Quo monemur, tempori ac necessitati seruiendum esse. Terent.

Quando id fieri non potest. Οὐ δυνάμενος ὃ θέλεις θέλης ὃ δύνασαι. Oportet id quod adest, boni consulere. Et Martial. *Quod sis, esse velis.* Idem.

Bona est etiam offa post panem. Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ' ἄρτον. De iis dici solere, ait Zenodotus, qui penuria meliorum amplectuntur deteriora. Nam maza quiddam est pane cocto deterius, conflatum ex lacte et farina, quo rustici vice panis vti consueuerunt. Quo licebit vti, cum indicabimus rem vsu, non opinione aestimandam. Zenod.

Si non adsint carnes, taricho contentos esse oportet. Ἂν μὴ παρῇ κρέας, στερκτέον τῷ ταρίχῳ. *Id est,* Probanda salsamenta egenti carnium. Sunt qui dicant τάριχον accipi pro pisce, sed vili putrique, qui idem sit aphya. Fortassis hic pro iure accipiendum tarichus. Sensus hic est, vbi non est copia meliorum, boni consulere oportet quaecumque contingunt. Diog.

Auloedus fit, qui citharoedus esse non possit. Recte dicetur in eos, qui malunt in multo inferiore ordine alicuius haberi momenti, quam inter excellentes negligi. Quem ad modum Iulius Caesar maluit in frigido oppidulo primus esse, quam Romae secundus. Nec male quadrabit in eos, qui desperatione meliorum ad humiliora sese conferunt. Cicero.

Suidas. *Si bouem non possis asinum agas.* Εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον. *Id est*, Si non potes vt vis, vtcumque potes, facito. Si fortuna splendidior non contingit, eam sortem, quae contingit, boni consulas. Si quod optas non licet, id quod est proximum, amplectere.

Plato. *Altera nauigatio.* Δεύτερος πλοῦς. *Id est*, Secundarius cursus vocabatur, cum vento destituti, remis nauem impellerent. Cum secundis ventis nauigatur, ea prima nauigatio. Conuenit, vbi, quoties quae potissima fierent non contingunt, ad proxima confugitur auxilia.

Praesentem fortunam boni consule. Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. Καὶ τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. Admonet adagium ne nos maceremus alienarum rerum cupiditate, sed quaecumque contingit sors, eam velut optimam amplectamur.

Theocr. *Praesentem mulge, quid fugientem insequeris?* Τὴν παρέοισαν ἄμελγε, τί τὸν φεύγοντα διώκεις. Praesens lucrum non omittendum spe commodorum, quae non item ad manum videntur esse.

Homer. *Quod adest, boni consule.* Oportet boni consulere, quidquid a fortuna conceditur.

Quae dantur. Τὰ μὲν διδόμενα. Admonet adagium, quod a fortuna datur, id boni consulendum esse, et ferendum aequo animo, quod mutari non queat.

Cicero. *Quod datur.* Nonius Marcellus citat hunc versiculum e Caecilii Plotio: *Patiere quod dant, quando optata non danunt.* Danunt antique dictum est pro dant, conuenit cum praecedente: τὰ μὲν διδόμενα.

Terent. *Extrema linea.* Quod in quaque re postremum est, extremam lineam appellabant.

PRV-

PRVDENTIA.

A fronte ſimul et occipitio oculatus. Quum indicabimus admirabilem rerum omnium cognitionem, aut ſingularem prudentiam, quae conſtat non praeſentium modo ſcientia, ſed et memoria praeteritorum et futurorum perſpicientia, recte verſum hunc vſurpabimus. Vergilius:

Quae ſunt, quae fuerint, quae mox ventura trabantur.

Alter Ianus. Ἰάνος ἄλλος. Quadrabit vel in prouidum ac circumſpectum, vel in ancipitem et perfidum. Perſius: *O Iane a tergo, cui nulla ciconia pinſit.* Sumtum a Iano bifronte.

Sapiens diuinat. Donatus in Hecyram indicat prouerbium eſſe Diuinare ſapientem, quod ex coniecturis prudenter collatis colligit verum, non ſolum de praeteritis, verum etiam de futuris. Reliqua pete ex prouerbio: *Qui bene coniicit.* Donat.

Mus non vni fidit antro. Vulgatum illud eſt: *Eum murem eſſe miſerum, cui non eſt niſi vnum ſpecu.* Locus erit adagio, ſi quem admonebimus, vt ſibi plures amicos paret, aut vna cum opibus ſtudeat philoſophiae, vt ſi fortuna quod ſuum eſt eripiat, in litteris ſit praeſidium. Plinius.

Non oportet hoſpitem ſemper hoſpitem eſſe. Hoſpites dicuntur ignari eius loci, in quo viuunt. Sed turpe eſt in eadem ciuitate viuere, et ſemper eſſe peregrinum. Sic turpe eſt in eadem diſciplina diu verſatum eſſe, et nihil ſcire.

Aceto perfundere. Prouerbii ſpeciem habet pro irridere, ſic et illud Horatii: At idem, quod ſale multo. Horat.

Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.

Sapiens non eget. Χρῆ δὲ ἄποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ. Siue quod magnae ſint opes, habere Ariſtot.

 bonam

bonam mentem; siue quod sapienti facile est discere, si velit.

Tamquam de specula. Qui futura longe prospiciunt, priusquam eueniant, tamquam de specula praeuidisse dicuntur.

Cicero. *Qui bene coniiciet, vatem hunc perhibeto optimum.* Admonet adagium futurorum praescientiam, non e sortibus aut auguriis petendam esse, sed a prudentia: siquidem qui prudentia sit praeditus, is ex praeteritorum, praesentiumque coniecturis facile prospiciet, quid sit euenturum.

Homo Thales. Ἄνθρωπος Θαλῆς. Ironia prouerbialis in stultum, qui sapiens haberi studebat. Fuit enim Thales vnus e septem Graeciae sapientibus.

Plaut. *Acetum habet in pectore.* Pro eo quod est. Num sapit? num quid habet astutiae? Nam vt salsa, itidem et acida palatum iuuant, acuuntque et irritant stomachum.

Aristoph. *In bolmo cubabo.* Ἐν ὅλμῳ εὐνάσω. Dicebatur ab iis, qui se quippiam diuinatione cognitum ire minitabantur. Nam quidam dicunt tripodes Apollinis holmos appellatos fuisse. Tradit autem Aristophanes Grammaticus, eos qui holmis indormissent repente diuinandi spiritum concipere. Ob id Apollo ἔνολμος cognominatus, quamquam apud Hesiodum ὅλμος pro mortario ponitur. Apud Athenaeum poculi genus est, cornu adsimile, vt per iocum torqueri posset et in bibones.

Perendinum ventum praediscere. Τὸν τριταῖον ἄνεμον προγινώσκειν. Dicuntur, qui coniecturis, quod multo post euenturum sit, colligunt. Sumtum a nautis aut negotiatoribus.

Zenod. *Amyris insanit.* Ἄμυρις μαίνεται. Prouerbialis allegoria, qua recte vtemur, vbi quis insaniae praetextu rebus suis consulit, aut vbi quis solus periculum prospiciens in tempore sibi cauet, creditus

ditus interim vulgo desipere, deinde rerum euentus docet illum vnum sapuisse; vt haec sit vox velut opprobrantis socordiam iis, qui sibi non prospexerint mature, neque sapere coeperint, nisi accepto vulnere. Natum ab hac historia. Cum Sybaritae florerent opibus, quemdam Delphos emandarunt, qui de rerum suarum successu sciscitaretur oraculum. Responsum est, euertendam Sybaritarum fortunam, vbi plus honoris habere coepissent, quam diis. Euenit deinde, vt seruus a domino vapulans, ne quidquam ad deorum aras confugisset. Post ad heri monimentum confugiens liberaretur a plagis. Quod simul atque conspexisset Amyris, collectis rebus suis, in Peloponnesum demigrauit, reliquis interim Sybaritis hominem velut insanum ridentibus. Postea idem ob fictam insaniam miraculo fuit et prouerbio locum fecit. Quidam et Thamyrim vocant.

Non pluet post noctem, qua sus agrestis pepererit. Plutarch. Plutarchus refert hunc versiculum prouerbio iactatum:

Μηκέτι νυκτὸς ὕει, ἧκεν τέκῃ ἀγροτέρα σῦς.

Si quis significare velit, exacto vere, aut autumno serenitatem fore. Sues cicures saepius pariunt, ferae non nisi semel, idque iisdem fere diebus, ineunte nimirum aestate. Hinc negant fore pluuiam, postquam sus agrestis peperit, exactis nimirum iam mensibus pluuiis.

Lesbius prylis. Ὁ Λέσβιος Πρῦλις. Plutarchus Idem. tradit hoc prouerbium per similitudinem sumtum. Prylin enim fuisse Mercurii filium ac diuinandi peritum indicat.

Timidi mater non fiet. In bello qui contemnunt Aemil. Probus. hostem, nihilque metuendum ducunt, quoniam parum cauent, fere pereunt, et matribus luctum adferunt cum orbitate. Vid. loc. *Securitatis.*

PRVDENTIA CONIVNCTA VIRIBVS.

Homer. *Confiliis fimul et facto valens.* In hominem confilio pariter ac viribus excellentem, conueniet illud Homeri ex Odyff. ξ.

Οἷος ἐκεῖνος ἔην βουλευέμεν ἠδὲ μάχεσθαι.

Idem. *Prudentia cum viribus coniuncta.* In eum qui norit idem et aliis imperare, quid fit agendum, et ipfe perfequi cum eft opus, iuxta Homeri carmen, cui Alexander palmam tribuit.

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Sunt enim qui imperatorem agere norunt, at militem praeftare non norunt, idem valet:

Idem. *Imperator bonus, et idem robuftus miles.*

PRVDENTIA SENILIS.

Multorum feftorum Iouis glandes comedit. Πολλῶν πανηγυρέων Διὸς βαλάνων ἔφαγεν. De fene, longoque plurimarum rerum vfu docto, quafi dicas: Multas vixit Olympiadas. Quercus autem Ioui facra. Noftrates fimili ioco dicunt indicantes fenem, *Multa comedit oua pafchalia.*

Annofa vulpes haud capitur laqueo. Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ. Dicendum in eum qui longa aetate, multaque rerum experientia callidior eft, quam vt arte dolifque capi queat.

Zenod. *Eum aufculta, cui quatuor funt aures.* Ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος. Huius adagionis hoc interpretamentum adfert Zenodotus. Oraculo quondam fuiffe refponfum Intimo Cretenfi et Antiphemo Rhodienfi, vt eum obferuarent, cui quatuor effent aures. Is autem erat praedo quidam Phoenix, quem cauendum effe monebat oraculum.

lum. Porro, quod quatuor aures habere dictus est, non satis liquet, verene habuerit, an per allegoriam sit accipiendum, quod quatuor locis exploratores haberet dispositos. Verum illi, cum dei responsum tamquam ridiculum negligerent, in praedonem inciderunt, atque ab eo sunt exstincti. Itaque ex hoc euentu vulgo natam esse paroemiam existimant. Sed mihi magis arridet, Lacedaemonios Apollinis simulacrum ita solere fingere, vt quatuor haberet et manus totidem, vel quod hac figura visus sit illis apud Amyclas pugnantibus. Significabant, viro prudenti res quam plurimas tum audiendas esse, tum vsu vitae periclitandas. Atque ita monet prouerbium, audiendos esse illos, qui diuturno complurimum rerum vsu prae caeteris sapiunt, vt ita fere faciunt senes.

Anus subsultans multum excitat puluerem. Γραῦς ἀνακροτήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει. In eos dici solitum, qui ob rerum experientiam multum negotiorum aggrederentur.

Aetate prudentiores reddimur. Si quando negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quae quondam ob aetatis inscitiam arriserunt; sed vsu rerum auctam prudentiam, congruet illud Homeri Odyss. 6. Homer.

Ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα
Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμί, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων
Πυνθάνομαι, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός.

Sine cortice nabis. Qui iam per aetatem non eget custode morum, aut qui eo doctrinae processerunt, vt iam praeceptorum opera non habeant opus. Acron putat, metaphoram mutuo sumtam a iuuenibus, qui cum primitus natare discunt, corticibus, aut suberibus ventri subli- Horat.

gatis natant, deinde exercitatiores citra huiusmodi adminicula natare incipiunt.

Homer. *Senum prudentia.* In fenem plurimarum rerum vfu peritum, quique multa meminerit superioribus acta feculis quadrabit illud Homeri παλαιά τε πολλά εἰδώς.

Solon. *Senefco femper multa addifcens.* Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Significat autem vfu vitae, multaque rerum experientia parari prudentiam. Ter. *Numquam ita quifquam bene fubducta ratione ad vitam vit, quin res, aetas, vfus femper aliquid apportet noui: aliquid moneat, vt illa, quae credas fcire, nefcias; et quae tibi putaris prima, in experiendo repudies:* Senarius idem: *Difcipulus eft prioris pofterior dies.*

Homer. *Moderator negotii.* Qui fcientia et auctoritate fua negotia moderatur. Homerus.

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως.

PVDICITIA.

Diog. *Hippolytum imitabor.* Ἱππόλυτον μιμήσομαι. Diogenianus in prouerbiorum Collectaneis ait dictitatum de iis, qui ftatuiffent pure cafteque viuere. Nota eft fabula, quem ad modum is iuuenis odio foeminei generis, Dianae ftudiis fefe totum addixerit, defpecto Veneris Numine.

Ariftoph. *Melanione caftior.* Μελανίωνος σωφρονέστερος. Dicebatur, qui magnopere a mulierum congreffibus abhorreret. Aiunt Melanionem quempiam odio mulierum in folitudinem demigraffe, perque auia montium et nemorum cane, quo vno conuictore vtebatur, feras infectari folitum, nec vmquam domum reuocari potuiffe.

PVDOR.

PVDOR.

Pudor in oculis. Ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς. Horum nos pudet, quae in propatulo sunt. Aspectus enim vel incutit, vel renouat etiam pudorem. Vnde fit, vt pueri cum pudescunt, oculos tegant. Hinc et Poëtae Cupidinem, quod sit improbissimus, caecum fingunt.

Pudebat recusare, et non audebat suscipere. Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. Quo vti licebit, quoties incidit eiusmodi negotium, vt aliud suadeat honestas, aliud vtilitas: et dedecorosum sit, non suscipere prouinciam, rursum periculosum, suscipere. Homer.

Pudor et metus. Cum abstinetur a re quapiam, quod ea tum inhonesta factu videtur, tum vero minime tuta, locum habebit illud Homeri ex Iliad. ο. Ἴσχε γὰρ αἰδώς, καὶ δέος. De conglobata acie dictum, quae ne sese diduceret, partim pudor obstabat, partim metus. Idem.

Verecundia inutilis viro egenti. Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. Admonet autem abiiciendum pudorem, quoties vrget necessitas. Est enim verecundia cum ad multa vehementer inutilis, tum maxime cum res postulat, vt omnia nobis sint facienda.

Apud mensam verecundari neminem decet. Prouerbium hoc ex tota antiquitate per manus traditum est hodieque versatur in ore omnium: *Verecundari neminem apud mensam decet.* Nisi quod vulgus addit, nec in lecto. Plaut.

Tinctura Sardonica. Βάμμα Σαρδονικόν De colore praecellenti dicebatur, praecipue purpurae. Per iocum autem transfertur ad eum, qui pudefit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardo insula ingens, opposita Italiae, in qua variae purpurarum tincturae fiebant laudatissimaeque.

Tin-

Ariftoph. *Tinctura Cyzicena.* Βάμμα κυζικηνόν. Dedecus non eluendum appellabatur apud Atticos, dicebaturque in eos, qui metu quippiam indecore facerent. Cyziceni duobus nominibus notati funt timiditatis et mollitiei. Non vbiuis quiuis color tingitur feliciter, et infignes tincturae a locis habent cognomen. Aeftimatio tumorque confequens hominum vitam, eft velut tinctura quaedam.

Plato. *Vbi timor, ibi pudor.* Ἵνα δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. Cui fimilis illa Terentiana: *Omnes deteriores fumus licentia.*

Pythag. *Aduerfus folem ne meicto.* Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν. Opinatur Erafmus commendari verecundiam: tametfi Plinius fuperftitiofam huius rei caufam reddit. Auguria, inquit, valetudinis ex vrina traduntur. Si mane candida, dein rufa fit, illo modo concoquere, hoc concoxiffe fignificatur. Mala figna rubrae, peffima nigrae. Mala bullantis et craffae, in qua quod fubfidit, fi album eft: fignificat arca articulos aut vifcera malum imminere. Eadem viridis, morbum vifcerum; pallida bilis, rubens fanguinis; mala et in qua veluti furfures atque nubeculae apparent, diluta quoque alba, vitiofa eft; mortifera vero craffa, graui odore, et in pueris tenuis ac diluta. Magi vetant eius rei caufa contra folem lunamque nudari aut vmbram cuiufquam ab ipfa afpergi. Hefiodus iuxta obftantia reddi fuadet, ne deum nudatio aliquem offendat.

Ne pudeat artem proloqui, quam factites. Multos non pudet turpi quaeftu viuere, cum pudeat nomen eius quaeftus profiteri.

PVNIRI PRO ALIO.

Tibicen vapulat. Ebulus apud Athenaeum lib. 9. ait, fuiffe morem, fi quid peccaffet coquus,

quus, tibicinem ſolere vapulare. Phylillius apud eundem.

Ὅτι ἂν τύχῃ μάγειρος ἀδικήσας,

Τὸν αὐλητὴν λαβεῖν πληγάς.

Canis peccatum. Vide, *Vltio malefacti.*

RAPACITAS ET AVARITIA.

A mortuo tributum exigere. Ἀπὸ νεκρῶ φορολογεῖν. Dicebantur, qui per fas nefaſque diuitias vndequaque congerunt. Dici ſolitum in eos, qui turpiter vndecumque lucrum aucuparentur a rebus minutis ac ſordidis. Velut: Veſpaſianus e lotio; aut e turpibus, velut e lenocinio, quaeſtuque corporis; aut cum a quibuſlibet extorquetur, ab amicis, a tenuibus, a mendicis; poſtremo vel ab ipſis mortuis. Nota hic in foeneratores Chriſtianos. Ariſtot.

Vndecumque lucrum captant. Apte dicetur in aduocatos, et calumniatores, in malos medicos, qui captant vndecumque, ſi quis incidat in caſſes, quem poſſint expilare. Homer.

Fabarum arroſor. Κυαμοτρωξ. Dicebatur, qui in creandis magiſtratibus vendebat ſua ſuffragia, eoque quaeſtus gratia ſedulo verſabatur in comitiis. Vnde fabis victitare dicebantur, quibus hinc erat quaeſtus. Suidas.

Felis Tarteſſia. Γαλῆ Ταρτησσία. Non inepte dicetur de rapacibus. Huic confine eſt illud Lucian. ἁρπακτικώτεροι τῶν γαλῶν. Tarteſſii ſunt in Iberia, apud quos feles maximae naſci dicuntur.

Lacunam explere. Pro ſarcire damnum. Cicero: *Vide ne qua lacuna ſit in auro*, hoc eſt, ne quid deſit. Cicero.

Nullam corporis partem habet otioſam, ne eam quidem, qua vocem promit. De quodam, cui omnia

omnia membra ſhere venalia, etiam os et vox. Torquetur in hominem, non manibus tantum, ſed toto corpore rapacem.

Quod vtile honeſtum: quod autem noxium turpe. Nihil eſt vtile, niſi quod honeſtum eſt.

Exigit et a ſtatuis farinas. Αἰτεῖ γε καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα. In eum dicendum, qui nullius miſertus, vndecumque quod poteſt auellit, vel ab ipſis mortuorum ſtatuis. Competit in Principes expilatores plebis, aut in auaros ſacerdotes, apud quos ne ſepulcrum quidem gratis conceditur. Natum a tyrannis, qui et a ſepulcris, aut defunctorum ſtatuis vectigal colligunt.

Vlpian. *Nec paſſim, nec omnia, nec ab omnibus.* Nam inhumanum a nemine accipere: ſed paſſim viliſſimum eſt: et omnia, auariſſimum. Admonet in muneribus accipiendis non ſolum verecundiam adhibendam eſſe, verum etiam delectum.

Iulian. *Lucri bonus eſt odor ex re qualibet.* Faceta quidem, ſed tamen peſtilens illa vox Veſpaſiani, qui cum ex lotio vectigal faceret, homo turpiter auidus, ſuperque eo facto a filio admoneretur, quod re tam putrida lucrum faceret, paullo poſt collectam pecuniam filii naribus admouit, rogauitque ecquid illa puteret. Iuuenalis:

Lucri bonus eſt odor ex re qualibet.

Ennius.

Vnde habeas curat nemo, ſed oportet habere.

Zenod. *Mendici pera non impletur.* πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται. Senſus per ſe liquet, nempe inexplebilem eſſe mendicitatem.

Mendicorum loculi ſemper inanes. πτωχῶν οὐλαὶ ἀεὶ κεναί. De petacibus dictum et inſatiabilibus.

Suidas. *Vna cum ipſis manipulis.* Αὐταῖς ἀμάλαις. Cum omnia funditus pereunt, hoc eſt, quum ne gluma

gluma quidem sit reliqua. Prouerbium a rusticis natum.

Cum puluisculo. Quum omnia sic tolluntur, vt ne puluis quidem sit reliquus. Eodem pertinet Euangelicum illud, quo iubentur etiam puluerem excutere Apostoli, id est, ne minimum quidem ab eis auferre secum. Plautus: *Conuertet hic iam me totum cum puluisculo.* Metaphora mutuo sumta ab iis, qui frumentum ab area conuerrunt, non sine puluere. Plaut.

Lucrum pudori praestat. Κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον. Plautus in Pseudolo: *Nimio illud, quod pudet facilius fertur, quam illud quod piget.* Idem: *Pol pudere, quam pigere, praestat totidem litteris.* Plutarch. Τῇ μὲν δικαίᾳ τὴν δόκησιν ἄρνυσο.

Τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος, ἔνθα κερδανεῖς.

Sophoc.

Τὸ κέρδος ἡδύ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἴῃ.

Sententiae bono viro indignae.

Charybdis, Barathrum. Hominem maiorem in modum edacem, bibacem aut rapacem helluonem, Charybdim aut Barathrum vocamus. Horatius de Lurcone quodam: *Ingluuies et tempestas, Barathrumque macelli.* Horat.

Megaricae sphinges. Μεγαρικαὶ σφίγγες. Ita scorta quaedam vulgus olim appellabat, eo quo Megarensium mores improbi fictique et populari conuicio quodam notati fuerint, siue quod apud eos nutrix sphinx appelletur, siue quod vulgo molles sphictae παρὰ τὸ σφίγγω dicuntur. Diog.

Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere. Hodie vulgo celebratum durat, vbi quis est exactor durior atque instantior: Quid? Num et pellem vis? Quasi conueniat lana contentum esse. Tondent igitur, qui ita spoliant, vt sortem relinquent, vnde res possit crescere. Deglu- Sueton.

glubunt, qui nihil reliqui faciunt. Nam lana detonsa renascitur: Cute detracta, nihil est quod deinde possis auferre.

Suidas. *Canis circum intestina.* Κύων παρ̀ ἐντέροις. Dicebatur, vbi quis eas res, quarum esset cupientissimus, propositas conspiceret, quibus tamen frui non liceret. Canes enim oberrant circum intestina, deuoraturi, nisi fustem timerent.

Plutarch. *Rapina cotytiis.* Ἅρπαγα κοτυτίοις. Cotytia festum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex more placentulae quaepiam et arborum foetus ramis alligabantur, eaque diripienda proponebantur. Dici solitum de bonis temere profusis direptisque.

Hesiod. *Ne a chytropode cibum nondum sacrificatum rapias.* Indicat Marcus Tullius irreligiosum fuisse, cibum e patella edere. In genere poterit accommodari ad quemuis, qui negotium irreuerenter et illotis, vt aiunt, pedibus aggreditur. Huc pertinent et illa: *A patella rapere*, *A veru rapere*, *A sartagine.*

Lauerniones. Dicuntur homines furaces, quod fures sub tutela Lauernae deae essent, in cuius luco obscuro atque abdito soliti sunt furto sublata, praedamque defodere.

Liuius. *Bona Porsenae.* Bona Porsenae dicebantur, quae velut ab hostibus erepta paruo veneunt. Non inepte dicetur in res, quae dono cuiuspiam, aut fortunae commoditate citra nostram operam contingunt. Porsena discedens ab Ianiculo ex foederis lege, castra opulenta cum commeatu Romanis dono dedit, haec postea hostiliter venisse, bonaque Porsenae appellata esse tradunt.

Athen. *Partitio, non praefocatio.* Μερὶς ὀ πνὶξ. Olim cum ii, qui viribus praepollerent, cibum eriperent imbecillioribus, manus interim in illos inicientes, excogitatum est, vt fortibus ex aequo diui-

diuideretur epulum, iamque a pauperibus exclamari coeptum, μερὶς οὐ πνίξ. Quo licebit vti, si quando significamus non esse locum violentiae, sed ex aequitate iuris oportere tractari negotium.

Persaepe sacra haud sacrificata deuorat. Ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει. Senarius est Simonidis, in mulierem quamdam male moratam et auidam in conuiuiis. Concinne dicetur in eos, qui ventris impulsu statim ad deuorandas epulas irrumpunt, non exspectatis caeremoniis et elegantiis illis, quibus ciuiles vtuntur. Ductum a victimis, quas fas non erat contingere, nisi mysteriis peractis.

Vulturis vmbra. Γυπὸς σκιά. Quadrare videtur in haeredipetas, aut alioqui rapaces inhiantesque praedae. Respondet illi: *Si vultur es, cadauer exspecta.* Diog.

Voracior purpura. Τὰ λιχνότερα τῶν πορφυρῶν. Athen. Idque dictum existimat Athenaeus vel a tincta purpura, quae omnia quibus admota fuerit, velut ad sese rapit, suoque colore res vicinas inficit; vel ab animante ipso, quod quidquid nactum fuerit retinet ac deuorat. Conueniet in edaces, aut in eos, qui omnia in suum compendium vertunt.

Edax currus. Ἀδηφάγον ἅρμα. In glutones Aristoph. et voraces dicebatur, propterea quod currus multum absumit vnguinis siue ceromatis: siue quod sumtuosa res sit, equos et currus alere. Venustius reddetur, si deflexeris ad animi vitia; cupiditates inexplebiles esse: quum naturae vsus perpauca postulet.

Laudant vt pueri pauonem. Iuuenalis scripsit Iuuen. in auaros, qui carmina laudant duntaxat, nihil autem largiuntur poëtae:

Didicit laudator auarus
Tantum admirari, tantum laudare disertos,
Vt pueri Iunonis auem.

Diog. *Atticus moriens porrigit manum.* Ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα ἀποθνήσκων. Huic adagio locum fecit Atheniensium in muneribus captandis et occupandis lucris insatiata cupiditas.

Pamphili furtum. Παμφίλου νοσφισμός. Pamphilus hic veteris comoediae conuitiis notatus est, quod aerarium expilasset. Conueniet in peculatores qui e publico suffurantur.

Virgil. *Non curat numerum lupus.* Virgilius.

Hic tantum Boreae curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Recte dicetur in hominem impudenter furacem.

Argivi fures Ἀργεῖοι φῶρες. De palam improbis. Nam argiui furacitatis infamia laborabant.

Plaut. *Vorare hamum.* Neque minus elegans illud in Curculione: *Meus est, hamum vorat.* De lenone, cui fraus intendebatur, epistolam, qua decipiendus erat, lecturiente.

Athen. *Polypi.* Olim dicebantur, vel stupidi, stolidique, vel rapaces et vncis vnguibus homines. Siquidem ob eam causam Polypo stultitiam tribuunt, quod ad manum captantis vltro mouetur, nec aliter capitur, nisi quod non cedat. Adscribitur autem rapacitas tenacitasque, quod quidquid brachiorum flagellis nactus fuerit, suctu attrahat ac retineat.

Hesiod. Ἡμερόκοιτος. Vulgari ioco fures dicti videntur ἡμερόκοιτοι, quod interdiu dormiant, noctu vigilent. Hesiodus.

Μήποτέ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἕληται.

Apte torquebitur in tollionem et furacem.

Can-

Candidum linum lucri causa ducis. Λευκόλινον λῖνον κερδογαμεῖς. In eum quadrat, qui dotis causa ducit vel deformem, vel anum. Porro linum vocat vxorem, vel quod apud veteres solae mulieres linis vterentur, vel quod viro alligetur matrimonio, et libera esse desinat. Nam Graeci λῖνον pro vinculo vsurpant, λευκώλενος autem Iunonis epitheton ab albis vlnis. Diog.

Nutricum more male. Καθ' ὥσπερ αἱ τιτθαί γε σιτίζεις κακῶς. Conueniet in eos, qui de lucro paullulum aliquid impertiunt sociis, aut, qui sic facultates alienas administrant, vt maximam partem in suos conuertant vsus. Id quod hodie tutorum vulgus factitat. Plutarch.

Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, praeterea nihil. Ἡ φιλοχρηματία Σπάρταν ἑλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν. De iis, qui sola pecunia possunt expugnari, alioqui inuicti. Natum adagium ab oraculo, quo responsum est, tum demum vincendos esse Lacedaemonios, cum aurum et argentum in pretio coeperint habere. Idem.

Inexplebile dolium. Ἄπληστος πίθος. Varius est huius adagionis vsus. Quadrat enim primum in glutones edacesque, congruentius autem in istos bibacitate inexplebili, qui quo plus biberint, hoc plus sitiunt. Quadrabit et in obliuiosum, cui si quid eruditionis infundas, protinus effluit, quique prius obliuiscatur quam perdidicerit. Competet etiam in homines praeter modum profusos. Congruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil est satis, verum quo magis impleantur opibus, hoc magis inanes esse videntur. Zenodotus et tartarum ipsum recte accipi inexplebile dolium putat, quot tot millibus defunctorum numquam expleatur. Quadrabit et in eos, qui male ab aliis rapiunt, quae male item profundant in alios. Adagium natum a notissima fabula Zenod.

puellarum Danaidum, quae ob ſponſos necatos has poenas apud inferos dare dicuntur, vt ſitulis perſtillantibus aquam hauriant, atque in dolium item pertuſum infundant, graui nimirum ſed inutili labore.

Larus hians. Λάρος κεχηνώς. Dicebatur, vbi quis auidius inhiaret praedae. Eſt enim larus auis auida, voraxque.

Plaut. *Labrax Mileſius.* Λάβραξ Μιλήσιος. In ſtolidum et auidum dicebatur. Labrax enim piſcis genus lato oris rictu, vnde eſcam totam, vna cum aere, faucibus corripit, atque ob id facile capitur: Lupus Latine dicitur: Vnde apud Plautum lenoni Labracis nomen. Ariſtoteles hunc annumerat inter eos, qui praeda laniatuque viuunt; lingua eſt oſſea et affixa, cor triangulum. Ariſtophanes labracem piſcium ſapientiſſimum appellat. Apud Miletum autem Aſiae ciuitatem praegrandes et item plurimi eſſe dicuntur, propter ſtagnum influens in mare. Gaudet enim hic piſcis aqua dulci.

Cratin. *Buthus obambulat.* Βοῦθος περιφοιτᾷ. De leuibus ac ſtolidis dicebatur. A moribus Buthi cuiuſdam athletae, qui vicerat in pythiis ludis. Fieri poteſt, vt huic id nominis inditum fuerit ab edacitate, quod ſolidos boues vorare ſoleat. Nam cognominatus eſt et Hercules βουθοίνας, quod aliquando eſuriens quemdam e bubus Theodamantis, quibus ille terram proſcindebat abductum occidit ac vorauit. Vnde etiam videtur dici poſſe in edaces, *hoc eſt*, βουφάγους.

Serpens niſi edat ſerpentem draco non fiet. Ὄφις εἰ μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται. Potentes aliorum damnis creſcunt, et optimatum fortunae in tantum non augerentur, niſi eſſent quos exſugerent. Quem ad modum inter piſces et beluas, maiores viuunt laniatu minorum.

Priuſ-

Priusquam ſortiaris, communiora deuoras. Vide, *vis iniuſta.*

Nouit haec Pylaea et Tyttygias. Οἶδε τι πυλαῖα καὶ Τυττυγίας. Hoc velut aenigmate veteres innuebant, opes malis artibus quaeſitas. Tyttygias plagiarius quiſpiam fuit, qui ſeruos et res alienas, quas furto ſuſtulerat, in Pylaea, is eſt Arcadiae locus, venditare conſueuit, atque hoc quaeſtu diues euaſit. Zenod.

Faciunt item huc locutiones iſtae prouerbiales: *Olitorem odi, qui radicitus berbas excidat. Malum lucro coniunctum non eſt malum. Non ſacrificata rapere. Communius tamquam Silapo.*

RARITAS.

Phoenice rarior. Φοίνικος σπανιώτερος. De rebus, aut etiam hominibus inuentu perquam raris. Natum adagium a fabula Phoenicis auis de qua Plinius et ante omnes, inquit, nobilem Arabiae Phoenicem, haud ſcio an fabuloſe, vnum in toto orbe, nec viſum magnopere. Aquilae narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, caetera purpureus, caeruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis faciem, caputque plumeo apice honeſtante.

Vbi per Harma fulgurarit. Ὁπότε δι' Ἅρματος ἀστράπτει. De iis, quae nimis cunctanter ac ſero, aut admodum raro fiunt: aut cum nimis anxie ac ſuperſtitioſe captatur rei gerendae opportunitas. Strabo vnde natum ſit adagium indicat, ſcribens vicum quemdam eſſe deſertum, atque infrequentem apud Mycaletum Boeotiae, quem Harma, id eſt, curtum nominant. Vel hinc nata paroemia: Vbi per harma fulgurat; videlicet Pythicis vatibus fulgur aliquod certum, quod ex eo loco veniret, obſeruantibus, eoque viſo, ſacra Delphos mittentibus. Strabo.

Aristoph. *Lac gallinaceum.* Ὀρνίθων γάλα. Dicitur in opulentos, et quibus quiduis rerum suppeditat, aut de raris inuentu, adque ob id pretiosis.

Persius. *Rara auis.* Dicebatur res quaeuis noua et inventu perrara. Persius: *Si forte quid aptius exit, Quando haec rara auis est.* Iuuen. *Rara auis in terris, nigroque simillima cygno.* Vnde illud Aristoph. Τίς ἐστιν ὄρνις οὑτοσί; De hospite et ignoto.

Iuuen. *Alba auis.* Λευκὸς ὄρνις. Pro re noua atque inauspicata. Quadrabit et in rem admodum raram et inusitatam, quod aues perpaucae sint hoc colore. De albae gallinae filio dictum est alibi.

Idem. *Coruus albus.* De raris inuentu dixit Iuuenal. *Coruo quoque rarior albo.*

Perot. *Noctuinum ouum.* Γλαυκεῖον ὠόν. Sunt qui negent noctuinum ouum inueniri. Prouerbium itaque quadrabit, vel in hominem nihil nulliusque frugis, vel in rem raram inuentu. Fortassis antiquitus abstemium et a vino abhorrentem hoc adagio significabant. Philostratus enim de ouo noctuae rem oppido quam prodigiosam refert. Obseruandum, ait, vbi loci niduletur noctua, deinde oua subducere oportebit, eaque mediocriter cocta infanti mandenda dare. Quod siquid ex his ederit, priusquam degustarit vinum, inferetur illi vini odium, adeo vt in omnem vitam quam maxime sobrius sit futurus. Aelianus refert fabulam paullo magis etiam, quam haec est, anilem. Ciconiae noctuas oua sua prodere solitas arcent miro ingenio. Nam hae contactu reddunt ea subuentanea steriliaque. Remedium igitur aduersus haec illud adhibent. Platani frondes in nidum conuehunt, quas noctuae, posteaquam contigerint, torpescunt, ita vt iam nocere non queant.

REFV-

REFVGIVM.

Abdera pulcra Teiorum colonia. Strabo tradit, Teios, quum Persarum contumelias ferre non possent, vrbe relicta, Abdera Thracum vrbem demigrasse. Atque hinc illud vulgatum fuisse: Ἄβδηρα καλλὴ Τηΐων ἀποικία. Hoc aenigmate significamus, non deesse, quo confugiamus, si quis praeter modum pergat esse molestus. Strabo.

REPELLENTIS.

Aliam quercum excute. Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε. Hoc adagio ablegamus eos, quae sine fine petunt aliquid, aut qui continenter ab eodem mutuum postulant. Paroemiam hinc natam putant, quod olim mortales glandibus victitabant, Cereris vsu nondum reperto. Balanistae siue glandium collectores si quando circumspicerent, si quae glandes in arboribus reliquae essent, praetereuntes per iocum exclamabant; *aliam quercum excute;* quae vox abiit in prouerbium.

Tollat te, qui non nouit. Sic cuius dolos iam non ignotos esse nobis significabimus, neque post hac posse ab illo falli, concinne dicamus. Adfinis locutio prouerbialis: *Quaere hospitem.* Quinctil.

RIGOR.

Summum ius summa iniuria. Hoc est, Tum maxime, disceditur ab aequitate, quum maxime superstitiose haeretur legum litteris. Id enim summum ius appellant, quum de verbis iuris contenditur, neque spectatur quid senserit is, qui scripsit. Cicero.

Ad viuum resecare. M. Tullius dixit, pro eo quod est, rem exactius quam sat est, ac morosius excutere. Mutuo sumta metaphora a tonsori- Idem.

ſoribus, capillos aut vngues reſecantibus. Nam ii ſaepe numero moleſti ſunt, dum nimium diligentes eſſe ſtudent.

Sophoc. *Radit vſque ad cutem.* Ξυρεῖ ἐν χρῷ. De eo dicebatur, qui nimium exacte videretur agere cum aliquo. Sumtum a tonſoribus, qui quoſdam per pectinem radunt, relictis pilorum quaſi ſtirpibus, quoſdam citra pectinem ad viuam vſque cutem.

Ex ſyngrapha agere. Obſignatis tabulis agere, pro eo quod eſt, rigide parumque ciuiliter, ſed velut ex obligatione.

Cicero. *Ad libellam debere.* Dicitur qui pecuniam praeſentem ac inſti ponderis debet.

Cenſoria virgula. Tritiſſimum eſt apud eruditos, Cenſoriam virgam appellare iudicandi auctoritatem, praeſertim cum ſupercilio a magiſtratu Romano ſumtum.

Idem. *Obtorto collo trahi.* Dicuntur, qui volentes nolentes ad aliquod adiguntur. Pro eodem dicitur. *Mente trahere.*

RISVS.

Intra labia riſit. Theocritus, *Riſus vero labium intra haeſit.* Simile eſt quod de riſu Sardonio dicitur

Riſus Ionicus. Γέλως Ἰωνικός. In molles et voluptuarios dicitur. Nam Ionum mollities perinde vt Sybaritarum faſtus, in prouerbium abiit, quod alteri Graecorum, alteri Barbarorum eſſent luxurioſiſſimi.

Diog. *Riſus Megaricus.* Γέλως Μεγαρικός. In eos dicendum, qui parum, intempeſtiue iocantur, quique malunt aliquoties amicum, quam dictum perdere.

Riſus

Rifus Chius. Γέλως Χῖος. De molli lafciuoque rifu. Quandoquidem et Chiorum mores taxauit vetus Comoedia. Diog.

Sardonius rifus. Σαρδώνιος γέλως. De rifu ficto atque amarulento aut infano denique. Et fenfus et origo prouerbii varie traditur ab auctoribus. Aefchylus tradit, gentem effe quamdam, carthaginienfium coloniam, quae fardonum regionem inhabitet, ei morem effe fenes feptuagefimum praetergreffos annum, Saturno facrificare, videntes interim ac mutuo fefe complexantes. Nam turpe ducebant, in funere aut eiulatum edere, aut lacrimas profundere. Timaeus ait, Sardoniis confuetudinem fuiffe, vt filii parentes iam grandaeuos iuxta foffam, aut praecipitium, in quo fepeliendi forent, collocarent, atque inde fuftibus caedentes, in eam darent praecipites. At illi interim pereuntes ridebant, exiftimantes, eam mortem felicem, atque egregiam, quod liberorum impietate interirent. Sunt, qui dicant, in Sardorum infula herbam nafci quamdam, cui Sardoae cognomen fit, Apiaftro fimilem. Eam fapore quidem effe dulcem, verum guftatam, ora hominum in rictus dolore contrahere, vt veluti ridentes emoriantur. Neque rurfum defunt, qui Sardonium vfum cognominatum autumant ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι τοὺς ὀδόντας, quod dentes aperiat atque renudet, cuiufmodi rifus effe folet eorum, qui non ex animo rident. Rurfum alii perhibent, apud Sardinios fuiffe receptum, vt ex captiuis pulcerrimos quofqne ac natu maximos, qui feptuagefimum exceffiffent annum, Saturno mactarent, ridentes in morte, propterea quod id forte ac virile videretur. Citatur auctor Clearchus Carthagine follemnem fuiffe morem, vt in magnis votis puerum Saturni manibus imponerent. Huius ftatua fingebatur aerea, manibus por-

porrectis. Sub eo fornax erat, ea succendebatur, puer itaque ignis vapore contractus ac tortus ridentis speciem exhibebat. Denique et Simonidem allegat Zenodotus. Ait enim Talum quempiam aereum virum, priusquam in Cretam perueniret, in Sardiniam accessisse, vbi non paucos mortales neci dedit. Qui cum morientes ringerentur, risus imaginem quamdam exhibentes prouerbio locum fecerunt. Addunt nonnulli, cum a Sardiniis in Cretam transmittere vetaretur illum in ignem desiliisse, quandoquidem aerei corporis erat, deinde Sardinios pectori suo admotos necare solitum. Emoriebantur autem velut in amplexu, ac ridentibus adsimiles nimirum rictu incendii vi deducto. Dioscorides inter venena prodidit herbae speciem esse quamdam, quam quidam ramunculum appellant latine, graeci batrachion, eam a regione, in qua copiosius prouenit Sardoam siue Sardoniam dicunt, quae pota siue comesa mentem adimat, labiisque contractis, risus speciem praebeat.

Aiacis risus. Αἰάντειος γέλως. In eos, qui temere ac vecorditer rident. Adagium natum est ex historia Aiacis. Is adeo grauiter tulisse legitur Vlyssem sibi praelatum in capessenda successione amorum Achillis, vt prae dolore in insaniam versus sit. Itaque gladio destricto in gregem pecorum insiliit, existimans, sese Graecorum copias caedere. Tum duos quosdam maximos sues, a trabe suspensos, flagris cecidit, arbitrans hos esse Agamemnonem atque Vlyssem, quorum alteri vt iudici, alteri vt victori potissimum erat iratus. His igitur suibus plurimo cum risu insultauit, addens conuicia quaecumque suggerebat splendida bilis. Deinde postea quam resipuisset partim pudore, partim metu sibi mortem consciuit. Nec intempestiuiter torquebitur

bitur in eos, quibus risus oboritur, nulla de causa, quem vulgo dicunt aut insaniae aut stultitiae argumentum esse.

Ἀγρειόγιλως. Prouerbiali, nouoque composito verbo dicebatur nugator, quique rebus ineptis oblectaretur.

Risus syncrusius. Γέλως συγκρούσιος. Risum effusiorem Graeci ita vocant, quod hominem quatiat: quem eumdem quidam existimant Sardonium esse.

Stultior Melitide. Μωρότερος Μελιτίδυ. Melitides vnus e felicissimis illis fatuis, quos Homerus suo carmine nobilitauit. Emori risu, Defluere risu, pro vehementer ridere. Zenod. Terent.

RIXOSVS.

Rhodii sacrificium. Ῥόδιοι τὴν θυσίαν. Vbi res iurgiis et verbis male ominatis peragitur. Refertur a Diogeniano. Diog.

Spirat Caecias. Aristophanes ad Caeciae venti naturam alludens, dixit: *Vt iste spirat Caecias et sycophantias iam.* Caecias autem posuit pro turbis ac litibus. Notatur enim ibi Cleon vt delator ac criminator. Aristoph.

Insana laurus adest. Plinius. *In eodem*, inquit, *tractu portus Amyci est, Bebryce rege interfecto clarus. Eius tumulus a supremo die lauro tegitur, quam insanam vocant; quoniam si quid ex ea decerptum inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abiiciatur.* Itaque quadrabit in hominem rixarum auctorem. Plinius.

Lindii sacrum. Λίνδιοι τὴν θυσίαν. Subaudi, faciunt. Dicebatur in eos, qui inauspicato rem diuinam faciebant. Apud Lindum, quod est oppidum Rhodi Herculis sacra sunt, quorum a caeteris longe diuersus est ritus, siquidem non εὐφημίᾳ, vt graeci vocant, sed maledictis et exsecra- Lactant.

ſecratione celebrantur, eaque pro violatis habet, ſi quando inter ſollemnes ritus, vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Cuius rei haec ratio redditur, ſi tamen vlla eſſe in rebus vaniſſimis poteſt. Hercules cum eo delatus eſſet, famemque pateretur, aratorem quemdam conſpexit arantem, ab eoque petere coepit, vt ſibi vnum bouem venderet. Enimuero ille negauit fieri poſſe, quia ſpes ſua omnis colendae terrae duobus illis iuuencis niteretur. Hercules ſolita violentia vſus, quia vnum accipere non potuit, vtrumque ſuſtulit. At ille infelix, cum boves ſuos mactari videret, iniuriam ſuam maledictis vltus eſt, quod homini eleganti et vrbano gratiſſimum fuit. Nam dum comitibus ſuis epulas apparat, dumque alienos boues deuorat, illum ſibi amariſſime conuiciantem cum riſu et cachinnis audiebat. Sed poſtquam Herculi diuinos honores ob admirationem virtutis deferri placuit a ciuibus, ei ara poſita eſt, quam de facto *βούζυγον* nominauit, ad quam duo iuncti boves immolarentur, ſicut illi, quos abſtulerat aratori, eumque ipſum ſibi conſtituit ſacerdotem, ac praecepit iiſdem maledictis ſemper in celebrandis ſacrificiis vteretur, quod negaret ſe vmquam epulatum iucundius. Zenodotus addit, hunc apud Lindios inoleuiſſe morem, iubente etiam oraculo, vt inter peragenda ſacra conuicia quaedam iactarentur. Adagium ad multos vſus accommodari poteſt, vel ad rixoſum conuiuium, vel ad rem quampiam malis omnibus inſtitutam.

Litem mouebit, ſi vel aſinus canem momorderit. *Δίκην ὑφέξει κἂν ὄνος δάκῃ κύνα.* Quadrabit in eos, qui de re quamtumuis exigua litem ſuſcitant. Natum videtur ab euentu quopiam.

Hieron. *Canina facundia.* Quod in adagionem ceſſit in quoſdam, qui tantum ad maledicendum eloquen-

tiae ſtudium exercent: a rixa canum et ab latratu ſumto epitheto, ſiquidem r littera, quae in rixando prima eſt, canina vocatur.

Litem incipere. In eum, qui iam prouocatus aggreditur conuitiis agere, congruet illud Homeri ex Iliad. κ. Homer.

Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ.

Haſtam corripuit robuſtam cuſpide acuta. Cui diuerſum eſt illud, Haſtam abiecit.

Ne allia comedas et fabas. Ἵνα μὴ φάγῃ σκόροδα, μηδὲ κυάμους. Pro eo quod eſt, ne bellis neue in iudiciis adſis. Nam in bellum inferebantur allia commeatus militaris. In iudiciis fabas eſitabant, ne obdormiſcerent. Refertur rectius ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur ſuffragia.

Ptolemaica lis. Πτολεμαῒς ἡ δίκη. Diogenianus indicat dici ſolitum in litium auidos. Anus quaepiam fuit Ptolomais, quae quoad vixit, lites agitabat, nec vmquam a cauſis agendis erat feriata. Diog.

Vltra Hyperbolum. Ὑπὲρ τὸν ὑπέρβολον. Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quiſpiam erat mirum in modum appetens litium. Vnde conveniet in eos, qui ſimili laborant morbo. Plutarch.

Tetigit lapidem a cane morſum. Plinius de veneno rabidi canis agens: *Minus hoc miretur,* inquit, *qui cogitet lapidem a cane morſum vſque in proverbium diſcordiae veniſſe.* Cuius e verbis coniicere licet, vulgo creditum fuiſſe, vt ſi quis lapidem a cane morſum contigiſſet aut calcaſſet, eum iracundiorem euadere, et ad diſſidia propenſum. Fortaſſis ita dictitabant in hominem concitatiorem ac rixoſum. Plinius.

Syrbenae chorus. Συρβήνης χορός. De choreis incompoſitis ac tumultuoſis olim dicebatur. Nam σύρβη quidam vocem exiſtimant, qua ſubulci

bulci erga ſues vtuntur, vnde et σύρβα pro tumultu abutuntur: Σύρβη item fiſtularis dicitur theca, vnde συρβηνεύς dicitur tibicen aut tumultuoſus. Ducta videtur metaphora a diſſono porcorum grunnitu. Tempeſtiuiter dicetur in homines inter ſe diſcordes et querulos: aut vbi offendet aures imperitorum cantorum ſymphonia diſcors.

Diog. *Eretrienſium Rho.* Ἐρετριέων Ῥῶ. Vbi quis cerebrius et aſperius eam litteram ſonaret. Quo nomine nunc male audiunt apud Gallos Picardi. Eretrienſes adamarunt hanc litteram P, quam loco Σ. ſupponebant, cum contra Athenienſes eam verterint in σ vt θαρσᾶν, pro θαῤῥεῖν. Quoniam ea littera dicitur impetus, ac vehementiae ſignificationem habere: videtur et in homines praecipites ac violentos congruere prouerbium.

SALVBRITAS.

Zenod. *Crotone ſalubrius.* Κρότωνος ὑγιέστερον. De re nequaquam noxia, ſed vndequaque ſalutifera. Zenodotus ab animante ſumtam paroemiam exiſtimat. Eſt enim Croton muſcae genus placidum et innoxium, neque ſuctu, neque alia aliqua re moleſtum. Strabo ortum dicit a Crotonitatis, quorum locus olim longe iudicatus fuit ſaluberrimus, et breui temporis ſpatio quam plurimos produxit tum athletas, tum Philoſophos i. e. corporibus pariter ac animo praeſtantes viros.

Suidas. *Cucurbita ſanior.* Κολοκύντης ὑγιέστερος. Inde natum, vel quod cucurbita non facile laeditur aeris vitio, propter cruſtum quo tegitur, vel quod ea variis remediis efficax eſſe perhibeatur. Videtur non abſurde inde ductum prouerbium, quod cucurbita vndique turgeat integra, nec rimis hians, nec vermiculis obnoxia. Integritas autem et obeſitas corporis ſanitatis argumentum eſt.

Valere

Valere pancratice. Plautus dixit pro eo, quod est, firma esse valetudine. Nam in Pancratistis robur corporis potissimum spectabatur. Pro eodem dixit, *Valere athletice*, *valere pugilice*, *valere basilice*. Plaut.

Sanior es pisce. Nam ad eumdem modum hodieque vulgo loquuntur. *Tam sanus es quam piscis.* Id inde sumtum est, quod creditum est pisces non sentire morbos, quamquam huic sententiae refragantur Aristoteles et Plinius.

Tria saluberrima. Apud Plutarchum videtur et hoc prouerbio fuisse iactatum. Sed praestat ipsius verba transscribere: Ὅθεν ἄριστα λέλεκται τροφῆς ἀκορίην, καὶ πόνων ἀοκνίην, καὶ σπέρματος ἀτίης συντήρησιν, ὑγιεινότατα εἶναι. Plutarch.

SCVRRILITAS.

A sexaginta viris venio. Ἀπὸ τῶν ἑξήκοντα ἔρχομαι. Athenienses mire delectantur iis, qui risum dictis aut factis mouere norunt; adeo vt ad hoc in Diomeo aut Heracleo sexaginta conuenirent, qui in ciuitate nominabantur sexaginta viri, quem ad modum nos dicimus triumuiros et decemuiros, magistratum significantes; vt si quid ridicule dictum esset, vulgo ita loqueretur: *Sexaginta viri hoc dixerunt.* Poterit per ironiam dici in dictum illepidum et agreste. *Dictum sexaginta viris dignum:* aut in stulte dicacem, *Hic nobis venit a sexaginta viris.* Athen.

Equitandi peritus ne cantet. Ἵππω σαύνην διδοὺς μὴ ᾄδη. Sumtum a Poëta quopiam, in eum, qui professus res serias, versatur in nugis. Greg. Theol.

SECVNDAE EXPERIENTIAE.

Posterioribus melioribus. Inter Graecanicas paroemias refertur, δευτέρων ἀμεινόνων. Quo signi-

ficabant ea, quae prima experientia parum bene successerant, secunda nonnumquam commodius euenire, et prioris consilii erratum posteriore consilio corrigi. Quod quidem nonnulli putant a sacris ortum, in quibus si prima victima non fuisset litatum, iterabant sacrum, meliora sperantes.

Homer. *Danda venia lapso.* Qui dicet aliquando dandam veniam, si quid erratum sit per incuriam, neque enim hominis esse, vt semper exactam praestet diligentiam, vsurpabit illud Homeri ex Odyss. T.

Ἀλλ' ὁ γάρ πως ἐστιν ἀΰπνους ἔμμεναι αἰὲν. Ἀνθρώπους.

Herm. Barb. *Destitutus ventis, remos adhibe.* Cum res non succedit vt volumus, ad alia praesidia confugiendum est, aut cum fortuna est aduersa, tum magis adlaborandum.

SECVRITATIS ET TVTAE REI.

Terent. *In tranquillo est.* Terent. *Qui te in scopulum e tranquillo auferat.* Et quod alibi diximus: *Ego in portu nauigo.*

Idem. *In vado.* Pro eo quod est in tuto, citraque discrimen sumta a natantibus aut nauigantibus. Vadum autem est aquae fundus, in quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum, ne mergatur.

Aristid. *Duabus ancoris fultus.* Ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖ. Subaudiendum, ancoris. De firmis et immotis, et qui rem suam probe constabilierunt. Ductum a nauibus intra portum tuto manentibus, a prora simul et a puppi proiectis ancoris.

Tamquam ad aram. Cum extremum refugium intelligi volumus. Inde sumtum, quod olim in extrema necessitate ad aras deorum soleant confuge-

fugere, vnde nefas erat, quemquam detrahere.

Ad asylum confugere. Cognatum est superiori. Haec fient venustiora, si ad animi res transferantur. Cicero.

Arx. Hac metaphora tutissimum ac validissimum praesidium significamus:

Bonum est duabus niti ancoris. Id est, Bonum est duplici praesidio niti, vt si alterum destituat, altero iuuemur. Pindar.

Extra fumum et vndam. Verba sunt Calypsus adhortantis Vlyssem, vt neque nimium littori vicinus nauiget, fumum secutus, neque se profundo credat pelago, sed in medio secet viam, quod ibi periculum sit a saxis et vadis, hic ab vndis. Homer.

E terra spectare naufragium. Pro eo quod est, In tuto spectare aliorum pericula. Simile illi: *De muris iudicare Achiuos.* Cicero.

Mortuo leoni et lepores insultant. Sumtum ex Homero vbi Hectorem ab Achille iam interfectum circumsistunt Graeci, mortuo insultantes: nec quisquam erat, qui exstincto non aliquod vulnus infligeret. Homer.

Ne si ad Iouis quidem aulam. Qui metuunt malum, ad asylum confugiunt: verum a morte nullum est effugium. Sophocles: *Vbi mortis vrget tempus, ad Iouis atria si fugeris, effugere non possis tamen.* Prouerbii species est in illis verbis: *Ne ad Iouis quidem atrium, quod pro tutissimo posuit refugio.* Sophocl.

Primum apes abigendae. Dictum est cuiusdam, qui sensit primum hostium copias aduentantes esse submouendas, quo possint Asia potiri. Sumtum a curatoribus apum, qui quo mel eripiant ex aluearibus, apes fumo vel alio quouis modo abigunt. Agathi.

Plato. *Pugno tenere.* Ἀπρὶξ ταῖν χεροῖν λαβέσθαι. Dicitur, quod ipso contactu sentitur.

Liuius. *Testudo intra tegumen tuta est.* Docet hic Liuius tutius esse domi manere, quam sua fortunae committere, et ad omnes ictus exponere.

Sarta tecta. Pro consummatis probeque curatis, et in quibus sit nihil omissum. Abiit in prouerbium ex solemnibus Iureconsultorum verbis.

Terent. *In portu nauigare.* Ἐν λιμένι πλεῖν. Qua significamus nos iam a periculo ab esse; propterea quod qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorum et aestus arbitrio nauigant: contra qui iam intra portum sunt, nihil habent negotii cum vndis et ventis. Virgilius.

Nunc mihi parta quies, omnisque in limine portus.

Zenod. *His Medus non insidiabitur.* Τάδε Μῆδος οὐ φυλάξει. Cum Xerxes exercitum ad Graeciam traducere pararet, vt auctor est apud Zenodotum Dicaearchus, Graeci desperatis rebus facultates suas absumserunt, ne multum reliquum fieret, quod hostis tolleret, ita dicentes: Haec Medus non obseruabit, eaque vox in adagium abiit, vbi quis largius impenderet sua, ne venirent in aliorum manus.

Homer. *Otiosus esto.* Si quem iubemus curare cuticulam, negotium aliis curae futurum, accomodabimus illud Homeri ex Odyss. ιβ.

Μήτι τοι ἄλλο.

Ἐν στήθεσσι κακὸν μελέτω ἔργον τε ἔπος τε.

Ἀλλὰ μάλ' ἐσθίεμεν καὶ πινέμεν ὥς τὸ πάρος περ.

Pythag. *Choenici ne insideas.* Χοίνικι μὴ ἐπικαθίσαι. Interpretatur D. Hieronymus, De victu ne fueris solicitus in diem crastinum. Est autem Choenix

nix demenſum et cibus diurnus. Plutarchus autem longe diuerſius, putat non indulgendum otio, ſed induſtria proſpiciendum victum, ne deſit in poſterum.

Thymbra victitans. Θυμβροφαγεῖ. Adagio dicebantur, vel qui tutius ac liberius vitam agerent, vel qui moribus eſſent parum blandis, vel qui hilariter citraque ſolicitudinem paruo contenti viuerent, quod thymbra herbae genus ſit. Eſt autem ſaporis ſubamari, in agris paſſim prouenit et pratenſis, pratenſis praeſtantior eſt hortenſi, locis gaudens petricoſis. Suidas

Rem factam habere. Pro eo quod eſt, certam atque indubitatam. Si quidem promiſſa parum certa ſunt. Martial.

Hermionis vice. Ἀνθ' Ἑρμιόνος. Puta fuero tibi, aut mea domus, aut ſimile quippiam. Valet autem perinde quaſi dicas: *Loco aſyli tibi fuero, vel inſtar arae.* Eſt Hermione templum in Peloponeſo, ſacrum Cereri ac Proſerpinae; ad quod qui confugerint, tuti ſunt propter loci religionem. Ariſtoph.

In terra pauperem. Ἐν γῇ πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτοῦντα πλεῖν. Satius eſt paullulum habere tuto, quam multum cum periculo.

Moenia Semiramidis. Τείχη Σεμιράμιδος. De muris inexpugnabilibus dicebatur, egregieque munitis. Ouid.

In tuo regno. Quod cuiuſque priuatum eſt, regnum eius dicitur.

In tuo luco et fano eſt ſitum. Pro eo quod eſt, in tua poteſtate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu. Cicero: *In meis caſtris praeſidiisque verſaris*, id eſt mecum facis, et pro me pugnant, quae dicis. Plaut.

Inter ſuas praeſepes. Pro eo quod eſt, certum ac paratum. Nam quod intra ſepta noſtra clauſum ſit, id tuto certoque poſſidemus. Idem.

Terent. *Aliud cura.* Cum negabis esse causam, cur aliquis aut dubitet, aut sollicitus sit, exemto scrupulo.

Persius. *In diem viuere. Ex tempore viuere.* Est praesentibus rebus contentum viuere, atque ex parato, minime solicitum de futuris. Quae vita Graecis dicitur καθημέριος βίος, et καθημερόβιοι, qui ad eum viuunt modum. Vnde et ex tempore dicere, id est, citra praemeditationem.

Canis tamquam Delum nauigans. Ἄδεως ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων. In supinum, otiosum, securum, ac voluptuariam agentem vitam dicebatur. Nam Athenis facilis ac tuta in Delum nauigatio. Vnde fiebat, vt qui illuc soluerent, inter nauigandum securi, nihilque periculi metuentes, canerent. Mos erat Atheniensibus, vt quotannis nauem solemni apparatu religionis causa Delum mitterent; hac qui vectabantur, hymnos quosdam in Apollinis laudem decantabant.

Lucian. *Porrectis pedibus dormire.* Ἀποτείνοντα τὼ πόδε καθεύδειν. Vel sublatis pedibus requiesco, et supinus per otium. Et supinitaten, negligentiam, incogitantiamque significamus. Et conserere manus, in Hebraeorum prouerbiis, in ignauum.

Plinius. *In dextram aurem.* Sic enim admonent medici, vt in primo somno, qui profundissimus esse consueuit, in aurem dextram incumbamus. Cum experrecti redormire cupimus, in sinistram. Porro qui leui somno vult vti, in neutram incumbit aurem, quo facilius expergefiat.

Terent. *In vtramuis aurem dormire.* Est animo otioso, securo, vacuoque esse.

Plutarch. *Leporis vita.* Λαγὼω βίον ζῆν. Dicuntur, qui semper anxii trepidique viuunt, quod id animal omnium praedae expositum, ne somnum quidem capit, nisi oculis apertis.

Plaut. *In vtramuis dormire oculum.* Esse animo otioso, securo, vacuo.

Alce-

Alcedonia sunt apud forum. Exstat in Graecorum commentariis huiusmodi prouerbium: Ἀλκυονίτιδας ἡμέρας ἄγεις, de tranquillam et otiosam agentibus vitam. Ab aue quadam marina ductum adagium, quae alcyon dicitur. Est paullo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis et candidis admixta pennis, collo gracili et procero. Ea foetificat bruma, qui dies alcyonides vocantur, neque apparent nisi mari tranquillo, maxime siculo. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos et totidem sequentibus pariunt. Hi dies et nautis sunt noti. Nam in his tempestatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari. Nidi pili figura paullum eminenti, ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine ex spinis aculeatis compacti, tanta duritie, vt ferro incidi nequeant. Franguntur ictu valido, vt spuma arida maris. **Plaut.**

Vita molita. Ἀληλεσμένος βίος. Vita molita siue victus, vt ita loquamur, farinatus. Suidas indicat adagium varie accipi. Quosdam vsurpare de vita priscorum, qui glandibus vescebantur, nonnullos de iis, qui in magna rerum, quas desiderarent, affluentia vitam agerent. **Suidas.**

Equus me portat, alit rex. Ἵππος μὲ φέρει, βασιλεύς μὲ τρέφει. Hinc natum: Iuuenis quidam sub rege Philippo stipendia faciebat. Is cum admoneretur, vt missionem peteret, seseque a militia abdicaret, negauit se facturum, isto adagio. Huc allusit Horatius: **Horat.**

Rectius hoc, et
Splendidius multo est; equus vt me portet, alat rex.

Extra lutum pedes habes. Ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις. In eos, qui molestiis non inuoluuntur negotiis, vnde se nequeant explicare, sed extra periculum constituti sunt. Sumtum a viatoribus. **Homer.**

Homer. *Extra periculum ferox.* In timidum et ita demum ferocem, si procul absit a periculo, velut in obtrectatorem clancularium, qui coram non ausit congredi. Homer Iliad. ν.

Ἀνδρῶν δυσμενέων ἑκὰς ἑσταμένοις πολεμίζειν.

Diog. *Procul a pedibus equinis.* Ἐκ τῶν ποδῶν ἱππείων. Vulgo dicitur, cum significant fugiendum esse periculum.

Terent. *Extra telorum iactum.* Ἔξω βελῶν. Pro eo quod est, in tuto, citraque periculum. Translatum a bellis, vbi qui nolunt feriri iaculis, longius semouent sese, quam vt possint contingi iactu teli, aut in loco a iaculis defenso se continent.

Idem. *Porro a Ioue atque a fulmine.* Πόῤῥω Διός τε καὶ κεραυνοῦ. Admonet, non esse agendum cum praepotentibus, qui nutu possint perdere, si quando libeat: maxime cum regibus ac tyrannis.

Idem. *Post principia.* Sumtum a bellis, in quibus summum periculum est iis, qui in prima stant acie.

Suidas. *Non vulgari ancora nititur.* Significans aliquem nouis, minimeque vulgaribus praesidiis niti.

Aristot. *Quid Achiuos a turre iudicatis.* Concinne torquebitur ad eos, qui in tuto constituti, de iis iudicant, qui in periculo versantur. Quem ad modum faciunt ii, qui in turri aut vallo sedentes, otiosi spectant praeliantes, iudicantque, ac in multis animi robur aut consilium desiderant, quod ipsi nequaquam praestituri forent, si in eodem discrimine versarentur.

Quasi millus cani. Nam millus est collare canum venaticorum coriaceum confixum clauis ferreis eminentibus aduersus impetum luporum. Ad hunc igitur modum, certum firmumque praesidium significabimus.

Timi-

Timidi mater non flet. Animosi in bello contemnunt hostem, nihilque metuendum ducunt: itaque quoniam sibi parum cauent, fere pereunt, et matribus luctum adferunt cum orbitate. Contra qui nihil non metuit, neque quidquam omnino contemnit, is tutioribus vtens consiliis, raro venit in periculum. Aemil. Probus.

Legatus non caeditur neque violatur. Deflecti poterit ad bene monentem, siue recta consulentem siue concionantem libere. Legatus est, qui refert mandata sui principis, aut agit negotium publicum: Non est fas illi vim admouere. Iure enim gentium receptum est, vt legati publica fide veniant, et redeant inuiolati, etiamsi perferant atrocia, quales erant feciales et patres patrati. Scholia. Homer.

SEMPER.

Quoad vixero. Quod in vita perpetuum nobis futurum intelligi volemus, indicare licebit Vergilii carmine: Virgil.

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

SENIVM PRAEMATVRVM, AVT MORS.

Ergini cani. Ἐργίνε πολιαί. De canicie praepropera, *id est*, quae ante diem legitimam accidit. Erginus filius fuit Clymenis, vnus ex Argonautis. Cum autem Hypsipyle Thoantis Lemniorum regis filia funerales ludos manibus parentis proposuisset, Erginus adolescens praeter aetatis rationem iam canus, accessit inter reliquos decertaturus. Irrisus est autem a mulieribus Lemniacis, ob intempestiuam capitis canitiem, et prouerbio locum fecit. Hoc si per ironiam dicetur

cetur in senes iam canos, qui tamen iuuenes etiam dum haberi velint, causantes eam canitiem non ex annis, sed e curis aut aliunde praematuram accidisse. Poterit torqueri et in illos, qui aetate iuuenes, iam tum ingenio, moribusque senem agunt.

Homer. *Mala senium accelerant.* Qui dicit senectam non esse annis metiendam, propterea quod ii, qui se multis laboribus discruciant, ante diem consenescunt, vsurpabit illud Homeri ex Odyss. T.

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.

Menan. *Praestat canem irritare, quam anum.* Nulla ira atrocior muliebri, maxime cum ad sexus vitium accedit senectus. Canis irritatus tantum oblatrat: at aniculae praeter linguae venenum, interdum instructae sunt malis artibus, veneficiis et incantamentis. Vnde et Menander: *Plus est periculi anum lacessere, quam canem.*

Theocr. *Vno die consenescere.* Theocritus: *Verum quos amor angit, in vna luce senescunt.* Nulla vero res citius accelerat senium, quam animi curae, amor, odium, inuidentia, metus ac moeror.

Praematura mors. In hunc, qui matura morte discesserit, superstitibus parentibus, accommodabis illud Homeri.

Οὐδὲ τοκεῦσι

Θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών.

SERA POENITENTIA.

Cicero. *Sero sapiunt Phryges.* Conueniet in eos, quos stulte factorum sero poenitet. Troiani tot acceptis cladibus vix decimo demum anno de restituenda Helena consultare coeperunt.

Cuma-

Cumani sero sapiunt. Ὀψὲ αἰσθάνονται οἱ Κυμαῖοι. Strabo. Id adagium refertur a Strabone, putatque eos vulgo male audisse, tamquam stupidos atque insulsos, ob hanc causam, quod ducentis annis portus vectigalia exegerint, hoc nomine vt vrbem aedificarent, quae dare tamen non desierunt, quum iam vrbs esset exstructa. Adiicit et aliam fabulam. Cumanos publica pecunia mutuo accepta, porticus construxisse. Deinde cum pecuniam eam ad diem praescriptum non reddidissent, a deambulatione fuisse prohibitos. Aliquanto post cum ingens esset pluuia, creditores ludibrii caussa, praeconem misisse, qui publicarent edictum, vti Cumani porticus subirent. Atque ita voce praeconis admonitos subisse, inde natum adagium, qui Cumani non nisi moniti senserint defugiendam esse pluuiam. Nihil vetat, quo minus dicatur in illos, qui non nisi malo suo docti, parent recte monentibus.

Malo accepto stultus sapit. Paullo diuersius extulit Hesiodus: Hesiod.

Δίκη ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει

Ἐς τέλος ἐξελθοῦσα, παθὼν δὲ νήπιος ἔγνω.

Huc referendum et Plautinum illud in Mercatore: *Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit.*

Piscator ictus sapit. Ἁλιεὺς πληγεὶς, νόον οἴσει. Sophocl. Idque ferunt ab huiusmodi quodam euentu natum. Quum piscator quispiam piscibus, quos intra rete tenebat, manum admouisset, atque a scorpione pisce feriretur: ictus, inquit, sapiam. Itaque suo malo doctus cauit in posterum. Plinius demonstrat, id esse peculiare draconi, et scorpio pisci, vt laedant aculeis, si manu tollantur.

Factum stultus agnoscit. Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. Homer. Item illud Demosthenicum. *Non emo tanti*

tanti poenitere. Vnde perquam eleganter Fabius apud Tit. Liuium, euentum, stultorum magistrum appellat.

Theocr. *Mus Picem gustans.* Μῦς ἄρτι πίσσης γευόμενος. Quidam aiunt dici solere in eos, qui cum antea fuerint audaculi et confidentes, postea periculo degustato plane timidi videntur. Nondum satis liquet, vtrum a mure in pice deprehenso sit translata allegoria, an ab illo, de quo meminit Herodotus, in pice deprehenso atque ita poenas dante, an a pugile illo Tarentino, vt in πίσσῃ sit allusio ad nomen vrbis, apud quam celebrantur certamina. Interea eadem ferme manet adagii significatio videlicet experientiam male cessisse. Siquidem mus imperitus, si quando in picem inciderit, aut perit, aut vix eluctatur ac deinde periculi memor timet contingere, et pugil ille ante ferox et iactabundus, simulatque certamen olympiacum expertus est, sensitque quanti constiterit ea victoria, deinceps abstinuit. Quare non intempestiue dicetur in eum, quem poenitet experimenti, aut qui rem parum feliciter tentatam, iterum aggredi refugit.

Post acerba prudentior. Παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος. Congruet in eum, qui suo malo redditus est cautior.

Seneca. *Sera in fundo parsimonia.* Admonet in tempore parcendum rebus necessariis, neque imitandum profusorum vulgus, qui tum denique incipiunt parcere, posteaquam viderint minimum superesse. Persius.

Donec deceptus et expers,
Nec quidquam fundo suspiret nummus in imo.

Post rem deuoratam ratio. Quem ad modum de sera ope dicitur, post bellum auxilia: ita de sera parsimonia dicitur post absumtam rem supputatio.

Quod

Quod dedi, datum nollem. Significat se poenitere, quod puellae fecerit copiam, de caetero non facturam. Plaut.

Satius est, recurrere, quam male currere. Πάλιν δρομῆσαι μᾶλλον ἢ δραμεῖν κακῶς. Praestat mutare consilium in melius, quam in male institutis pergere. Lucian.

Optimum aliena insania frui. Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Admonet adagium, vt ex aliorum erratis ipsi cautiores efficiamur, et alienis periculis reddamur prudentiores, et aliorum desipientia nobis sapiendi praebent occasionem. Plinius.

Hedera post Anthisteria. Ἀκισσὸς μετ' Ἀνθιστήρια. Quum sero quippiam adhibetur. Apparet in his ludis morem fuisse coronari hedera. De Anthisteriis, id est, Floralibus festis diximus in prouerbio, *Cares foras.*

Atqui non est apud aram consultandum. Ἀλλ' οὐδὲν δεῖ περὶ τὸν βωμὸν τὰς ἐπινοίας. Consultandum antequam incipias: in ipso negotio sera consultatio. Sumtum a sacrificis, qui pro ritu sacrorum omnia praeparant, priusquam accedant ad aram. Nam in ipsis sacris periculosum existimabatur, siquid parum rite dictum ac factum fuisset a sacerdotibus.

SERVM REMEDIVM AVT INTEMPESTIVVM.

Satis est initiis mederi quam fini. Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λῷον ἢ τελευτήν. Suidas.

Elleborum frustra quum iam cutis aegra tumebat
Praesentes videas: venienti occurrite morbo.

Ouidius: *Sero medicina paratur*
Quum mala per longas inualuere moras.

Pueros admonet a vitiis arcendos, dum adhuc tenera ac tractabilis aetas, farciendas protinus offen-

fas,

ſas, ne in ſimultatem exoleſcant, Minima vitanda mala, ex quibus maiora ſolent pullulaſcere, occaſiones euitandas, quae mali quippiam parituræ videantur.

Suidas. *Sero veniſti, ſed in colonum ito.* In eos, qui poſt tempus aduenirent, aut qui mercede quippiam facerent. Porro colonus eſt terra editior, in ſpeciem tumuli ſeu colli.

Idem. *Poſt bellum auxilium.* Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Quoties ſerius adhibetur remedium. Siquidem aegroto mortuo ſero venit medicus, et aedibus in cinerem redactis ſero infunditur aqua.

Senem erigere. Γέροντα δ' ὀρθᾶν φλαῦρον ὃς νέος πέσοι. Haud facile dediſcuntur a ſenibus vitia, quae pueri didicerint, et in omnem inhaeſerint vitam.

Plutarch. *Sero veniſti.* Ὀψ' ἦλθες. Competit in eos, qui poſt tempus rem aliquam aggrediuntur: veluti ſi iam aetatis vitio frigidus vxorem paret ducere, aut grandior litteras addiſcere. Huc faciunt etiam locutiones iſtae prouerbiales:

Mortuis mederi. Aquam infundere cineri.

SERVIRE TEMPORI.

Cicero. *Seruire ſcenae.* Eſt rebus praeſentibus ſeſe accommodare. Tranſlata ab hiſtrionibus fabularum, qui hoc vnum ſpectant, vt quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi exſibilandique.

Terent. *Vti foro.* Eſt praeſentem rerum ſtatum boni conſulere, et vtcumque ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. Donatus vulgare prouerbium admonet eſſe, ductamque metaphoram a mercatoribus, qui non ante locum commercii praeſcribunt, quanti vendant, quae aduehunt, ſed ſecundum annonam fori, quam deprehenderint,

rint, consilium de non vendendis, aut vendendis mercibus sumunt. Seneca: *Vtamur foro, et quod sors feret, aequo feramus animo.*

Aut bibat, aut abeat. Aut tempori, locoque nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus. Quidam sic efferunt: ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι. Natum est a priscis illis Graecorum symposiis, hoc est, compotationibus. In quibus mos erat talis, sortiri quempiam, qui conuiuio quasi praesideret, ac decreta conuiualia praescriberet, νόμους appellabant; porro praefectum βασιλέα nominabant, quem Plutarchus συμποσίαρχον, latini modimperatorem, quasi modum imperatorem, ne quis aut plus satis biberet, aut parum, Eupolides οἰνόπτας, alii ὀφθαλμοὺς vocant.

Gladiator in arena consilium capit. Admonet e re nata mutandum aliquando consilium, et tempori, quod aiunt, seruiendum. Seneca.

Polypi mentem obtine. Πολύποδος νόον ἴσχε. Quo iubemur pro tempore, alios atque alios mores, alium atque alium vultum sumere. Adagium natum est a piscis huius ingenio. Nam persequentibus piscatoribus petris affigit sese et cuicumque petrae adhaeserit, eius colorem corpore imitatur, videlicet ne queat deprehendi. Plutarch.

Spartam nactus es, hanc orna. Ἣν ἔλαχες Σπάρταν, κόσμει. Admonet adagium, vt quamcunque prouinciam erimus sorte nacti, ei nos accommodemus proque huius dignitate nos geramus. Cicero.

Omnium horarum homo, Dicitur qui seriis pariter ac iocis est accommodatus. Quinct.

Sub manu nasci. Pro, ex tempore. Seneca: Consilium ergo sub manu nascatur. Seneca.

Aut abi, aut exuere. Apud Lacedaemonios hic fuit mos, vt in publicis certaminibus neminem cogerent ad congressum, sed legem edice- Plato.

edicebant, ἢ ἀπιέναι, ἢ ἀποδύεσθαι. Si transferatur ad rem animi, velut ad disputandum aut repugnandum carni, prouerbii vim habet.

SERVITVS.

Plaut. *Argentum accepi, imperium vendidi.* Qui accipit beneficium, perdit libertatem. Demenetus pauper vxorem duxerat pulcre dotatam, sed in quam nihil haberet imperii: quare, inquit, *argentum accepi, dote imperium vendidi.*

Spartae serui, maxime serui. Apud Lacedaemonios ingenuis non erat fas discere, aut exercere vllum opificium, sed haec omnia per Helotas, (id erat seruorum genus, quibus nefas erat vllam artem liberalem vel discere, vel exercere,) agebant.

Subiugus homo. Ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος. Qui non arbitratu suo, sed alieno iussu facit quippiam. Traductum a iumentis iugalibus. Huc pertinent illae metaphorae: *Mittere sub iugum, Deiicere iugum, Excutere iugum, Subducere collum iugo.* Ouidius: *Et tua laesuro subtrahe colla iugo.*

Lucian. *Leo chordula vinctus.* Lucianus: *Leo filo vinctus, sursum ac deorsum circumferor*, cum quis exiguo commodo captus, apud aulicos ostentatur passim, quod princeps tantum alat virum.

Samii litterati. Apud Samios inuentae sunt XXIV. litterae, a Callistrato. Sic Andron in tripode. Idem Ionum litteras tradidit Atheniensibus. Probabile est igitur a repertis traditisque litteris, iocum fuisse versum ad stigmata. Nam Samii simul et accipiebant et tradebant infames notas.

Seneca. *Cum sarcinis enatare.* Id est, Nemo sese recipit in libertatem, nisi contemtis praemiis seruitutis. Non enim potest euadere occupationes, qui curarum auctoramentum non potest negligere.

SIMI-

SIMILITVDINIS ET CONGRVENTIAE.

De grege illo est. *Id est*, Eiusdem factionis, aut contubernii. Tullius: *At vellem te in tuum veterem gregem retulisses.* Terent.

Nostrae farinae. Eiusdem farinae dicuntur, inter quos est indiscreta similitudo. Perinde quasi dicat, nostri gregis, nostrae conditionis. Pertinent ad illam classem: *Eadem cera et idem puluis*, *Eiusdem notae cet.* Persius.

Non eras in hoc albo. *Hoc est*, Non eras in hoc numero. Translatum ab albata tabula, in qua quondam scribebantur nomina iudicum. Plinius.

Non sum ex istis heroibus. Ὀυκ εἰμὶ τέτων τῶν ἡρώων. *Id est*, Non sum ex eorum numero, qui propensiores sunt ad laedendum, quam bene merendum. Sumtum a geniis, qui lacessiti saepe perniciem afferunt, perraro iuuant. Vnde qui se commodum, non noxam allaturos esse pollicebantur, hoc vtebantur adagio. Zenod.

Patris est filius. Τῦ πατρὸς ἐςι τὸ παιδίον. Ita loquuntur, vbi quis mores imitatur patrios. Et in genere eius filium vocamus quemlibet, quem moribus expresserit, quod liberi fere parentes referre soleant.

Aphyarum honos .Ἀφυῶν τιμή. Quotles humilibus exiguis quispiam honos contingit. Nam Aphya pisciculus est vilis, cui coquendo nihil adhibetur, praeter oleum quo frigitur.

Terra amat imbrem. Ἐρᾷ μὲν ὄμβρυ γαῖα. Vbi quis desiderat ea, quae sibi nouit esse accommodata, conducibiliaque. Terra frigida et sicca appetit imbrem, qui iuxta aëris naturam, vnde venit, est calidus et humidus, ac imber vicissim appetit terram. Aristot.

Scopae dissolutae. *Scopas dissoluere.* Homines nihili, nulliusque prorsus consilii. Cicero scopas Cicero.

pas diſſoluere dixit, pro eo quod eſt, rem prorſus inutilem efficere. Nam ſcopae colligatae et ſpeciem videntur habere qualemcumque, et ad verrendum pauimentum ſunt accommodatae. Porro ſi diſſolueris nihil inutilius, nihil inelegantius.

Cicero. *Vno tenore.* Tenorem rei progreſſum vocant. Vnde, quae ſui ſimilia ſunt, ſibique veluti perpetua quadam ſuccedunt ſerie, horum eumdem eſſe tenorem dicimus.

Plato. *Boni ad bonorum conuiuia vltro accedunt.* Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴενται. Vbi vir bonus, fiducia virtutis et amicitiae, quae generalis inter omnes probos intercedit, ad ſui ſimilem accedit, non exſpectatis vulgaribus iſtis invitatiunculis. Quidam natum putant ab Hercule, qui cum Ceti Trachenii domum inuocatus inuiſeret, hunc verſiculum primus dixerit. Idem: Ἀκλητὶ κωμάζουσιν εἰς φίλους φίλοι.

Ariſtot. *Simile gaudet ſimili.* Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. Martial. *Vxor peſſima, peſſimus maritus.*

Miror non bene conuenire vobis.

Iuuen. *Magna inter molles concordia.*

Idem. *Malus cum malo colliqueſcit voluptate.* Κακὸς κακῷ γὰρ συντέτηκεν ἡδονῇ. Malus malo iucundus ob vitiorum commercium et ſocietatem.

Cicero. *Aequalis aequalem delectat.* Similitudo mater eſt beneuolentiae, conſuetudinis et familiaritatis conciliatrix. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiſcitur ab aetatis aequalitate. In hanc ſententiam exſtant aliquot veterum prouerbia, quorum eſt illud: ἧλιξ ἥλικα τέρπει.

Plutarch. *Aequalem tibi vxorem quaere.* Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. Adagium admonet, ne quis cupiditate aut ambitione allectus, ſe potentiorem ducat vxorem. Tuae ſortis vxorem ducito. Poteſt et longius

trahi,

trahi, nimirum ad negotium suscipiendum, cui sis conficiendo par et idoneus.

Iugum idem trahere. Non dissimile est illi: *In eadem esse naui,* pro eo quod est, negotii vices pariter sustinere. Translatum a bubus arantibus. Theocr.

Cicada cicadae cara, formica formicae. Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ, Ἴρηκες δ' ἴρηξιν. Nota est formicarum politia et cicadarum concentus. Idem.

Ouum ouo simile. De rebus indiscretae similitudinis. Cicero.

Quam apes apum similes. Cicero: Vt *similia sunt et oua ouorum et apes apum.* Vbi iocatur in Democriti mundos, vsque quaque inter se similes.

Non tam aqua similis aquae. Non tam lac lacti simile. Plaut.

Furem fur agnoscit, et lupum lupus. Ἔγνω δὲ φῶρ τε φῶρα, καὶ λύκος λύκον. Amant enim vulgo se mutuo, qui similibus vitiis laborant. Aristot.

Semper similem ducit Deus ad similem. Duo inter se similes plerumque bene conueniunt. Homer.

Semper graculus assidet graculo. Ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἱζάνει. Graculorum conuentus olim notos fuisse, testatur M. Varro. Aui huic apud Graecos nomen inditum a κολάω quod est conglutino. Et Varro graculos dici putat, quod gregatim volent, quod tamen Quinctilianus non probat. Diog.

Similior ficu. Ὁμοιότερος σύκου. Per iocum dicebatur de vehementer inter se similibus. Ducta metaphora a ficorum inter ipsas similitudine. Plutarch.

Aut ipse fuisti, aut tui simillimus. Si quando per iocum indicabimus eundem aliquem fuisse, qui tamen se fuisse eat inficias.

Omnia similia. Eadem est conditio mortalium.

Crobyli iugum. Κρωβύλου ζεῦγος. De societate duorum pari improbitate dici consueuit. Du-

ctum a Crobylo lenone sceleſtiſſimo, qui iugum, id eſt, par ſcortorum alebat domi.

Eadem cera. Ἐν κηρίῳ. Dicebantur, qui vno ore idem affirmarent. Ductum a fauorum cellulis inter ſe connexis, ſiue quod cera tenax ſibique haerens.

Ficus poſt piſces. Quadrabit, vbi dicemus aliis alia congruere. Quem ad modum poſt carnes caſeum, poſt piſces nuces iubent vulgo apponi.

Horat. *Ouo prognatus eodem.* Vultus, ingenium, mores, facta ac prorſus omnia ſic huic cum hoc conueniunt, vt iures eodem prognatos ouo. Ariſtoteles oſtendit id iuxta naturam fieri, vt ex eodem ouo duo pulli naſcantur. Horatius ad Ledae reſpicit fabulam, quae grauida ex Ioue in cygnum conuerſo, ouum peperit, vnde gemini prognati Caſtor et Pollux.

Catulae dominas imitantes. Τὰς δεσποίνας αἱ κύνες μιμέμεναι. Vbi ſerui dominorum ferociam repraeſentant. Quoties ii, qui ſubſunt, eorum exprimunt mores, ſub quorum imperio degunt. Iuuenalis:

Maxima quaeque domus ſeruis eſt plena ſuperbis.

Hieron. *Similes habent labra lactucas.* Vbi ſimilia ſimilibus contingunt, velut praeceptori parum docto diſcipulus indocilis, improbo populo magiſtratus improbus, vxori moroſae maritus moroſus: Breviter, quoties mala malis, digna dignis eueniunt. Nam adagium ab aſino carduos paſcente.

Tertull. *Qualis hera, talis pediſſequa.* Qualis pater, talis filius.

Ambroſ. *Aſpis a vipera.* Cum peſſimus a peſſimo ſumit mali quippiam.

Aut piſcem olet, aut florem. Dictum in eum, qui bene oleret: quod timallus piſcis ſit odore

gratiſ-

gratissimus, et aeque fragrans eiusdem nominis flos. Ita idem pronunciatus est piscis odor esse qui floris. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras.

Sequitur perca sepiam. Comitem ducit sepia percam, Dictum de improborum societate.

Dignum patella operculum. Significat autem Episcopum ad improbos populi mores accommodatum. Hieron.

In matellam immeiere. Ἐς τὴν ἀμίδα ἐνουρεῖν. Cum sordide tractantur, aut ad munus aliquod parum honestum adhibentur ii, qui non indigni videantur, vtpote ipsi sordidi atque inhonesti, quasique ad contumelias ferendas facti. Lucian.

Conto nauigare. Κόντῳ πλεῖν. Dicebantur, qui sic rebus vterentur, quem ad modum vti conueniebat: aut qui vitae genus suo accommodatum ingenio sequerentur. Itidem non ad quamuis vitam quiuis idoneus est. Contus enim ad nullum alium vsum accommodatus, quam ad nauigationem. Suidas.

Ipsa olera olla legit. Quaere: *Malum arcessitum.* Catull.

Surdaster cum surdastro litigabat. Δύσκωφος δυσκώφῳ ἐκρίνετο, ὁ δὲ κριτὴς κωφότερος. Iudex autem erat vtroque surdior? cum res agitur inter vndequaque ridiculos ac stultos. Nicar.

Cascus cascam ducit. Quoties similis similem delectat, vetulus vetulam, deformis deformem. Nam antiquitus cascum dicebatur, quod nos vetus appellamus. Videtur esse iocus in anum vetulo nuptam. Huc pertinet: *Vbi tu Caius ego Caia.* Varro.

Omnia idem puluis. Πάντα μία κόνις. De indiscreta similitudine vtitur Lucianus, alludens ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet discriminis. Lucian.

Strabo. *Omnia sub vnam Myconum.* Πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκωνον. Est autem Myconus ex Cycladibus vna, in qua fabulis proditum est, positos esse gigantes postremos ab Hercule confectos. Vnde dictum illud prouerbium in eos, qui res natura diversas eodem titulo complectuntur. Itaque qui eodem libro Grammatica pariter et Theologica, item Dialectica et Iurisconsultorum litteras tradat, in eum non inconcinne dicetur.

Diog. *Conuenerunt Attabas et Numenius.* Συνῆλθον Ἀτταβᾶς τε καὶ Νεμήνιος. Dici solitum, quoties improbus aggregatur cum improbo. Diogenianus tradit hos insigne par furum fuisse.

Galenus. *Eumdem calceum omni pedi inducere.* Galenus loquitur de quibusdam medicis imperitis, qui non habita ratione morborum, eadem remedia admovent omnibus. Non dissimile illi: *Scis simulare cupressum.* Hieronymus: *Nec ad instar imperiti medici, vno collyrio omnibus oculos velle curare.*

Nauson Naucrati. Ναύσων Ναυκράτει. Quoties aliqui similia inuicem respondent. Veluti si quis herus salutatus, herum resalutet: et nebulo compellatus, nebulonem vicissim compellet. Nauson enim et Naucrates, vtrumque a naue dicitur, perinde quasi dicas, nauta nautae.

Noui Simonem, et Simon me. De iis dicebatur, qui pares essent. Zenodotus scribit duos fuisse ductores, notae vtrumque improbitatis.

Cretensis Cretensem. Ὁ Κρὴς τὸν Κρῆτα. Subaudi, quod erit commodum sententiae, prouocat conatur circumuenire, aut tale quippiam. Sumtum a Cretensium moribus, quos plurimis conuiciis incessiuit antiquitas.

Cretensis cum Aegineta. Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην. Subaudiendum agit. Quadrabit in pariter improbos, qui mutuis inter se fallaciis agunt. Nam Aeginetae olim male audierunt, in quos etiam oracu-

oraculum illud quidam editum putant: ὄντι τρίτοι ὄντι τέταρτοι.

Ver hiemem sequitur. Rerum vices significat. Et tristibus succedent laetiora. Plutarch.

Cretiza cum Cretensi. Πρὸς Κρῆτα κρητίζειν. Id est, Aduersus mendacem mendaciis vtere. Graeci κρητίζειν pro mentiri dicunt.

Chius ad Coum. Χῖος πρὸς Κῷον. De comparatione vehementer inaequali dicebatur. Nam in ludo talorum iactus, qui Chius dicebatur, vnioni respondebat, Cous senioni. Fit autem interim allusio ad gentes, quarum vtriusque mores non caruerunt nota.

Vulpinari cum vulpe. Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. Cum astutis astutiis agito. Horatius:

Numquam te fallant animi sub vulpe latentes.

Clauum clauo pellere. Ἧλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν. Et paxillum paxillo pepulisti, id est, Malum alio malo depulisti.

Cum Care Carizas. Πρὸς Κάρα καρίζεις *Id est,* Rustice agis cum rustico, Barbare loquetis cum barbaro, crasse cum crasso. Cares populi sunt Phrygiae, quorum mores prouerbiis aliquot locum fecere. Diog.

Mali thripes, mali ipes. Κακὰ μὲν θρίπες, κακὰ δὲ ἶπες. De duplici malo dici solitum, vt non magni referat, vtrum elegeris. Thrips enim Graecis vermiculus est, qui lignis innascitur, materiasque vitiat. Ips item cornibus et vitibus infestus. Idem.

Balbus balbum rectius intelligit. Barbarus barbari orationem. Est quippe prouerbium, Balbum melius balbi verba cognoscere. Hieron.

Bithus contra Bacchium. Bithus et Bacchius nobile par gladiatorum fuit, pares arte et pares audacia. Horatius: *Vt non* Horat.

Compositus melius cum Bitho Bacchius.

Lucull. *Esernius cum Pacidiano.* Erant et hi gladiatores per omnia pares longeque omnium nobilissimi.

Plutarch. *Non filius Achillis.* Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' Ἀχιλλεὺς αὐτὸς ἦ. E tragoedia quapiam, aut Comoedia sumtum videtur. Terentius: *Hem alterum hunc ex hoc natum dicas.*

Idem. *Ab vno diagrammate.* Est autem diagramma, pictura descriptioque Philosophorum, qua rem exponunt oculis: vt perinde valeat, quasi dicas, *De eadem formula.*

Terent. *Eodem in ludo docti.* Dicebantur similibus vitiis laborantes, et improbitate pares.

Eiusdem Musae aemulus. Eiusdem artis aut disciplinae studiosus, Graeci ὁμοτέχνας appellant eiusdem artis opifices.

Aristoph. *Iisdem vescentes cepis.* Ταυτὸν θύμον φάγοντες. Congruit in pauperes ac bonos viros inter sese amicos. Thymon enim vilissimum herbae genus, quo tenues et agrestes vtcumque vitam sustinent. Quidam cepam agrestem esse putant. Suidas admonet agrestis ac vilis herbae genus esse, cuius esu comicus paupertatem vescentium voluerit intelligi.

Aristid. *Bonus cantor, bonus cupediarius.* Ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός. In vituperium Musicae artis dictum: quasi eiusdem hominis sit aures delectare cantu, et palatum cupediis. Archidamus, Xeusippi filius, cum quidam sibi commendaretur hoc nomine, quod bonus esset cantor, et hic, inquit, apud nos bonus cupediarius.

Mars haud concutit sua ipsius arma. Ἄρης τὰ αὐτοῦ ὅπλα οὐ σαλεύει. Commode feruntur, quibus assueuimus quaeque nobis quadrant, etiamsi sint grauissima. Iactamus enim, quod incommode ferimus. Iuuenalis:

Nec iactare iugum vita didicere magistra.

Stul-

Stultus stulta loquitur. Μωρὰ μωρὸς λέγει. Talis hominibus fuit oratio, qualis est et vita. Exstat carmen Graecae celebratum: Eurip.

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

Democritus orationem vitae simulacrum, quandamque velut vmbram esse dicebat. Nam nullo in speculo melius, expressiusque relucet figura corporis, quam in oratione pectoris imago repraesentatur. Neque secius homines ex sermone, quam aerea vasa tinnitu dignoscuntur.

Inanium inania consilia. Κενοὶ κενὰ βουλεύοντα. Cum quis sua spe frustratur. Natum aiunt ex euentu.

Malo nodo malus quaerendus est cuneus. Eo licebit vti, quoties malum simili malitia retundimus. Sumtum a sectoribus roborum, qui, si quando durior in ligno nodus inciderit, nolunt in eo periclitari securim, verum cuneum quempiam durum magis quam bonum inserunt. Sophocles: Hieron.

Πικρὰν χολὴν κλύσουσι φαρμάκῳ πικρῷ.

Mons cum monte non miscetur. Ὄρος ὄρει οὐ μίγνυται. Non conuenit inter pariter elatos.

Mores hominum regioni respondent. Βίοι ἀνθρώπων καὶ φυτῶν σπέρματα συνεξομοιοῦνται ταῖς χώραις. Natum ab apophthegmate, cuius meminit Plutarchus: vt triticum in nonnullis agris degenerat in aliud genus, soli vitio: ita pro qualitate regionis variantur hominum ingenia. Montani asperi sunt, et inhumani, littorales praedones et immites, campestres molles et humani.

Bestia bestiam nouit. Inter similitudinis et affinitatis prouerbia refert Aristoteles. Congruet, vbi conuenit inter duos pariter improbos. Aristot.

Idem Accii quod Titii. Significabat eodem iure futurum filium decimo mense natum, quo

eum, qui natus sit vndecimo. Sumtum a Iurisconsultorum consuetudine, Titii et Accii vocabulum pro quibuslibet duobus subinde vsurpantium.

Epichar. *Asinus asino pulcerrimus*. Epicharmus: *Cani pulcerrimus canis videtur, bos boui. Asinus asello pulcer est, et sus sui.* Hoc est, Simile simili placet, miles militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistae.

Doribus Dorice loqui fas est. Conueniet in homines natura loquaces, aut quum oratio respondet moribus et ingenio, velut quum Poenus fraudulenter loquitur, aut leno lenone digna.

Nonn. Marcel. *Nouum cribrum nouo paxillo pendeat.* Quadrabit in eos, qui noui quippiam comminiscuntur.

Plaut. *Purus putus.* Plautus purum putum dixit, pro prorsus ac vere purus. Ortum ab aurificum officinis, qui purum putum dicunt ea ratione, qua ICti sarta tecta.

Vestigiis inhaerere. Qui imitatur exempla progenitorum, maiorum vestigiis inhaerere dicitur. Similiter qui degenerant a progenitorum aut praeceptorum exemplis, ab illorum vestigiis dicebantur recedere.

SIMVLATIO DISSIMVLATIO.

Diog. *Salem et fabam.* Ἅλα καὶ κύαμον. Subaudiendum, proposuerunt. Diogenianus admonet dici solitum de his, qui fingerent se scire quippiam, quod nescirent, atque hinc natum esse prouerbium, quod olim mos fuerit, vt diuini salem et fabam proponerent.

Zenod. *Plures thriobolos, paucos est cernere vates.* Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι τε μάντιες ἄνδρες. Philochorus auctor est, olim tres Nymphas Apollinis nutrices, Parnassum incoluisse, quae Thriae dicerentur: vnde postea receptum sit, vt calculi sortes-

tesque diuinorum, Thriae vocarentur vnde postea receptum sit, vt calculi sortesque diuinorum Thriae vocarentur. Vnde thrioboli, qui thrias in vrnam diuinam iaciunt. Sunt qui affirmant, rationem diuinandi per sortes a Minerua fuisse repertam, quae cum magis floreret, quam oracula Delphica, mendax et vana est reddita idque opera Iouis, Apollini gratum facere cupientis. Deinde cum mortales oracula rursum frequentarent Delphica, Pythia respondit: πολλοὶ θριοβόλοι etc.

Multi thyrsigeri, pauci Bacchi. Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι. Quo significatum est, compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent. Non omnes veri Theologi, qui pileum theologicum gerunt. Translatum a ceremoniis Bacchanalium, in quibus thyrsos, id est, hastas quasdam viteas quatiebant afflati furore.

Multi qui boues stimulent, pauci aratores. Πολλοὶ βόκεντραι, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες. Multi prae se ferunt, quod non sunt. Siquidem antiquitus arabant bubus, eos exstimulabant longa arundine, aut hastili, cuspide quapiam acuminato.

Non omnes qui habent citharam, sunt citharoedi. Varro.
Huc ascribendum videtur, quod lepide scripsit Seneca, *quemdam personam malle quam faciem.* Faciem vocat, vbi quis talis videtur, qualis est: personam, quum prae se fert aliquis, quod non est. Non is rex, cui contingit amplum imperium, sed qui sciat administrare.

Asinus apud Cumanos. Ὄνος παρὰ Κυμαίοις. Competit in eos, qui quum sint inepti, ridiculique, tamen apud ignotos ipsa nouitate habentur in pretio, aut in eos, quibus honos aliquis praeter meritum additus a fortuna, tumorem et insolentiam, ita vt fere fit, conciliat. Demosth. Τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τῷ κακῶς

κακῶς φρονεῖν, τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. Narrauimus alibi fabulam de asino fugitiuo, qui apud Cumanos se gessit pro leone.

Flere ad nouercae tumulum. Πρὸς τὸν μητρυιῆς τάφον δακρύειν. Est simulare gestu dolorem, cum re gaudeas. Neque enim consentaneum est, priuignum moleste ferre nouercae mortem nihilo secius tamen officii causa, nonnumquam ad tumulum illacrimat. Quod idem de diuitis haeredibus non inconcinne dicetur, in quos exstat Publianus ille Mimus, cum primis elegans. *Haeredis fletus sub persona risus est.*

Diog. *Megarensium lacrimae.* Μεγαρέων δάκρυα. Dicebantur vel fictae, nec ex vero dolore profectae, vel vi adactae. Diogenianus ad huiusmodi refert historiam. Bacchius quidam Corinthius, Clytii Megarensium regis filiam vxorem duxerat. Ea defuncta, Clytius complures virgines et adolescentes Corinthum misit, qui in funeralibus pompis puellam deplorarent, lacrimis vtique fictis. Alii dicunt apud Megarenses permultam allii esse copiam, cuius acrimonia lacrimas exprimit vel inuitis.

Accissare. Ἀκκίζειν. Scribunt Acco mulierem fuisse quampiam, notae stultitiae, quae solita sit ad speculum cum imagine sua, perinde atque cum alia muliere confabulari, vt hinc vulgo quae stultius aut ineptius aliquid agerent, accissare dicerentur, et Accûs nomine appellarentur. Apparet illud etiam moribus huius mulieris adfuisse, vt recusaret, quae tamen cupiebat, vnde et Accismus, ficta huiusmodi recusatio.

Suidas. *Haesitantia cantoris tussis.* Ἀπορία ψάλτου βήξ. Dictum videtur, quoties non suppetit quod dicamus, idque velut aliud agentes dissimulamus velut apud Platonem Aristophanes, ne diceret in conuiuio, singultum fingit. Sumtum apparet a cantoribus. Hi cum haerent in cantione, tussim simu-

ſimulant, vt hac videatur interrupta cantilena, non inſcitia.

Tuſſis pro crepitu. Βὴξ ἀντὶ πορδῆς. Dici ſolitum, quoties aliquis perplexus, aliud pro alio ſimulat. Veluti ſi quis in adulterae domo deprehenſus, fingeret ſe quippiam mercatum veniſſe. Tranſlatum ab iis, qui crepitum clara tuſſi diſſimulant.

Cretenſis mare. Ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν. Subaudiendum, neſcit aut metuit. Olim Cretenſes nauigandi peritia rerumque maritimarum vſu principatum tenuerunt; atque hinc antiquitus prouerbium increbuit, Cretenſis mare neſcit, in eos, qui neſcire fingerent, quod egregie callerent. Etenim qui conſentaneum eſt, Cretenſes, quum ſint inſulares, ignorare mare quo cinguntur vndequaque? Strabo.

Conniuere. Prouerbiali metaphora, conniuere dicuntur, qui prudentes, culpam quam intelligunt, indulgentia tamen ac ſtudio diſſimulant. Eſt autem conniuere ſubinde claudere oculos, quem ad modum ii qui non ferunt lumen ſolis, propter imbecillitatem viſus, at ii facile falluntur. Cicero.

Simia fucata. Πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου. De deformi anu, fucata tamen et meretricis culta lenociniis. Nam ψιμύθιον Graecis appellatur color ille, quo quondam meretrices, nunc honeſtae etiam matronae faciem oblinunt, quo ſenectam ac formae vitia diſſimulant. Poteſt et ad rem accommodari. Veluti ſi quis turpem cauſam orationis phaleris adornet, vt honeſta videatur.

Simia barbata ſeu caudata. Πίθηκος πώγων ἔχων. Dici ſolitum de ridiculis.

Sileni Alcibiadis. Σιληνοὶ Ἀλκιβιάδου. Quo licebit vti, vel de re, quae quum in ſpeciem, et prima, quod aiunt, fronte vilis ac ridicula videatur, tamen interius ac propius contemplanti, ſit admirabilis: vel de homine, qui habitu vul-

tu-

tuque longe minus prae se ferat, quam in animo claudat. Aiunt enim Silenos imaguneulas quaspiam fuisse sectiles, et ita factas, vt diduci et explicari possent: quae clausae ridiculam ac monstrosam tibicinis speciem habebant, apertae subito numen aliquod ostendebant, vt artem sculptoris gratiorem iocosus faceret error.

Diog. *Esurienti vulpi somnus obrepit.* Πεινῶσαν ἀλώπεκα ὕπνος ἐπέρχεται. Vbi quis inopia cibi dormit. Pauperem autem vulpem appellat, quod callida sit inopia, et multarum repertrix artium. Neque perperam dicetur et in illos, qui dissimulant conniuentque ad quaedam, vt per occasionem aliquid commodi ferant. Siquidem vulpes vrgente fame somnum adsimulat, vt allectas aues capiat, deuoretque.

Aristoph. *Audiens non audit.* Sunt quidam, qui si quid parum placet, id scire dissimulant. Hom. ὡς οὐκ ἀΐοντι ἐοικώς.

Illo respiciens sed hic remitte bona. Ἐκεῖ βλέπουσα δεῦρ' ἀνίει τ' ἀγαθά. Conueniet, cum aliud prae nobis ferimus, aliud facimus, aut cum aliis abblandimur, in alios re beneficium conferimus. A charitibus mutuo sumtum, quarum vna a tergo respicit, et alteri munus offert, arridens alteri.

Patrocli occasio. Πατρόκλου πρόφασις. Diogenianus ostendit dici solere de iis, qui cum ob metum non ausint proprias deplorare calamitates, deflent eas sub praetextu luctus alieni, vel, qui laudandis aliis suas ipsorum laudes insinuant. Sumtum a Patrocli moribus.

Hieron. *Melle litus gladius.* In perniciosam adulationem dici solitum. Hieronymus Augustini epistolam, mellitum gladium appellat, propterea quod pariter et reprehensionem haberet, quasi gladium quo iugularet: et blandimenta, quibus reprehensionis asperitatem dissimularet. Plinius tradit Heracleae in Ponto ab iisdem apibus ali-

quan-

quando mella reddi, perniciosissimum habentia venenum, quae qui ederint, abiiciunt se humi, refrigerium quaerentes. Nam sudore diffluunt, id cur fiat, pabulum in causa est. Ea est herba alba, quam aegolethron appellant.

Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. Torquebitur in eos, qui coram blandiuntur, clam obtrectantes; palam amicos agunt, clanculum nocent; aut qui hic prosunt, illic laedunt. Simile huic est: Altera manu scabit caput, altera malam ferit. Translatum ab iis, qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus saxum illidunt. Plaut.

Charadryon imitans. Dici solitum de dissimulante, ac rem vtilem occultante. Gregor. Theol.

De reduuia queritur maiori obnoxius malo. Vbi quis paruo pudore, leuissimis malis quaerit remedium, dissimulans maiora.

Simia in purpura. Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ. Lepide transfertur in eos, qui barba pallioque simulant sanctimoniam. Quid enim tam ridiculum, quam simia vestita purpurea veste? At id tamen non raro fieri videmus apud istos, qui simias habent in delitiis, vt quam maxime possunt, ad humanum morem ornent ac vestiant, aliquoties et purpura, quo parum attentos aut imperitos fallant, proque homine salutetur simia, at, si deprehensus fuerit fucus, res magis fit ridicula.

Postico discedere. Dicitur, qui furtim abit, aliis insciis sese subducens. In hos congruet, quos pudet παλινῳδεῖν, sed dissimulantes transeunt in alienam sententiam. Aedes quibus est adiunctus hortus, duas habent ianuas, anticam et posticam. Antica spectat ad viam publicam, postica ducit ad hortum, per hanc elabebantur qui clanculum abire cupiebant. Galen.

Bar-

Barbae tenus ſapientes. Sic appellantur Philoſophi et Sophiſtae, ἐκ πώγωνος σοφοί, καὶ ἀπὸ πώγωνος σοφισταὶ, καὶ ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι. Quia praeter barbam et pallium nihil haberent Philoſophi. Huc ſpectat illud Herodis Attici: *Video barbam et pallium: Philoſophum non video.* Recte torquebitur in hos, qui uniuerſam ſanctimoniam non in animo, neque in moribus; ſed in cultu conſtituunt.

Alia Lacon, alia aſinus illius portat. Effertur apud quoſdam ad hunc modum: Ἄλλα μὲν Λάκων, ἄλλα δὲ Λάκωνος ὄνος φέρει, aut, ἄλλα μὲν λεύκων, ἄλλα δὲ λεύκωνος ὄνος φέρει. In eos dicebatur, quorum oratio diſſentiret a factis. Natum aiunt ab huiuſmodi quodam euentu. Agricola quiſpiam nomine Leucon ſolitus eſt vtres melle plenos ſtorcis obuoluere. Rogatus autem ab exactoribus vectigalium, quidnam portaret, hordeum ſe portare reſpondebat, videlicet, quo minus pecuniae perſolueret. Sed cum veniſſet, aliquando, vt lapſus in terram aſinus onus effudiſſet, accurrerunt exactores, in reponendis ſarcinis auxilio futuri. Verum vbi interim cognouiſſent, mel in vtribus eſſe, non hordeum, Leuconem obtorto collo abduxerunt, tamquam qui ſe debito vectigali fraudaſſet. Atque illud ridentes, haec addiderunt verba.

Paulus. Apoſt. *Paries dealbatus.* Τοῖχος κεκονιασμένος. Paullus Apoſtolus, Ananiam ſacerdotem fictum et fucatum, parietem dealbatum appellat, Chriſtus ſanctimoniae ſimulatores ſepulcra dealbata vocat.

Plaut. *Non omnibus dormio.* Non omnibus dormire dicuntur, qui non omnibus inſeruiunt, neque per omnia gerunt morem. Tranſlatum putant a maritis quibuſdam nimis obſequentibus, qui vxores ſuas adulteriis produnt, ſomnum inter

ter pocula ſimulantes, vt adultero quodlibet liceat. Plutarchus fabulam ſuper hac re non illepidam narrat. Cum Galba quiſpiam conuiuio Mecoenatem accepiſſet, ſentiretque, iam e nutibus hominem inflammatum in vxorem ſuam, ſenſim demiſit caput, perinde quaſi dormiret. At cum interea famulus quiſpiam ad menſam accedens, vinum clam tolleret, ibi iam vigil et oculatus: infelix, inquit, an neſciebas me ſoli Mecoenati dormire?

Lepus dormiens. Λαγὼς καθεύδων. Quadrabit in eum, qui quod non facit, id facere ſeſe adſimulat, aut quod facit, ſe facere diſſimulat: nam leporem patentibus genis dormire tradunt auctores, id quod etiam hominibus nonnullis ait accidere, quos graeci κορυβαντιᾷν appellant.

Mortuus jacet pedens. Νεκρὸς κεῖται βδέων. Dici ſolitum, ſi quando pauper ſimularet opulentiam. Apud vnum Apoſtolium Byzantium reperi, et haud ſcio, an ipſi vulgoque relinquendum.

Crocodili lacrimae. Κροκοδείλου δάκρυα. De iis, qui ſeſe, ſimulant grauiter angi incommodo cuiuſpiam, cui perniciem attulerint ipſi. Sunt qui ſcribant crocodilum conſpecto procul homine, lacrimas emittere, atque eum mox deuorare. Alii narrant hanc eſſe Crocodili naturam, vt, cum fame ſtimulatur et inſidias machinatur, os hauſta impleat aqua, quam effundit in ſemita, qua nouit, aut alia quaepiam animantia, aut homines aquatum venturos, quo lapſos ob lubricum deſcenſum neque valentes aufugere, corripiat, correptos deuoret. Deinde reliquo deuorato corpore, caput lacrimis effuſis macerat; ita devorat quoque.

Beneuolus trucidator. Εὔνους ὁ σφάκτης. Conuenit in hos, qui cum ſummam adferunt perniciem, tamen beneuolentiae ſpeciem admiſcent.

Tractum aiunt vel ab Oreste, qui trucidata matre Clytemnestra parentale conuiuium in illius honorem exhibuit; vel a Ptolomaeo Philopatris filio, qui matrem Berlenicen in carcerem Megaris coniectam Sosibio tradidit asseruandam, quae contumeliae impatiens sumto veneno interiit. At filius perturbatus insomniis monumentum in medio vrbis exstruxit, in eoque matrem, maiores, et Alexandrum M. composuit. Nec hoc contentus officio vir pius, templum eidem constituit in Aegialis, cui nomen inditum, Bersenicae seruatricis. Confine est illud, quod alibi recensuimus; *Intempestiua beneuolentia nihil a simultate differt.*

Persius. *Extra quaerere sese.* Id est, Tuis te facultatibus metiaris, non populi opinione. Nam domi habemus, quae proprie nostra sunt, nec aliunde petenda. Respondet illi: *Tecum habita.*

Lucian. *Aesopicus graculus.* Αἰσώπειος κολοιός. Dicitur, qui aliena sibi vsurpat, aliorumque bonis sese venditat. Horat: *Moueat cornicula risum, Furti vis nudata coloribus.*

Aurum subaeratum. Ὑπόχαλκον χρυσίον. Dicitur homo nequaquam sincerus, sed aliquid prae se ferens, aliud intus occulens. Sumtum a numismatis adulteratis.

Homer. *Diu dissimulatum aperientis.* In eum, qui quod diu dissimulauit, tandem irritatus eloquitur, non inconcinne detorquebitur illud Homeri:

Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τὴν μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει.

Scytha accissans asinum. Ἀκκισσόμενος σκύθης τὸν ὄνον. Aduersum eos, qui verbis aduersantur, quod re cupiunt. Id ad eiusmodi fabulam, referunt: Quidam conspecto asini cadauere, Scythae cuidam, qui forte aderat, dixit: En quod coenas. Ille primum aspernatus atque abominatus, postea tamen apparauit, coenauitque.

SOLITVDO.

Ne musca quidem. Plautus in Truculento: *Quas tu mulieres mihi narras? Vbi musca nulla femina est in aedibus.* Hac prouerbiali hyperbole maximam hominum solitudinem significamus. Domitiano mos erat quotidie sibi secretum horarium captare, nec interim aliud fere agebat, nisi quod muscas captus stilo configeret. Plaut.

Nullum animal, quod animal. M. Tullius ad Atticum: *Terentii vestigium nullum agnoui. Metagenes certe periit. Fecit iter per possessionem, in qua animal reliquum nullum est.* Cicero.

Scytharum solitudo. Σκυθῶν ἐρημία. Pro summis calamitatibus, exitioque dictum est. Ductum autem inde, quod Scythae nullis certis sedibus vtantur, sed vagi ferantur in plaustris. Eam ob causam regio feris abundat.

SOLICITVDO.

Tantali lapis. Ταντάλειον λίθον. Est imminens capiti periculum. Sumtum a fabula Tantali, quem quidam fingunt apud inferos etiam hoc supplicii genus pati, vt ingens saxum sic immineat capiti, vt iam iam casurum videatur. Athenaeus fabulae originem refert hunc in modum. Tantalus voluptatum auidus, cum in deorum consortium admissus, impetrasset optionem petendi, quidquid vellet a Ioue, postulauit, vt ad eum modum iugiter viueret inter epulas, nihil hac re ducens felicius. At indignatus Iuppiter promissum praestitit, hominisque optatis satisfecit. Caeterum ne frui posset appositis, saxum ingens iamiam casuro simile supra verticem suspendit, cuius metu non libeat quidquam attingere.

Mens est in tergoribus. Ὁ νοῦς ἐν τοῖς σκύτεσιν. De solicitis dictitari solitum, quique malum aliquod imminens timere videntur, v. g. flagra, bella. Metaphora sumta vel a loris, quibus caeduntur serui, nam haec e bubulis tergoribus secantur, vel a clypeis, qui bubulo corio solent obduci.

Hesych. Ναικισσορεύειν. Dicebantur, qui studio quippiam eleuarent. Alii putant ναικισσορευᾶν dici solitum ei, qui cum videretur confiteri, non confitebatur, perplexis verbis occultans mendacium, quod fere solent Haeretici in discrimen adducti. Vox composita videtur a ναὶ, quod est affirmantis et κίσσα pica, ῥέω fluo: quod inuoluta loquacitate negent, quod affirmare videntur: rursum affirment, quod negant.

Σκύτη βλέπει. *Id est*, vt verbum verbo reddam, tergora tuetur. Confine proximo, quo significabant quempiam prae se ferentem vultu, quod mali quippiam instare suspicaretur, idque coniecturis aliquibus colligeret: veluti si quis conspectis boum tergoribus bellum futurum colligeret, quod his integantur clypei. Fortasse nec illud absurdum fuerit, hinc natum prouerbium dicere, quod in clypeis barbaricae quaepiam et horrendae facies depingi sculpiue solent barbarorum aut cyclopum, aut belluarum, etiam, vt eam ob causam, qui truculento essent vultu, σκύτη βλέπειν dicerentur.

Aristoph. *Animus est in coriis.* Simillimum illi Terentiano: *Animus est in patinis.* Interpres admonet huius prouerbii, ἐπὶ σκύτη βλέπει, de his qui ad bellum spectant, licebit vti, cum ob solicitudinem erit aliquis ad id, quod agitur in praesentia, parum attentus.

Idem. *Similes videntur captiuis ex Pylo.* Ἐοίκασι τοῖς ἐκ πύλου ληφθεῖσι τοῖς λακωνικοῖς. Dici solitum de iis, qui vultu sunt miserando, nempe pallidi, squa

squalidi, macilenti. Pylus ciuitas quaepiam Laconicae, quam obsessam Cleon expugnauit. Qui superfuerant a caede hos secum abduxit Athenas, extenuatos, pallidos, confectos, deformi specie, sicuti consentaneum est accidisse, tum ob diutinam obsidionem, praesertim in insula deserta, quae rerum necessariarum copiam maligne suppeditabat, tum quod post expugnatam vrbem complures dies in vinculis habiti fuissent.

Arctum annulum ne gestato. Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον. *Id est*, interprete Diuo Hieronymo, Ne vixeris anxie, nec in seruitutem te coniicias. Siquidem quisquis annulum angustum gestat, is sibi quodammodo vincula iniicit. Pythag.

Cor ne edito. Μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. *Id est*, Ne curis tuum ipsius animum excrucies. Idem.

In via ne seces ligna. Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζειν ξύλα. Non esse discruciandam vitam curis et anxiis cogitationibus, quidam exponunt. Idem.

Sale et aceto. Parcum tenueque prandium significatur. Miseris obsoniorum loco sal est cum aceto. Plaut.

SOMNOLENTIA.

Endymionis somnum dormis. Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις: In eos quadrabit, qui se immodico somno saginant, aut qui diuturno in otio versantur, nec vllius se negotiis exercent, sed mollem feriatamque agunt vitam. Natum a puero Endymione apprime formoso. Hic lunae precibus a Ioue impetrauit, vt quidquid optasset, ferret. Tum optauit Endymion, vt perpetuum dormiret somnum, ἀθάνατος καὶ ἀγήρως μένων id est, immortalis et expers senii. Endymion vero in Latmio Cariae monte obdormiuit, nondum, opinor, est experrectus. Aristot.

Gellius. *Vltra Epimenidem dormis.* Ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κεκοίμησαι. In eos dicetur, qui perpetuum agunt otium. Epimenides Cretensis ambulando fessus in specum quamdam subierat, illic obdormiuit: nec experrectus est a somno, ante exactos annos 47.

Suidas. *Salem vehens dormis.* Ἅλας ἄγων καθεύδεις. Quadrabit in eum, qui in re periculosa socorditer atque indiligenter agit, propterea, quod sal influxu sentinae facile corrumpitur.

Homer. *Non decet principem solidam dormire noctem.* Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Admonet paroemia, vigilantiam ac sollicitudinem maxime conuenire cum principibus. Virgil.

At pius Aeneas per noctem plurima voluens.

SORDES ET PARSIMONIA.

Aristot. *Tribus minis insumtis, duodecim imputat.* Quadrabit in eos, qui non nisi compendii sui gratia colunt amicos, et pro quamuis exiguo officio multum beneficiorum exspectant. Vulgo item aiunt: *Pileum donat, vt pallium accipiat.*

Cumini sector. Κυμινοπρίστης. Impendio parcus ac sordidus, olim prouerbio dicebatur. Est autem cuminum per se exilis herba. Plutarchus significat hominem vehementer parcum cuminum appellari.

Martial. *Ficus diuidere.* Συκαμερίζειν. Vnde licebit et cognomen fingere συκοπρίστης. Sordidum ac parcum significans, etiamsi ditissimum. Captatus autem est iocus ex vocis amphibologia sectoris.

Iul. Pol. *Nullus emtor difficilis bonum emit obsonium.* Οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὀψωνεῖ κρέας. Qui nimium vili studet emere, semper merces vitiosas emit. Conueniet in hos, qui paullulo labore conantur egregias assequi litteras, quae non contingunt, nisi maximis ac diuturnis negotiis.

E Patroclis domo venit. Ἐκ Πατροκλέως. In sordidos. Sumtum a moribus Patroclis cuiusdam Atheniensis, praediuitis quidem, verum impendio parci sordidique: quem vetus comedia talem ferme depingit, qualem Plautus Euclionem.

Cochleae vita. Κοχλίου βίος. De iis qui parce paruoque viuunt, aut contracti a negotiis, luceque forensi semoti. Notum est animal, vnde sumta metaphora est. Plutarch.

Choenici ne insidias. Habetur loco *Securitatis.* Pythag.

Ex phelleo venire. Dicebantur, qui ex humili fortuna asperaque vita ad dignitatem emersissent. Nam Graecis φελλεὺς dicitur locus aptus pascendis capris, asper, pumicosus, ac sterilis.

In ventrem insilire. Εἰς τὴν γαστέρα ἐνάλλεσθαι. Dicitur, qui curam omnem ad cibum ac potum confert.

Cradophagus. Rusticum ac sordidum veteres κραδιφάγον per iocum appellabant, quasi κραδοφάγον. Nam κράδαια vocant arboris fici folia. Iidem dicebantur βαλανοφάγοι, quasi prisco more glandibus viuentes.

Τρυγόβιοι. Homines sordidos ac parcos, olim popularis iocus τρυγοβίους appellabat, quasi faece victitantes. Qui splendidiores sunt, vbi ventum est ad faecem, aperiunt aliud vas.

Luto lutulentior. Auaros, quaestusque supra modum auidos, impuros ac sordidos dicimus. Id Plautus ὑπερβολικῶς exaggerat in Poenulo: *Sed lenone isthoc Lyco illius domi non lutum est lutulentius.* Plaut.

Pediculi Platonis. Οἱ Πλάτωνος φθεῖρες. In prouerbium abierunt, vt referente Laertio Myronianus testatur, hinc coniectans hoc morbo periisse Platonem, quod vulgo pediculi Platonis appellarentur: Graeci: φθειρίασιν appellant. Myronianus nullum indicat vsum prouerbii. Suspicari tamen licet, dictum in sordidos, quod Philosophi minimum indigeant, nitoribus exter- Diog. Laert.

nis, dum circa mentis cultum toti sunt occupati.

Gellius. *Macilentior Leotrephide.* Λεπτότερον Λεωτρεφίδα καὶ Θαυμαντίδος. Leotrephides insigni macilentia corporis Comicorum salibus locum dedit. Congruet in homines exiles ac praetenues. Iucundius erit, si transferatur ad inopiam ingenii, aut dictionem aridam, ieiunam et exanguem.

Immunem venire. Immunem Latini vocant, quam ἀσύμβολον Graeci, nempe eum, qui nihil confert ad conuiuium.

Plinius. *Lapsana viuere.* Lepide dixeris eos, qui praeparce nimiumque tenuiter viuunt. Est autem Lapsana olus sylueſtre.

Nihil de vitello. Νεοττοῦ οὐδέν μοι δίδως. Quadrat in eos, qui impertiant deteriora, meliora sibi seruantes. M. T. Cicero narrat huiusmodi fabulam, vnde consentaneum est, hoc mutuatum esse prouerbium. Quidam se somniarat videre ouum ex lecti cubicularis fascia pendens illigatum, id somnium cum ad coniectorem retulisset, responsum est, thesaurum indicari, proinde foderet eo loco, quo se somniarat ouum videre. Vbi fodisset, reperit aurum argento circumtectum, misitque paullulum ex argento coniectori; dissimulans, inuentum aurum, Coniector accipiens, nihilne, inquit, de vitello?

Lingere salem. Dictum, *Frugalitas.*

Rore pascitur. Μὴ πρώκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ. Cicadas rore ali, testis est Plinius. Venustius erit, si transferatur ad ingenium, siue stilum ieiunum et aridum, aut per ironiam, in hominem vehementer obeso corpore.

Plaut. *Victitant succo suo.* In parasitos, qui, si quando coena contigit lautior, ingurgitant sese, rursus vbi nulla arridet spes coenatica, coguntur que οἰκόσιτοι viuere, fortiter ferunt inediam,

am, et in conuiuii spem durant. Sumta metaphora a cochleis, quae per aestatem intra testam contractae, vtcunque succo suo aluntur, donec acciderit pluuia.

Philippide tenuius. Athenaeus ostendit Philippidem comoediarum scriptorem sic tenui fuisse corpore, vt etiam πιφιλιππῶσθαι dixerint, pro macruisse. Accommodabitur non inuenuste ad orationem ieiunam, aut disputationem otiosae subtilitatis. Athen.

Monophagi. Μονοφάγοι dici poterunt sordidi et inhospitales, qui neminem inuitant ad conuiuium. Aeginetae Neptuno sacrificantes clam conuiuia celebrauerunt, neque seruorum quisquam adesse sinebatur. Hinc dicti μονοφάγοι. Athen.

Patroclo sordidior. Πατροκλέης φειδωλότερος. In diuitem quidem, sed oppido quam sordidum ac parcum. Hic enim Patroclus postquam ad summas opes euectus est, aut, vt alii dicunt, ex quo natus est, numquam vsus est balneo parsimoniae causa.

Nephalium sacrum. Νηφάλιος θυσία. De conuiuio abstemio non inepte dicetur, aut de conuiuio vehementer frugali sobrioque. Athenienses tale sacrificium Mnemosynae, Aurorae, Soli, Lunae, Nymphis, Veneri et Vraniae exhibebant. In eo non libabatur vinum, sed aqua melle diluta. Νηφαλίειν idem est quod Νηφάλια θύειν. Dicebatur hoc sacrificium ἄοινον.

Caninum prandium. Dicebatur abstemium, et in quo nullum vinum biberetur, propterea quod canes a vino abhorrent. Gellius.

Cereri sacrificant. Quem ad modum Graeci dicunt Ἑστίᾳ θύουσιν. Ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici solere, *Cereri sacrificant*, si quando in conuiuio vinum deesset, propterea quod in huius sacris nefas esset inferre vinum. Plaut.

Bos Cyprius. Κύπριος βοῦς. In brutum ac stolidum iaci solitum, propterea quod Cyprii boves magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascuntur, non pastus causa, sed vt hoc remedio torminibus medeatur.

Ennius. *Cyprio boui merendam.* Festus Pompeius versum hunc Sotadicum citat ex Ennio: *Cyprio boui merendam*, ostenditque conuenire, quoties conuiua sordidus et insipidus, sordido atque insipido accipitur conuiuio. Festiuius erit, si ad res animi deflectatur; vt si quis apud spurcos spurce loquatur, apud indoctos indocte.

Aristoph. *Tolle tolle mazam quam ocissime scarabaeo:* Αἶρε αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ. Id vsurpare licebit, quoties sordidus cibus immundo conuiuae apponitur. Hinc enim vt nascuntur, ita et aluntur canthari, quos Latini scarabaeos vocant. Maza confectio quaedam erat ex farina et lacte, panem imitans.

Steph. *Psyrice facta.* Psyra insula quaepiam est, haud procul a Chio. Strabo Psyra pronunciat pluratiue, et neutrali genere. Ea insula quoniam esset et perpusilla et ignobilis, in contemtus ac vilitatis prouerbium abiit, vt quae sordide parumque magnifice fierent, Psyrice facta dicerentur. Stephanus: *In Psyra Bacchum ducentes.* Idem: *In Psyra Spartam ducis.*

Idem. *Paruo emtas carnes.* Τὰ ἔωνα κρέας οἱ κύνες ἐσθίουσιν. Quidam putria emunt obsonia, ne plusculum insumant numorum. Ea cum nullus attingit, canibus edenda seruantur.

Psyra Bacchum. Ψυρα τὸν Διόνυσον ἄγοντες. Dictitatum adagium, vbi vinum appositum in conuiuio nemo gustat; aut de sordido apparatu. Psyra est insula quaedam pusilla, haud procul a Chio, in qua vinum non prouenit

Tenui-

Tenuiter diducis. Λεπτὰ ξαίνεις. De iis, qui pauperum more tenuiter victitant. Metaph. a mulieribus lanam carminantibus. Suidas.

Sacrum sine fumo. Ἄκαπνος θυσία. De nimium tenui conuiuio, et in quibus nihil cocti obsonii apponitur. Translatum a pauperculorum sacris, molas, tusculum, lac, aut corollas offerentium, cum dii nidorem illum expetant, vna cum fumo subuolantem. Lucian.

Nephalia ligna. Νηφάλια ξύλα. Dici posse videtur in abstemios, et ab omni voluptate procul alienos. Apud Athenienses Nephalia ligna vocabantur, quae neque vitea essent, neque ficulnea, neque myrtea. Nephalia sonat, quasi dicas sobria.

Carica victima. Καρικὸν θῦμα. De macilenta hostia, minimeque esculenta dicebatur. Hinc ductum, quod Caribus populis mos fuerit canem immolare. Non inconcinne torquebitur ad cibum appositum insipidum, et quem nemo velit attingere.

Phaselitarum sacrificium. Φασηλιτῶν θῦμα. Tanquem vile citraque sanguinem, sordidum ac tenuem sumtum hoc adagio significabant. Tradunt enim apud Phaselitas Pamphiliae gentem moris esse, vt pisciculi salsi diis sacrificarentur. Zenod.

In sinu manum habere. Dixit Theocritus, tenaces et ad largiendum pigros. Porro quod ait Scaeuola: In sinu meo habui: pro eo quod est, In potestate mea clam habui, diuersum longe ab hoc est. Theocr.

Lari sacrificant. Ἑστίᾳ θύουσιν. In tenaces dicitur, qui de suis nemini quidquam impertiunt, aut in conuiuas edaces, qui nihil de appositis epulis mittunt amicis, neque quidquam faciunt reliquum. Nam antiquitus religiosum erat, ex his quae Laribus immolabantur, aliquid foras efferre. Aristoph.

Ῥυπο-

Ῥυποκόνδυλος. Graeci prouerbiali conuicio sordidos et impendio parcos ῥυποκονδύλους appellabant, ducto cognomine ab iis, quibus sordes in vnguibus insident. Nam ῥύπος proprie eas sordes significat, quae in summis vnguibus manuum ac digitorum colliguntur, Κόνδυλος articulum digitorum.

Canens vitae palmum. Ἄδων τὴν σπιθαμὴν τοῦ βίου πρὸς αὐλὸν. De parco dictum, qui tenui re leniculaque transigit vitam, atque interim existimat se laute viuere. Morem hunc quibusdam esse videmus, vt, quum nihil apponant in mensa, quod edi possit, ne ieiunum omnino conuiuium appareat varias narrent fabulas, aut cantillent, vt his modis ciborum obliuionem inducant conuiuis.

Tantali poena. Ταντάλειοι τιμωρίαι. De iis dicendum, quibus adsunt quidem bona, verum his frui negatum est: A fabula Tantali sumtum, quem poetae fingunt apud inferos assistere flumini sitientem, quod si quando admouerit se potaturus, repente aquam labris contactam refugere; tum capiti imminere arborem pomis onustam, sed eam subito porrigenti manum, alio subducere sese, atque ita miserum praesente copia, inopia discruciari.

Homer. *Conuiua non conuiua.* In eum, qui accumbit quidem in conuiuio, verum spectator duntaxat eorum quae apponuntur, quadrabit illud Homeri.

Κᾶτ' ἄρ' ἄσιτος, ἄπαστος, ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος.

Suidas. *Sacra nihil sunt.* Τὰ θύματα οὐδέν ἐστι, πλὴν γένεια καὶ κέρατα. De macilentis victimis. Trahetur non inconcinniter ad cibum minime esculentum.

SPES

SPES PERTINAX.

Aegroto dum anima eſt, *ſpes eſt*. Admonens, ne in afflictiſſimis quidem rebus abiiciendam eſſe ſpem. Philelphus hos verſus ex Theocrit. Batto vertit. Cicero.

Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Χ' ὢ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος ἄλλοκα δ' ὕει.

Spes alunt exſules. Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας. Vbi quis excuſſus a priſtina fortuna, ſemper id agit, vt reſtituatur. Ab humano ſumtum ingenio, quo fieri videmus, vt nullus ita ſit exſul, quin et velit, et ſperet futurum, vt aliquando poſtliminio redeat in patriam. Euripid.

Adbuc coelum voluitur. Quoties ſignificabimus adhuc ſupereſſe ſpem, et nondum tempus, quod melioris fortunae ſolet occaſionem adducere, exactum eſſe, conuenit illud Theocriti: Οὔπω μῆνας ἄγων ἐκάμ' ὠρανὸς, οὐδ' ἐνιαυτούς. Theocr.

Adhuc aliquis Deus nos reſpicit. Quum in rebus vehementer afflictis negabimus nos prorſus abieciſſe animum, verum eſſe ſpei nonnihil, conveniet illud Homeri: Homer.

Ἀλλ' ἔτι τις καὶ ἐμοῖο θεῶν ὑπερέσχεθε χεῖρα.

Spes ſeruat afflictos. Ouid.

Spes bona dat vires, animum quoque ſpes bona firmat:

Viuere ſpe vidi, qui moriturus erat.

Pindar. Ἐλπὶς γηροτρόφος.

In berbis. Eſſe dicuntur, quae nondum maturuerunt, ſed ſpem modo bonam de ſe praebent.

Aristoph. *Spes tenuis.* Spem infirmam incertamque Poëtae tenuem vocant. Aristophanes: *Spes ista tenuis quaepiam est qua nitimur.* Euripides: *Spes frigida quidem.* Vnde M. Tullius dixit: *Sperat hinc afflare auram aliquam*, id est, ostendi spem.

Seneca. *Ab ipsa messe.* Seneca: *Ab ipsa messe discedam?* Agit enim de his, qui vel commodis, vel spe commodorum detinentur, quo minus semet explicent a negotiis, quasi deserturi agrum, quum instat messis.

SVBITVM EXITIVM.

Occisionis ala, φόνου πτερόν. De subito interitu dici solitum. Sumta metaphora ab alatis iaculis, quae repente mortem adferunt: quamquam magis probat Zenodotus, vt accipiamus pro morte, quasi sit et ipsa alata.

Menan. *Eadem tibi et Pythia et Delia.* Ταῦτά σοι καὶ πύθια καὶ δήλια. Quoties supremum aliquod opus significamus. Perinde quasi dicas: Haec summa omnium, quae gesturus es in vita. Natum aiunt ab oraculo quodam reddito Polycrati Samiorum tyranno. Nam is posteaquam Rheneam insulam cepisset, eamque consecrasset Apollini, constitutis apud Delum ludis pulcerrimis, Delphos misit consulturos, vtrum oporteret eos ludos Delios an Pythios appellare. Respondit oraculum Ταῦτά σοι καὶ πύθια καὶ δήλια. Futurum innuens, vt is propediem excederet e vita. Idque euenit, vnde res in prouerbium versa.

Muris interitus. Κατὰ μυὸς ὄλεθρον. Aelianus tradit murem minime viuacem esse, sed sua sponte destuentibus intestinis ocius emori, atque hinc natum prouerbium. Quadrare videtur in homines imbecilla valetudine, aut in μικροβίους, quos μινυνθαδίους appellat Homerus.

SVBITI

SVBITI INTERVENTVS.

Mercurius superuenit. Ὁ Ἑρμῆς ἐπεισελήλυθεν. Ita loqui consueuerunt, si quando silentium orietur in conciliabulo multorum, significantes, non esse fas loqui Mercurio praesente, vt qui sit auctor sermonis. Plutarch.

Lupus est in fabula. Solitum est dici, quoties is, de quo confabulatio est, de improuiso interuenit. Festiuius vsus est Plautus. *Atque eccum*, inquit, *tibi lupus in sermone praesens esuriens adest.* Loquitur enim de parasito Gelasiano, qui fratribus de ipso confabulantibus derepente interuenit. Terent.

Etiamsi lupi meminisses. Εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης. *Id est*, Etiamsi lupi mentionem fecisses, subaudiendum, interuenisset. Quoties praeter exspectationem interuenit is, de quo fuerat mentio.

S V M T V O S A.

Hipparchi murus. Ἱππάρχου τειχίον. Dicebatur res quaepiam, quae magnis constaret impensis. Hinc natum, quod Hipparchus Pisistrati filius. Academiam muro sepsit atque huius rei nomine magnam pecuniae vim ab Atheniensibus exegit. Suidas.

Coena popularis. Lautitiae, vid. locum.

Edax triremis. Ἀδδηφάγοι τριήρεις. Dicuntur, qui magnis constant impendiis. Translatum ab egregiis equis, quos oportet esse voraces. Lepidius transferetur ad hominem prodigum immodicique impendii. Liuius.

In beato omnia beata. A diuitibus omnia magnifice fiunt, a tenuibus frugaliter. Vsus erit, si dicas ab homine docto omnia docte fieri, a pio pie, a rege regaliter. Horat.

Saliares dapes. Vetustissimum fuit sacerdotum genus apud Romanos, Salii dicti, quod Ancylia,

lia, quae credebantur coelo delapſa ſaltantes ferrent. Saliares dapes, pro Pontificales dixit Horatius, ponens ſpeciem pro genere: Opiparum autem conuiuium et magnificum Saliare dicitur.

SVRDITAS.

Surdior Toronaeo portu. Κωφότερος Τορωναίου λιμένος. Aiunt portum eſſe quemdam Toronae Thraciae ciuitatis, qui longis et anguſtis duobus excurſibus porrigitur in mare, ita vt in ipſo portus ſeceſſu nullus fluctuum fragor audiatur. Vnde prouerbium in eos, qui non audiunt. Stephanus meminit etiam ſinus cognomento Toronaei, a quo prouerbium ductum videri poſſit, niſi quod mare ſurdum vocatur, aut littus ſurdum, magno fragore reſonans, vt ob ſtrepitum vndarum praeterea nihil exaudire liceat.

Zenod. *Surdior turdo.* Κωφότερος κίχλης. Adſcribitur ſurditas huic aui peculiaris, quum ſit loquaciſſima. Vnde concinne dicetur in eos, qui perpetuo blaterantes ipſi, non auſcultant, quid viciſſim ab aliis dicatur.

TACITVRNITAS LAVDATA

Ariſtot. *Silentii tutum praemium.* Σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Horatius: *Eſt et fideli tuta ſilentio merces:* Silendo nemo peccat, loquendo perſaepe. *Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquutum.* Valerius Maximus hanc ſententiam tribuit Xenocrati: *Quia dixiſſe me*, inquit, *aliquando poenituit, tacuiſſe numquam.*

Sophocl. *Mulierem ornat ſilentium.* Γυναιξὶ κόσμιον ἡ σιγὴ φέρει. Mulier animal natura loquax: nulla de re magis cohoneſtatur, quam ſilentio, maxime apud viros, quum de rebus ſeriis agitur.

Alia

Alia committenda, alia celanda. Nec temere quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiaribus arcana omnia proferenda sunt. Ad hanc sententiam quadrat illud Homeri. Homer.

Ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ γ' αὖ κεκρυμμένον εἶναι.

Quod scis, nescis. Terent. in Eunucho: *Tu pol si sapis, quod scis, nescias.* Idem in seipsum excruciante: *Nescias quod scis, si sapis.* Sumtum a dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scyrpi proponi solent: *Facio, et non facio. Sum amicus, et non sum amicus.* Itaque proverbio certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod scit, perinde continet ac dissimulat, quasi nesciat. Terent.

Qui obticescit. In eum, qui metu attonitus, aut stupefactus admiratione tacet, aut cui non est, quod respondeat, quadrabit illud Homeri. Homer.

Δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε.

In sinu gaudere. Est tacitam apud se voluptatem sentire, neque, quod vulgo faciunt, foras proferre gaudii notas, Tibullus: Tibull.

Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. Homerus:

Ἐνθυμῷ γρηῦ χαῖρε καὶ ἴσχεο. Perinde dictum est in sinu, quasi dicas in pectore tuo, non in labiis, aut fronte, quibus partibus vulgus consueuit prodere, quid in animi penetralibus occultat.

Qui continet arcanum. In eum, qui celat arcanum, neque cuiquam effutit, quadrabit illud Homeri ex Odyss. φ. Homer.

Τῇ δ' ἀπτερος ἔπλετο μῦθος. *Hoc est,* Haud longius auolabant.

Muti citius loquentur. Plautus in Persa: *Muti prius loquentur quam ego. Ne hoc, inquit, cuiquam homini dicerem, edictum est mihi magnopere,* Plaut.

ne cuiquam homini crederem. Omnes muti vt prius loquerentur hoc quam ego.

Caelius. *Areopagita taciturnior.* Dicebatur, qui commissum arcanum optime contineret. Athenis in Areopago causae capitales audiebantur, idque nocta, magna attentione. Et fortasse netas illis, quae fuissent acta, apud vulgus effutire.

Manum ad os apponere. Hoc gestu significamus nos scire quippiam, quod tamen nolumus effari. Caelius Ciceroni. *At Domitius cum manum ad os apposuit, te ad 9. Calend. Iunii, subrostrarii, quod illorum capiti sit, dissiparant perisse.*

TACITVRNITAS ILLAVDATA.

Diog. *Bacchae more.* Βάκχης τρόπον. De tetricis ac taciturnis dictitari solitum, quod essent huiusmodi Maenades illae, Bacchico afflatae furore. At Iuuenalis retulit ad vitam intemperantem:

Qui Curios simulant, et Bacchanalia viuunt.

Magis mutus quam pisces. Ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων. De vehementer infantibus atque infacundis. Conueniet in hominem immodicae taciturnitatis. Pisces enim nullam edunt vocem. His enim neque pulmo, neque arteria, neque guttur.

Plinius. *Rana seriphia.* Βάτραχος ἐκ σεριφου. In homines mutos, et canendi dicendique prorsus imperitos dicebatur: Inde natum, quod Seriphiae ranae in Scyrum deportatae non edebant vocem. Proditum enim est in Scripho insula ranas mutas haberi.

Gellius. *Caput sine lingua.* Competit in eos, qui in consolationibus aut disceptationibus ipsi quidem nihil habent, quod dicant, verum aliorum sententiis annuunt. Nam pedarii senatores dicebantur ii, qui in senatu quidem sedebant, verum sententiam non rogabantur, sed in aliorum

rum sententias pedibus discedebant. A Lucilio dicti sunt Agipedes.

Muta persona. Κωφὸν πρόσωπον. Quadrabit in eos qui in consessu deliberantium, aut disputantium, aut etiam in conuiuiis, caeteris loquentibus, soli tacent. Traductum apparet a lege comoediarum, in quibus non temere plures tribus personis solent induci in eadem scena. Quod si quando quarta accesserit, aut muta prorsus est, aut perpauca loquitur. Mutas nuptias dixit Pindarus, pro clancularijs, in quibus non cantatur hymenaeus. Martial.

Muti magistri. Mutos magistros Gellius libros vocat, qui loquuntur quidem nobis, sed dubitanti non satis commode respondent. Nec illepide profecto litterae, muti vocantur praeceptores. Denique Tullius legem appellat mutum magistratum, legem loquentem. Et Plutarchus poesin appellat picturam loquentem et picturam mutam poesin. Gellius.

Mutus magis quam scapha. Συνομώτερος σκάφης. *Id est*, De iis dici consueuit, qui propter humilitatem conditionis apud praestantiores non audent hiscere. Natum hinc aiunt, quod olim inquilini et hospites alienae Reipublicae ludis popularibus in pompa incedebant nauim gestantes. Vnde quoties hospitem non ciuem significabant, σκαφὴν ἢ σκαφηφόρον appellare consueuerunt. Et vulgo minitabantur, reddam tibi os occlusius scapha. Nam vti non conuenit in aliena ciuitate curiosum esse, ita nec tutum est liberioris esse linguae. Suidas.

Mutus Hipparchion. Ἄφωνος Ἱππαρχίων. Vbi quis repente obmutescit, cum maxime vox illius exspectatur, id quod non raro consueuit quibusdam in coetu dicturis euenire, vt subito velut attonitis vox faucibus haereat. Narrant olim apud Graecos duos praecipuos fuisse citharaedos, Zenod.

raedos, Hipparchionem et Rufinium, qui cum in sollemnibus ludis, qui decimo quoque anno apud Iulio politas agebantur, essent inter se decertaturi, contigit, vt Hipparchion theatri strepitu turbatus obticuerit, eaque res in vulgi iocum abiit.

Aristoph. *Ne gry quidem.* Μηδὲ γρῦ φθέγγεται. Pro eo quod est, Ne tantulum quidem. Nam Gry minimum quiddam significat, aut sordes vnguium, aut vocem suillam, quam edere solent ii, qui grauantur sermone respondere, aut nomisma minutissimum.

Simonid. *Acanthia cicada.* Ἀκάνθιος τέττιξ. In indoctos atque infantes, aut musices ignaros torqueri prouerbio solitum. Auctor est Stephanus Byzantius, iuxta oppidum Aetoliae Acanthum, cicadas alibi vocales, alibi mutas esse.

Catull. *Reddidit Harpocratem.* Catullus dixit pro eo, quod est, Imposuit silentium. Harpocrates deus ita apud veteres fingebatur, vt digito admoto ori silentium indiceret, qualis et apud Romanos Dea Angerona.

Horat. *Statua taciturnior.* In hominem vehementer infantem ac tacitum. Horat. *Statua taciturnius exit.* Itidem Iuuenalis in diuitem quempiam, sed infantem et indoctum Mercurii statuae similem facit. *Truncoque simillimus Hermae.*

Taciturnior Pythagoreis. Σιωπηλότερος ἐσόμαι τῶν πυθαγορικῶν τελεσθέντων. De vehementer taciturnis. Sumtum a Pythagorae schola, in qua quinquenne silentium indicebatur auditoribus. Ἐχεμυθία dicebatur, a cohibendo sermone.

Virgil. *Amyclas perdidit silentium.* Τὰς Ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή. Seruius interpres enarrat hunc in modum. Cum apud Amycleos subinde nunciaretur hostium aduentus, idque falso, et ob eam rem ciuitas frequenter inani terrore quassare-

faret, [illegible]ata lege cautum eft, ne quis vmquam hofti[illegible]ciaret aduentum. Atqui poft euenit, vt ve[illegible]m aduenirent hoftes. Quod cum nemo [illegible]aret propter legis interdictum, ciuitas de im[illegible]pifo capta eft. Qui cafus populari ioco d[illegible]occafionem, vt dicerent, Amyclas filenti[illegible]iiffe, fi cui fua taciturnitas fuiffet incom[illegible]

D[illegible]oprematis ritu. Graeci δορυφόρημα vocant fatel[illegible] illud ex barbarorum faece conductum [illegible]od olim tyranni ad cuftodiam corporis adhi[illegible]nt. In Tragoediis fic addebatur regum[illegible]onis δορυφόρημα, vt aftarent modo, nihil e[illegible]loquerentur. Vnde qui taciti affident δορυφ[illegible]ρος τρόπον adeffe dicuntur.

T[illegible]IVM EX ITERATIONE.

L[illegible] prooemium audiendi cupido. Prouerbii fpeci[illegible]bet, quod eft apud Platonem. Μακρὸν τ[illegible]οίμιον ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι. Qui rem ipfam [illegible]t cognofcere, huic longum eft omne proo[illegible]. Vnde illud Terentii: *Vah, etiam [illegible]nium mihi occeptat.* Et Athenis praeco qu[illegible]ndi poteftatem faciebat, rhetoribus praefa[illegible], ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, quod haec [illegible] caufam fint. Plato.

Te[illegible]ideo. Qui molefti prolixique fermonis fi[illegible]deffe fignificabat, dicere folet, Γῆν ὁρῶ. S[illegible]m a nauigantibus. Q. Curtius. *Haud f[illegible]uam profundum aequor ingreffi terram oculis r[illegible]nt.* Cicero in Catone Seniore: *Quafi terra[illegible]eam,* fentiens inftare finem vitae. Dioge[illegible]m prolixum volumen recitans tandem e[illegible]eniffet, vt libri finem videret: *Bene hab[illegible]*quit: *amici,* Γῆν ὁρῶ. Diog.

Iter[illegible]que iterum apud Pythum via. Αὖθις ἂν Πυ[illegible] ὁδός. Dictum de iis, qui molefti Idem.

Vv 3 funt,

nis, dum circa mentis cultum toti ſunt occupati.

Gellius. *Macilentior Leotrephide.* Λεπτότερον Λεωτρεφίδου καὶ Θαυμαντίδος. Leotrephides inſigni macilentia corporis Comicorum ſalibus locum dedit. Congruet in homines exiles ac praetenues. Iucundius erit, ſi transferatur ad inopiam ingenii, aut dictionem aridam, ieiunam et exanguem.

Immunem venire. Immunem Latini vocant, quam ἀσύμβολον Graeci, nempe eum, qui nihil confert ad conuiuium.

Plinius. *Lapſana viuere.* Lepide dixeris eos, qui praeparce nimiumque tenuiter viuunt. Eſt autem Lapſana olus ſylueſtre.

Nihil de vitello. Νεοττοῦ οὐδέν μοι δίδως. Quadrat in eos, qui impertiant deteriora, meliora ſibi ſeruantes. M. T. Cicero narrat huiuſmodi fabulam, vnde conſentaneum eſt, hoc mutuatum eſſe prouerbium. Quidam ſe ſomniarat videre ouum ex lecti cubicularis faſcia pendens illigatum, id ſomnium cum ad coniectorem retuliſſet, reſponſum eſt, theſaurum indicari, proinde foderet eo loco, quo ſe ſomniarat ouum videre. Vbi fodiſſet, reperit aurum argento circumtectum, miſitque paullulum ex argento coniectori; diſſimulans, inuentum aurum, Coniector accipiens, nihilne, inquit, de vitello?

Lingere ſalem. Dictum, *Frugalitas.*

Rore paſcitur. Μὴ πρώκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ. Cicadas rore ali, teſtis eſt Plinius. Venuſtius erit, ſi transferatur ad ingenium, ſive ſtilum ieiunum et aridum, aut per ironiam, in hominem vehementer obeſo corpore.

Plaut. *Victitant ſucco ſuo.* In paraſitos, qui, ſi quando coena contigit lautior, ingurgitant ſeſe, rurſus vbi nulla arridet ſpes coenatica, coguntur que οἰκόσιτοι viuere, fortiter ferunt inediam,

am, et in conuiuii ſpem durant. Sumta metaphora a cochleis, quae per aeſtatem intra teſtam contractae, vtcumque ſucco ſuo aluntur, donec acciderit pluuia.

Philippide tenuius. Athenaeus oſtendit Philippidem comoediarum ſcriptorem ſic tenui fuiſſe corpore, vt etiam πιφιλιππῶσαι dixerint, pro macruiſſe. Accommodabitur non inuenuſte ad orationem ieiunam, aut diſputationem otioſae ſubtilitatis. Athen.

Monophagi. Μονοφάγοι dici poterunt ſordidi et inhoſpitales, qui neminem inuitant ad conuiuium. Aeginetae Neptuno ſacrificantes clam conuiuia celebrauerunt, neque ſeruorum quiſquam adeſſe ſinebatur. Hinc dicti μονοφάγοι. Athen.

Patroclo ſordidior. Πατροκλέης φειδωλότερος. In diuitem quidem, ſed oppido quam ſordidum ac parcum. Hic enim Patroclus poſtquam ad ſummas opes euectus eſt, aut, vt alii dicunt, ex quo natus eſt, numquam vſus eſt balneo parſimoniae cauſa.

Nephalium ſacrum. Νηφάλιος θυσία. De conuiuio abſtemio non inepte dicetur, aut de conuiuio vehementer frugali ſobrioque. Athenienſes tale ſacrificium Mnemoſynae, Aurorae, Soli, Lunae, Nymphis, Veneri et Vraniae exhibebant. In eo non libabatur vinum, ſed aqua melle diluta. Νηφαλίευειν idem eſt quod Νηφάλια θύειν. Dicebatur hoc ſacrificium ἄοινον.

Caninum prandium. Dicebatur abſtemium, et in quo nullum vinum biberetur, propterea quod canes a vino abhorrent. Gellius.

Cereri ſacrificant. Quem ad modum Graeci dicunt Ἑστίᾳ θύουσιν. Ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici ſolere, *Cereri ſacrificant*, ſi quando in conuiuio vinum deeſſet, propterea quod in huius ſacris nefas eſſet inferre vinum. Plaut.

Bos Cyprius. Κύπριος βοῦς. In brutum ac stolidum iaci solitum, propterea quod Cyprii boves magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascuntur, non pastus causa, sed vt hoc remedio torminibus medeatur.

Ennius. *Cyprio boui merendam.* Festus Pompeius versum hunc Sotadicum citat ex Ennio: *Cyprio boui merendam*, ostenditque conuenire, quoties conuiua sordidus et insipidus, sordido atque insipido accipitur conuiuio. Festiuius erit, si ad res animi deflectatur; vt si quis apud spurcos spurce loquatur, apud indoctos indocte.

Aristoph. *Tolle tolle mazam quam ocissime scarabaeo:* Αἶρε αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ. Id vsurpare licebit, quoties sordidus cibus immundo conuiuae apponitur. Hinc enim vt nascuntur, ita et aluntur canthari, quos Latini scarabaeos vocant. Maza confectio quaedam erat ex farina et lacte, panem imitans.

Steph. *Psyrice facta.* Psyra insula quaepiam est, haud procul a Chio. Strabo Psyra pronunciat pluratiue, et neutrali genere. Ea insula quoniam esset et perpusilla et ignobilis, in contemtus ac vilitatis prouerbium abiit, vt quae sordide parumque magnifice fierent, Psyrice facta dicerentur. Stephanus: *In Psyra Bacchum ducentes.* Idem: *In Psyra Spartam ducis.*

Idem. *Paruo emtas carnes.* Τὸ ὤνιον κρέας οἱ κύνες ἐσθίουσιν. Quidam putria emunt obsonia, ne plusculum insumant numorum. Ea cum nullus attingit, canibus edenda seruantur.

Psyra Bacchum. Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγοντες. Dictitatum adagium, vbi vinum appositum in conuiuio nemo gustat; aut de sordido apparatu. Psyra est insula quaedam pusilla, haud procul a Chio, in qua vinum non prouenit

Tenui-

Tenuiter diducis. Λεπτὰ ξαίνεις. De iis, qui pauperum more tenuiter victitant. Metaph. a mulieribus lanam carminantibus. Suidas.

Sacrum sine fumo. Ἄκαπνος θυσία. De nimivm tenui conuiuio, et in quibus nihil cocti obsonii apponitur. Translatum a pauperculorum sacris, molas, tusculum, lac, aut corollas offerentium, cum dii nidorem illum expetant, vna cum fumo subuolantem. Lucian.

Nephalia ligna. Νηφάλια ξύλα. Dici posse videtur in abstemios, et ab omni voluptate procul alienos. Apud Athenienses Nephalia ligna vocabantur, quae neque vitea essent, neque ficulnea, neque myrtea. Nephalia sonat, quasi dicas sobria.

Carica victima. Καρικὸν θῦμα. De macilenta hostia, minimeque esculenta dicebatur. Hinc ductum, quod Caribus populis mos fuerit canem immolare. Non inconcinne torquebitur ad cibum appositum insipidum, et quem nemo velit attingere.

Phaselitarum sacrificium. Φασηλιτῶν θῦμα. Tanquem vile citraque sanguinem, sordidum ac tenuem sumtum hoc adagio significabant. Tradunt enim apud Phaselitas Pamphiliae gentem moris esse, vt pisciculi salsi diis sacrificarentur. Zenod.

In sinu manum habere. Dixit Theocritus, tenaces et ad largiendum pigros. Porro quod ait Scaeuola: In sinu meo habui: pro eo quod est, In potestate mea clam habui, diuersum longe ab hoc est. Theocr.

Lari sacrificant. Ἑστίᾳ θύουσιν. In tenaces dicitur, qui de suis nemini quidquam impertiunt, aut in conuiuas edaces, qui nihil de appositis epulis mittunt amicis, neque quidquam faciunt reliquum. Nam antiquitus religiosum erat, ex his quae Laribus immolabantur, aliquid foras efferre. Aristoph.

Ῥυπο-

Ῥυποκόνδυλοι. Graeci prouerbiali conuicio sordidos et impendio parcos ῥυποκονδύλους appellabant, ducto cognomine ab iis, quibus sordes in vnguibus insident. Nam ῥύπος proprie eas sordes significat, quae in summis vnguibus manuum ac digitorum colliguntur, Κόνδυλος articulum digitorum.

Canens vitae palmum. Ἄιδων τὴν σπιθαμὴν τοῦ βίου πρὸς ἄνηθον. De parco dictum, qui tenui re leuiculaque transigit vitam, atque interim existimat se laute viuere. Morem hunc quibusdam esse videmus, vt, quum nihil apponant in mensa, quod edi possit, ne ieiunum omnino conuiuium appareat varias narrent fabulas, aut cantillent, vt his modis ciborum obliuionem inducant conuiuis.

Tantali poena. Ταντάλειοι τιμωρίαι. De iis dicendum, quibus adsunt quidem bona, verum his frui negatum est: A fabula Tantali sumtum, quem poetae fingunt apud inferos assistere flumini sitientem, quod si quando admouerit se potaturus, repente aquam labris contactam refugere; tum capiti imminere arborem pomis onustam, sed eam subito porrigenti manum, alio subducere sese, atque ita miserum praesente copia, inopia discruciari.

Homer. *Conuiua non conuiua.* In eum, qui accumbit quidem in conuiuio, verum spectator duntaxat eorum quae apponuntur, quadrabit illud Homeri,

Κὰτ' ἄρ' ἄσιτος, ἄπαστος, ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος.

Suidas. *Sacra nihil sunt.* Τὰ θύματα οὐδέν ἐστι, πλὴν γένεια καὶ κέρατα. De macilentis victimis. Trahetur non inconcinniter ad cibum minime esculentum.

SPES

SPES PERTINAX.

Aegroto dum anima est, spes est. Admonens, ne in afflictissimis quidem rebus abiiciendam esse spem. Philelphus hos versus ex Theocrit. Batto vertit. Cicero.

> Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
>
> Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
>
> Χ' ὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος ἄλλοκα δ' ὕει.

Spes alunt exsules. Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας. Vbi quis excussus a pristina fortuna, semper id agit, vt restituatur. Ab humano sumtum ingenio, quo fieri videmus, vt nullus ita sit exsul, quin et velit, et speret futurum, vt aliquando postliminio redeat in patriam. Euripid.

Adhuc coelum voluitur. Quoties significabimus adhuc superesse spem, et nondum tempus, quod melioris fortunae solet occasionem adducere, exactum esse, conuenit illud Theocriti: Οὔπω μῆνας ἄγων ἐκαμ' οὐρανός, οὐδ' ἐνιαυτούς. Theocr.

Adhuc aliquis Deus nos respicit. Quum in rebus vehementer afflictis negabimus nos prorsus abiecisse animum, verum esse spei nonnihil, conveniet illud Homeri: Homer.

> Ἀλλ' ἔτι τις καὶ ἐμοῖο θεῶν ὑπερείρεχεθε χεῖρα.

Spes seruat afflictos. Ouid.

> *Spes bona dat vires, animum quoque spes bona firmat:*
>
> *Viuere spe vidi, qui moriturus erat.*

Pindar. Ἐλπὶς γηροτρόφος.

In herbis. Esse dicuntur, quae nondum maturuerunt, sed spem modo bonam de se praebent.

Spes

Ariftoph. *Spes tenuis.* Spem infirmam incertamque Poëtae renuem vocant. Ariftophanes: *Spes ifta tenuis quaepiam eft qua nitimur.* Euripides: *Spes frigida quidem.* Vnde M. Tullius dixit: *Sperat hinc afflare auram aliquam*, id eft, oftendi fpem.

Seneca. *Ab ipfa meffe.* Seneca: *Ab ipfa meffe difcedam?* Agit enim de his, qui vel commodis, vel fpe commodorum detinentur, quo minus femet explicent a negotiis, quafi deferturi agrum, quum inftat meffis.

SVBITVM EXITIVM.

Occifionis ala, φόνε πτερόν. De fubito interitu dici folitum. Sumta metaphora ab alatis iaculis, quae repente mortem adferunt: quamquam magis probat Zenodotus, vt accipiamus pro morte, quafi fit et ipfa alata.

Menan. *Eadem tibi et Pythia et Delia.* Ταῦτά σοι καὶ πύθια καὶ δήλια. Quoties fupremum aliquod opus fignificamus. Perinde quafi dicas: Haec fumma omnium, quae gefturus es in vita. Natum aiunt ab oraculo quodam reddito Polycrati Samiorum tyranno. Nam is pofteaquam Rheneam infulam cepiffet, eamque confecraffet Apollini, conftitutis apud Delum ludis pulcerrimis, Delphos mifit confulturos, vtrum oporteret eos ludos Delios an Pythios appellare. Refpondit oraculum Ταῦτά σοι καὶ πύθια καὶ δήλια. i Futurum innuens, vt is propediem excederet e vita. Idque euenit, vnde res in prouerbium verfa.

Muris interitus. Κατὰ μυὸς ὄλεθρον. Aelianus tradit murem minime viuacem effe, fed fua fponte deftuentibus inteftinis ocius emori, atque hinc natum prouerbium. Quadrare videtur in homines imbecilla valetùdinę, aut in μικροβίους, quos μινυνθαδίους appellat Homerus.

SVBITI

SVBITI INTERVENTVS.

Mercurius ſuperuenit. Ὁ Ἑρμῆς ἐπεισελήλυθεν. Ita loqui conſueuerunt, ſi quando ſilentium oriretur in conciliabulo multorum, ſignificantes, non eſſe fas loqui Mercurio praeſente, vt qui ſit auctor ſermonis. Plutarch.

Lupus eſt in fabula. Solitum eſt dici, quoties is, de quo confabulatio eſt, de improuiſo interuenit. Feſtiuius vſus eſt Plautus. *Atque eccum,* inquit, *tibi lupus in ſermone praeſens eſuriens adeſt.* Loquitur enim de paraſito Gelaſiano, qui fratribus de ipſo confabulantibus derepente interuenit. Terent.

Etiamſi lupi meminiſſes. Εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης. *Id eſt*, Etiamſi lupi mentionem feciſſes, ſubaudiendum, interueniſſet. Quoties praeter exſpectationem interuenit is, de quo fuerat mentio.

S V M T V O S A.

Hipparchi murus. Ἱππάρχου τειχίον. Dicebatur res quaepiam, quae magnis conſtaret impenſis. Hinc natum, quod Hipparchus Piſiſtrati filius. Academiam muro ſepſit atque huius rei nomine magnam pecuniae vim ab Athenienſibus exegit. Suidas.

Coena popularis. Lautitiae, vid. locum.

Edax triremis. Ἀδδηφάγοι τριήρεις. Dicuntur, qui magnis conſtant impendiis. Tranſlatum ab egregiis equis, quos oportet eſſe voraces. Lepidius transferetur ad hominem prodigum immodicique impendii. Liuius.

In beato omnia beata. A diuitibus omnia magnifice fiunt, a tenuibus frugaliter. Vſus erit, ſi dicas ab homine docto omnia docte fieri, a pio pie, a rege regaliter. Horat.

Saliares dapes. Vetuſtiſſimum fuit ſacerdotum genus apud Romanos, Salii dicti, quod Ancylia,

lia, quae credebantur coelo delapsa saltantes ferrent. Saliares dapes, pro Pontificales dixit Horatius, ponens speciem pro genere: Opiparum autem conuiuium et magnificum Saliare dicitur.

SVRDITAS.

Surdior Toronaeo portu. Κωφότερος Τορωναίου λιμένος. Aiunt portum esse quemdam Toronae Thraciae ciuitatis, qui longis et angustis duobus excursibus porrigitur in mare, ita vt in ipso portus secessu nullus fluctuum fragor audiatur. Vnde prouerbium in eos, qui non audiunt. Stephanus meminit etiam sinus cognomento Toronaei, a quo prouerbium ductum videri possit, nisi quod mare surdum vocatur, aut littus surdum, magno fragore resonans, vt ob strepitum vndarum praeterea nihil exaudire liceat.

Zenod. *Surdior turdo.* Κωφότερος κίχλης. Adscribitur surditas huic aui peculiaris, quum sit loquacissima. Vnde concinne dicetur in eos, qui perpetuo blaterantes ipsi, non auscultant, quid vicissim ab aliis dicatur.

TACITVRNITAS LAVDATA.

Aristot. *Silentii tutum praemium.* Σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Horatius: *Est et fideli tuta silentio merces*: Silendo nemo peccat, loquendo persaepe. *Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum.* Valerius Maximus hanc sententiam tribuit Xenocrati: *Quia dixisse me*, inquit, *aliquando poenituit, tacuisse nunquam.*

Sophocl. *Mulierem ornat silentium.* Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Mulier animal natura loquax: nulla de re magis cohonestatur, quam silentio, maxime apud viros, quum de rebus seriis agitur.

Alia

Alia committenda, *alia celanda*. Nec temere quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiaribus arcana omnia proferenda sunt. Ad hanc sententiam quadrat illud Homeri. **Homer.**

Ἀλλὰ τὸ μὲν φᾶσθαι, το δὲ γ' αὖ κεκρυμμένον εἶναι.

Quod scis, *nescis*. Terent. in Eunucho: *Tu pol si sapis*, *quod scis*, *nescias*. Idem in seipsum excruciante: *Nescias quod scis*, *si sapis*. Sumtum a dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scyrpi proponi solent: *Facio*, *et non facio*. *Sum amicus*, *et non sum amicus*. Itaque proverbio certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod scit, perinde continet ac dissimulat, quasi nesciat. **Terent.**

Qui obticescit. In eum, qui metu attonitus, aut stupefactus admiratione tacet, aut cui non est, quod respondeat, quadrabit illud Homeri. **Homer.**

Δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε.

In sinu gaudere. Est tacitam apud se voluptatem sentire, neque, quod vulgo faciunt, foras proferre gaudii notas, Tibullus: **Tibull.**

Qui sapit, *in tacito gaudeat illi sinu*. Homerus:

Ἐνθυμῷ γρηῦ χαῖρε καὶ ἴσχεο. Perinde dictum est in sinu, quasi dicas in pectore tuo, non in labiis, aut fronte, quibus partibus vulgus consueuit prodere, quid in animi penetralibus occultat.

Qui continet arcanum. In eum, qui celat arcanum, neque cuiquam effutit, quadrabit illud Homeri ex Odyss. φ. **Homer.**

Τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος. *Hoc est*, Haud longius euolabant.

Muti citius loquentur. Plautus in Persa: *Muti prius loquantur quam ego*. *Ne hoc*, inquit, *cuiquam homini dicerem*, *edictum est mihi magnopere*, **Plaut.**

ne cuiquam homini crederem. Omnes muti vt prius loquerentur hoc quam ego.

Caelius. *Areopagita taciturnior.* Dicebatur, qui commissum arcanum optime contineret. Athenis in Areopago causae capitales audiebantur, idque nocta, magna attentione. Et fortasse nefas illis, quae fuissent acta, apud vulgus effutire.

Manum ad os apponere. Hoc gestu significamus nos scire quippiam, quod tamen nolumus effari. Caelius Ciceroni. *At Domitius cum manum ad os apposuit, te ad 9. Calend. Iunii, subrostrarii, quod illorum capiti sit, dissiparant perisse.*

TACITVRNITAS ILLAVDATA.

Diog. *Bacchae more.* Βάκχης τρόπον. De tetricis ac taciturnis dictitari solitum, quod essent huiusmodi Maenades illae, Bacchico afflatae furore. At Iuuenalis retulit ad vitam intemperantem:

Qui Curios simulant, et Bacchanalia viuunt.

Magis mutus quam pisces. Ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων. De vehementer infantibus atque infacundis. Conueniet in hominem immodicae taciturnitatis. Pisces enim nullam edunt vocem. His enim neque pulmo, neque arteria, neque guttur.

Plinius. *Rana seriphia.* Βάτραχος ἐκ σερίφου. In homines mutos, et canendi dicendique prorsus imperitos dicebatur: Inde natum, quod Seriphiae ranae in Scyrum deportatae non edebant vocem. Proditum enim est in Scripho insula ranas mutas haberi.

Gellius. *Caput sine lingua.* Competit in eos, qui in consolationibus aut disceptationibus ipsi quidem nihil habent, quod dicant, verum aliorum sententiis annuunt. Nam pedarii senatores dicebantur ii, qui in senatu quidem sedebant, verum sententiam non rogabantur, sed in aliorum

rum sententias pedibus discedebant. A Lucilio dicti sunt Agipedes.

Muta persona. Κωφὸν πρόσωπον. Quadrabit in eos qui in consessu deliberantium, aut disputantium, aut etiam in conuiuiis, caeteris loquentibus, soli tacent. Traductum apparet a lege comoediarum, in quibus non temere plures tribus personis solent induci in eadem scena. Quod si quando quarta accesserit, aut muta prorsus est, aut perpauca loquitur. Mutas nuptias dixit Pindarus, pro clancularis, in quibus non cantatur hymenaeus. **Martial.**

Muti magistri. Mutos magistros Gellius libros vocat, qui loquuntur quidem nobis, sed dubitanti non satis commode respondent. Nec illepide profecto litterae, muti vocantur praeceptores. Denique Tullius legem appellat mutum magistratum, legem loquentem. Et Plutarchus poesin appellat picturam loquentem et picturam mutam poesin. **Gellius.**

Mutus magis quam scapha. Συομώτερος σκάφης. *Id est*, De iis dici consueuit, qui propter humilitatem conditionis apud praestantiores non audent hiscere. Natum hinc aiunt, quod olim inquilini et hospites alienae Reipublicae ludis popularibus in pompa incedebant nauim gestantes. Vnde quoties hospitem non ciuem significabant, σκαφὴν ἢ σκαφηφόρον appellare consueuerunt. Et vulgo minitabantur, reddam tibi os occlusius scapha. Nam vti non conuenit in aliena ciuitate curiosum esse, ita nec tutum est liberioris esse linguae. **Suidas.**

Mutus Hipparchion. Ἄφωνος Ἱππαρχίων. Vbi quis repente obmutescit, cum maxime vox illius exspectatur, id quod non raro consueuit quibusdam in coetu dicturis euenire, vt subito velut attonitis vox faucibus haereat. Narrant olim apud Graecos duos praecipuos fuisse citharaedos, **Zenod.**

raedos, Hipparchionem et Rufinium, qui cum in ſollemnibus ludis, qui decimo quoque anno apud Iulio politas agebantur, eſſent inter ſe decertaturi, contigit, vt Hipparchion theatri ſtrepitu turbatus obticuerit, eaque res in vulgi iocum abiit.

Ariſtoph. *Ne gry quidem.* Μηδὲ γρὺ φθέγγεται. Pro eo quod eſt, Ne tantulum quidem. Nam Gry minimum quiddam ſignificat, aut ſordes vnguium, aut vocem ſuillam, quam edere ſolent ii, qui grauantur ſermone reſpondere, aut nomiſma minutiſſimum.

Simonid. *Acanthia cicada.* Ἀκάνθιος τέττιξ. In indoctos atque infantes, aut muſices ignaros torqueri prouerbio ſolitum. Auctor eſt Stephanus Byzantius, iuxta oppidum Aetoliae Acanthum, cicadas alibi vocales, alibi mutas eſſe.

Catull. *Reddidit Harpocratem.* Catullus dixit pro eo, quod eſt, Impoſuit ſilentium. Harpocrates deus ita apud veteres fingebatur, vt digito admoto ori ſilentium indiceret, qualis et apud Romanos Dea Angerona.

Horat. *Statua taciturnior.* In hominem vehementer infantem ac tacitum. Horat. *Statua taciturnius exit.* Itidem Iuuenalis in diuitem quempiam, ſed infantem et indoctum, Mercurii ſtatuae ſimilem facit. *Truncoque ſimilimus Hermae.*

Taciturnior Pythagoreis. Σιωπηλότερος ἔσομαι τῶν Πυθαγορικῶν τελεσθέντων. De vehementer taciturnis. Sumtum a Pythagorae ſchola, in qua quinquenne ſilentium indicebatur auditoribus. Ἐχεμυθία dicebatur, a cohibendo ſermone.

Virgil. *Amyclas perdidit ſilentium.* Τὰς Ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή. Seruius interpres enarrat hunc in modum. Cum apud Amycleos ſubinde nunciaretur hoſtium adventus, idque falſo, et ob eam rem ciuitas frequenter inani terrore quaſſare-

ſaretur lata lege cautum eſt, ne quis vmquam hoſtis nunciaret aduentum. Atqui poſt euenit, vt vere iam aduenirent hoſtes. Quod cum nemo nunciaret propter legis interdictum, ciuitas de improuiſo capta eſt. Qui caſus populari ioco dedit occaſionem, vt dicerent, Amyclas ſilentio periiſſe, ſi cui ſua taciturnitas fuiſſet incommodo.

Doryphorematis ritu. Graeci δορυφόρημα vocant ſatellitium illud ex barbarorum faece conductum, quod olim tyranni ad cuſtodiam corporis adhibebant. In Tragoediis ſic addebatur regum perſonis δορυφόρημα, vt aſtarent modo, nihil etiam loquerentur. Vnde qui taciti aſſident δορυφορήματος τρόπον adeſſe dicuntur.

TAEDIVM EX ITERATIONE.

Longum prooemium audiendi cupido. Prouerbii ſpeciem habet, quod eſt apud Platonem. Μακρὸν τὸ προοίμιον ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι. Qui rem ipſam cupit cognoſcere, huic longum eſt omne prooemium. Vnde illud Terentii: *Vah, etiam prooemium mihi occeptat.* Et Athenis praeco qui dicendi poteſtatem faciebat, rhetoribus praefabatur, ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, quod haec extra cauſam ſint. Plato.

Terram video. Qui moleſti prolixique ſermonis finem adeſſe ſignificabat, dicere ſolet, Γῆν ὁρῶ. Sumtum a nauigantibus. Q. Curtius. *Haud ſecus quam profundum aequor ingreſſi terram oculis requirunt.* Cicero in Catone Seniore: *Quaſi terram videam*, ſentiens inſtare finem vitae. Diogenes cum prolixum volumen recitans tandem eo perueniſſet, vt libri finem videret: *Bene habet*, inquit: *amici*, Γῆν ὁρῶ. Diog.

Iterum atque iterum apud Pythum via. Αὖθις αὖ Πυθώδ' ὁδός. Dictum de iis, qui moleſti Idem.

 ſunt,

ſunt, eadem de re iterum percunctando. Quem ad modum ſolent ignari viae, quemcumque obvium habuerint, de via rogare. Porro Pythus ciuitas Apollini ſacra, quae viſebatur a pleriſque.

Iterum tranquillitatem video. Αὖϑις αὖ γαλήν' ὁρῶ. Quo ſignificamus, nos e malis emergere, fortuna in melius commutata, a nauigantibus, quibus quieſcente procella grata tranquillitas.

Athen. *Lens Deus.* Apud Athenaeum refertur hic trimeter, vt apparet prouerbialis: Φακός σε δαίμων, καὶ Φακῇ τύχη λάβοι. Φακὸς dicitur Lens cruda, Φακῆ cocta, vt iudicat Etymologus. Conuenier, quoties eadem ad faſtidium iterantur. Daemon autem Graecis fortunam ſonat, et idem ſonat τύχη: nec intereſt, niſi quod daemon eſt mas, τύχη femina.

Iouis Corinthus. Ὁ Διὸς Κόρινθος. In eos dici ſolitum, qui ſemper eadem aut dicunt, aut faciunt. Olim ad Megarenſes miſſus eſt legatus Corinthiorum nomine, qui apud plebem Megarenſem, cum alia multa ferociter dixit, tum illud indignabundus ac vociferans intonuit: *Non feret Iouis filius Corinthus.* Id vbi ſaepius iteraret, concitatus populus ſucclamare coepit: *Feri feri Iouis Corinthum:* ſimulque legatum expulerunt. Erat autem Corinthus hic Corinthiorum rex Ioue prognatus.

Suidas. *Crambe bis poſita mors.* Δὶς κράμβη ϑάνατος. Suidas ſcribit, Cramben antiquitus in conuiuiis adhiberi ſolere, verum recoctam adeo nauſeam adferre, vt Graecis in faſtidii prouerbium abierit. Quoties enim rem iterum atque iterum repetitam non ſine moleſtia ſignificabant, dicebant: *Bis crambe mors*, hoc eſt, Crambe recocta.

Cicero. *Eamdem tundere incudem.* Eſt indefatigabili aſſiduitate in operis alicuius ſtudio perſeuerare. Metaphora ducta a fabris, crebris ictibus incu-

dem

dem ferientibus, atque ita tandem aliquando ferri rigorem, perpetuo labore vincentibus.

Cantilenam eamdem canis. Τὸ αὐτὸ ᾄδεις ᾆσμα. De eo, qui molestus est, saepius eadem inculcans. Nihil enim odiosius quam quod semper idem est. Familiare poetis est, nuncium cantilenam appellare. Sumtum est a cantoribus, qui, si quando diutius eamdem occinant cantionem, taedium adferunt auribus. Proinde periti subinde variant carminis genus, quo satietatem devitent.

Eadem per eadem. Αὐτὰ δι' αὐτῶν. De his, qui semper eadem inculcant, aut eadem assidue faciunt. Diog.

Hyperi vertigo. Ὑπέρου περιτροπή. Vbi quis semper idem agitat, neque quidquam tamen explicat. Zenod.

Date mihi peluim. Δότε μοι λεκάνην. Vbi quid vehementer molestum esset, ita vt ferri iam diutius non posset, peluim sibi porrigi iubebant, quasi prae bile nauseaque et fastidio rerum vomituri. Veluti si quis orationem supra modum indoctam non ferens, aut sophisticis naeniis offensus dicat: *Date mihi peluim.* Suidas.

Parni scaphula. Τὸ Πάρνου σκαφίδιον. Conuenit in eos, qui ob res minutulas multum litium et querelarum mouent, Sumtum a Parno quopiam, qui ob nauiculam ereptam populo molestissimus fuisse legitur. Diog.

Sardi venales. Σαρδιανοὶ ὤνιοι. De negotio infinitae prolixitatis, atque inexplicabili. Idque hinc ortum esse tradunt, quod Tiberius Sempronius Gracchus cum altero consulatu Sardiniam domuisset, tantum ex ea captiuorum abduxit, vt longa venditione res in prouerbium abierit. Plutarchus aliam adfert causam. Nimirum olim inoleuisse morem apud Romanos sollemnem, vt qui ludos ederent in capitolio, sardos venales pro-

nunciarent, prodiretque puer quispiam, per ludibrium monili cinctus, quam bullam vocant. Eum morem hinc ortum putat, quod Veientes, Hetruscorum populi multum temporis cum Romulo bellum gessissent, quodque horum vrbem postreman Romulus expugnasset, vnde et regem ipsum, et cum hoc captiuos quam plurimos Romam deductos, venales pronunciauit. Porro cum Lydi ab initio fuerint Hetrusci, Lydorum autem caput erat Sardis, inde factum, vt Hetruscos Sardorum nomine pronunciarit venales.

Tim. *Plures Callicyriis*: Καλλικυρίων πλείους. De maxima quidem illa, sed sordida hominum turba dicebatur. Callicyrii dicebantur exsulum serui, qui Syracusis agriculationem exercebant. Quoniam autem ingens erat id genus hominum multitudo, prouerbio receptum est, vt, si quos admodum numerosos significare vellent, καλλικυρίους appellant. Aristoteles ostendit, eam seruorum turbam ex omnigenis populis in vnum confluxisse. Erant autem eodem loco Callicyrii apud Syracusanos, quo apud Lacedaemonios captiui, apud Thessalos Penestae, qui vocantur apud Cretenses Eleatae, apud Aegyptios Hebraci. Nam et hi serui plures erant dominis, quamobrem etiam expulerunt illos.

Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo. In homines nimium sedulos, et quibusuis in rebus immodicos. Nemo nescit, hirudinem, vbi semel haeserit corpori, nulla ratione posse reuelli, donec suctu sanguinis expleta decidat.

Aristot. *Linum lino nectis.* Λίνον λίνῳ συνάπτεις. Huius adagii duplicem apud Graecos interpretes sensum inuenio. Quorum alter est, infirmis infirma copulas, friuola friuolis. Alter, eadem non iisdem rationibus facis, aut dicis.

Ad restim funiculum. Ἐπὶ σπάρτῳ σχοινίον. Subaudiendum, addis aut reddis. Vbi quis iisdem

dem rebus abundat, aut similia similibus pensat.

Rhodiorum oraculum. Ῥοδίων χρησμός. Vbi quis de re minuta nimium crebro, nimiumque diligenter sciscitatur. Etenim Rhodienses Lindiae Dianae sacrificantes, dies aliquot apud aram deae conuiuia prorogabant, atque inibi perpetuo manebant. Cumque illis mos non esset, matulam in sacrificium inferre, ac super hac re Deum consuluissent, atque vt inferrent, respondisset, illi rursus ambigere coeperunt, vtrum aeream an testaceam inferre deberent, ac denuo super hoc adeuntibus oraculum, indignatus Deus, neutram respondit. Diog.

TARDITATIS ET CVNCTATIONIS.

Nemo nos insequitur. Hoc paroemiae etiam hodie tritum manet, cum significant, liberum esse, diutius in re quapiam morari, *Nemo nos*, inquiunt, *impellit*. Plato.

Romanos sedendo vincit. In eos, qui tranquilli atque otiosi, tamen quae volunt, efficiunt; aut qui non viribus, sed arte rem gerunt. Ex historia Fabii Cunctatoris natum arbitror, qui Hannibalem iuueniliter exsultantem sua patientia fregit. De quo exstat versus ille Ennii: Cicero.

Vnus qui nobis cunctando restituit rem.

Festina lente. Σπεῦδε βραδέως. Sophocles: φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς. Periculosa est praepropera prudentia. Addendum est illud Platonis: *Qui plus satis festinat initio, serius ad finem peruenit.* Quinctilianus: *Praecox illud ingeniorum genus non temere peruenit ad frugem.* His occinendum illud Catonis: *Sat cito, si sat bene.* Quadrabit et in illos, qui praepropere famam affectant, maluntque paratam ac magnam, quam soli-

solidam ac perpetuam. Solent enim praeconia subito flaccescere,

Terent. *Pedetentim.* Κατὰ πόδος βάσιν. Graecis proverbio dicitur, quod Latini reddiderunt pedetentim. Vbi quis non praecipitanter atque inconsiderate, sed sensim atque cunctanter aggreditur negotium, atque arte rem gerit magis, quam impetu. Translatum ab iis, qui cautim ac praetentantes per locum lubricum vel glacim ingrediuntur.

Manu serendum, non thylaco. Τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. Modus in omni re seruandus. Ductum ab agricolis, qui cum serunt, non semel effundunt ipso vase, sed manu, rara spargunt semina, vt vniuerso aruo occupando sufficiant.

Placide bos. Ἀτρέμας βοῦς. Subaudiendum, incedit, aut simile quippiam. Congruet in illos, qui placide ac paullatim citraque tumultum, sed tamen assiduitate rem conficiunt. Equorum laus est velocitas, Boues non valent celeritate, sed viribus et assiduitate pollent, non impetu; Et bos lassus fortius figit pedem.

Horat. *Cauda equinae pilos paullatim euellere.* Dicitur, qui quod viribus atque impetu fieri nequit, id tempore atque assiduitate conficit.

Tacito pede. Ἡσύχῳ ποδί. Cum cautim ac pedetentim ad rem accedimus. Apud Latinos aliquanto secius vsurpatur, Tacito pede, pro furtim ac clanculum, vt apud Ouid. *Tacitisque senescimus annis.*

Homer. *Non statim decernendum.* Qui significabit interponendam moram, priusquam decernatur, et rem in posterum diem reiiciendam, accommodabit illud Homeri:

Ἀ μ' ἠοῖ φαινομένηφι φρασσόμεθα.

Cele-

Celerius elephanti pariunt. Cunctationem immodicam, et quorumdam nimis lenta molimina, his verbis licebit significare. Porro de elephantorum partu Plautus in Stich: *Audiui saepe hoc vulgo dicier, solere elephantum grauidum perpetuo decem esse annos.* At Aristoteles biennio parere putat, nec saepius quam semel singulos gignere.

Bunas iudex est. Βύνας δικάζει. Vbi lis in longum profertur, nec vmquam explicatur. Paroemia nata a Buna quodam Atheniensi. Cum esset controuersia inter Calydonios et Eleos, vtrique rem ad arbitrium Bunae detulerunt. Conuenerant enim, vt a manibus temperarent, donec ille de negotio pronunciasset. Quod vbi sensisset Bunas, de industria audiebat quidem vtramque partem, caeterum per fictas occasiones rem in longum distulit, nec vmquam de lite voluit pronunciare. Zenod.

Accessaei luna. Ακεσσαία σελήνη. Dictum in compendinarios, qui nouam subinde causam comminiscuntur, quo negotium proferant. A nautae cuiusdam moribus ortum, cui Accessaeo fuerit nomen. Is cum esset ignauus, ita prorogare consueuit nauigationem, vt diceret se lunam magis opportunam exspectare. Diog.

Laconicae lunae. Λακωνικὰς σελήνας. Subaudiendum causaris. De promissis aut pactis incertis atque infirmis dicebatur. Nam, vt aiunt, Lacones, si quando pactum auxilium posceretur, lunas causabantur, atque hoc praetextu suffugiebant, quod (vt testatur Lucianus) legem tulisset Lycurgus, ne praelium inirent, nisi plenilunio.

Machinas post bellum adferre. Τὰς μηχανὰς μετὰ τὸν πόλεμον κομίζειν. Dicebantur, qui peracto negotio, sero adhiberent apparatum. Brutus.

Sero venisti, sed in colonum ito. Οψ' ἦλθες ἀλλὰ γ' εἰς κολωνὸν ἴσθι. Aduersus eos, qui post tem-

tempus aduenirent, aut qui mercede aliquid facerent. Porro colonus est terra editior, in speciem tumuli seu collis. Coloni duo erant Athenis, alter iuxta Neptuni templum, in quem equites conueniebant, alter iuxta templum Vulcani, qui a foro dictus est ἀγοραῖος. Hinc colonetae dicti qui mercede conducerentur, quod illic consisterent, qui conductorem quaerebant.

Quisquis tarde venit ad coenam. Theocritus:

Theocr. *Quisquis vocatus tarde ad coenam venit,*

Aut claudus est, aut non dat ille symbola.

Idem.

An quoquam ad coenam properas conuiua vocatus?

Et addit eos, qui vocati sunt, celerius ire: qui non vocati, tardius.

Coruus aquat. Κόραξ ὑδρεύει. Dici solitum, vbi quis non citra negotium, citraque ingenium consequeretur ea, quae cuperet, aut vbi quis rem nouis artibus tentaret efficere. Ductum ab Apologo de coruo congestis lapillis aquam ex imo fundo in summam vasis oram euocante.

Diog. *Profectus ad Apaturia, rediit Mago.* Ἀπιὼν ἐς ἀπατούρια ἐκάνης ἐς θαργήλια. Dici solitum in eos, qui licentius immorarentur negotio cuipiam. Athenis festum erat quod Apaturia vocabant, id triduo peragebatur. Primum diem appellabant δόρπειαν, propterea quod sub noctem conuenientes, φράτορες conuiuium agerent, secundum appellabant ἀνάῤῥυσιν quod in eo facerent rem diuinam Ioui Phratrio ac Mineruae. Tertium κουρεῶτιν, quod iuuenes ex puellae in gentem transscriberentur. Meminit Suidas copiosius de hoc festo.

Post

Post festum venisti. Κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἥκεις. Diog.
Dicetur in eos, qui negotio cuipiam egregio non interfuerunt. Legitur et hoc pacto: Παναθηναίων πυθίων ὕστερον ἥκεις κατόπιν.

Callippides. Καλλιππίδης. Olim prouerbio dicebatur, qui in moliendis negotiis quum multa se facturum minaretur, nihil tamen conficeret: aut, quem ad modum ait Terentius; qui sedulo mouens sese, nihil promoueret. Callippides histrio fuit. Qui cum mira agilitate in gesticulationibus moueri videretur, a loco tamen non discederet.

Diu delibera. Δηρὸν βούλευε. Non statim aggrediendum negotium. Lente consultandum: at vbi statueris, mature quod opus factu faciendum est.

Annus est. Saeculum est; atque id genus alia. Terent. Terent. *Et nosti mores mulierum, dum comuntur, dum moliuntur, annus est.* Et, *saeculum est, quod nihil abs te redditur litterarum.* Item, *iam dudum aetatem*, pro admodum dudum. Et tempus perlongum huiusmodi significamus.

Sic est ad pugnae partes re peracta veniendum. Iocus erit prouerbialis, vbi quis negotio peracto, tum demum adueniret. Sumtum a Rheseo Thracum duce, quem apud Euripidem obiurgat Hector, quod serius ad belli societatem venisset, anno nimirum decimo.

Ad aras. Ἐπὶ βωμῷ. Equidem opinor perinde valere, quasi dicas: In ipso negotio; iuxta prouerbium, quo vetamur ad aras consultare. Plutarch.

Amaea Azesiam reperit. Ἀμαία τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν. Dici consueuit de re diu multumque quaesita, desiderataque. Cererem appellari Amaeam, Proserpinam, Azesiam, Didymus auctor est. Nota fabula de Proserpina a Plutone abducta ad campos Elysios, et Cerere toto orbe quaerente filiam. Idem.

Ζοφο-

Plutarch. *Ζοφοροδόρπιδες, et ſimilia.* Plutarchus in Sympoſiacis oſtendit, olim cognomina quaedam proverbiali ioco iactata fuiſſe in eos, qui ſerius ad conuiuium accederent. Dictos enim tum κελυνοτοδείπνους tum ζυφοροδόρπιδας tum τρεχεδείπνους. Battus quidam ſcurra conſueuit eos, qui tardius venirent ad conuiuium ἐπιθυμοδείπνους appellare, quaſi dicas, conuiuiorum appetentes, propterea quod cum eſſent occupati negotiis; ob coenarum tamen cupiditatem non excuſarent ſe iis, a quibus rogarentur.

Μελλονικιᾶν. More Niciae cunctari. Nicias traducebatur quod cunctator eſſet in re militari. Hinc μελλονικιᾶν ex μέλλειν, quod eſt cunctari; et νικίας, qui fuit dux Athenienſibus.

Athen. *Hercules hoſpitatur.* Ἡρακλῆς ξενίζεται. Dictitatum, vbi quis diutius in conuiuio commorari videtur, propterea quod, qui recepiſſent Herculem hoſpitio conuiuioque, his multum temporis erat opperiendum, donec ille ſatur eſſet. Nam famelicum commouere parum erat tutum, nec facile ſaturabatur, adeo vt legatur ſolidos boves vno deuoraſſe conuiuio.

Exſpecta bos aliquando herbam. Μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην. Dicendum, vbi quid ſero contingit. Laborat enim bos in agricolando, ſed aliquando guſtaturus herbam enatam. Finitimum illi: *Et adhuc tua meſſis in herba eſt.*

Exſpecta anus. Μένε γραῦ, ἐμόν σε παῖδα φιλήσοντα. Nam priuſquam adoleſcat puer, illa deceſſerit. Confine ſuperiori, *quum ſera ſpes oſtenditur.*

Cicero. *Inter caeſa et porrecta.* Videtur ſignificare cunctationem et ancipitem haeſitantiam, ac velut interuallum illud, inter omittendum quod coeptum eſt, et incipiendum quod nouari oportet. Sumtum eſt autem a priſco auſpiciorum ritu, in quibus inter caeſa et porrecta ſacerdos ceremonias

quaſ-

quasdam peragebat. Hinc extra caesa prorogationem temporis apud veteres significarunt.

Hyperberetaea. Ὑπερβερεταῖα. Dicebatur olim admodum serotina, quaeque vix tandem aduenirent. Apud Macedones extremus anni mensis ὑπερβερεταῖος appellabatur, quem nos octobrem vocamus. Tum sera est aestas, et quae tum proueniunt, post legitimum tempus prouenire videntur.

Quae sero contingunt, sed magnifica. Quoties intelligi volemus famam aut praemium aliquod serius quidem contingere, verum hoc praestantius ac durabilius quo diutius dilatum, vt tarditatem stabilitate, perpetuitateque compenset. Homer. Iliad. 6. **Homer.**

Ὄψιμον ὀψιτέλεστον ὅσ κλέος ὃ ἀπολῆται.

Mysorum vltimus nauigat. Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖν. Prouerbiali ioco dicebatur, qui frustra laboraret, vel vbi dura quaepiam imperarentur, factuque difficilia. Graecis pestilentia laborantibus oraculo responsum est, vt ad vltimum Mysorum nauigarent, qui diu circumacti repererunt Aeolidem in extremis Mysorum esse sitam, eoque numen demigrandum esse monuisse putarunt. Alii scribunt Telepho, post interemtos auunculos, consulenti Pythium, quo gentium sibi demigrandum foret, nam antiquitus mos erat homicidis solum vertere, responsum, vti ad extremam Mysorum regionem sese conferret venisseque in Teuthraniam, quae Mysiae extrema pars, atque eius loci principatum obtinuisse. Sunt qui dicant, hunc non ob caedem auunculorum fugisse, sed vti matrem quaereret, quam in Teuthramia tandem inuenerit.

Interuallo perit fames, et optime perditur. Διὰ μέσα καὶ λιμὸς ἔῤῥει, καὶ κάλλις' ἀπόλλυται. Mora multis rebus adfert remedium.

Sum-

Summis ingredi pedibus. Qui clanculum aut cautim, aut pedetentim, vt aiunt, conantur aliquid, summis pedibus ingredi dicuntur. Traductum a gestu eorum, qui sic ingrediuntur, vt strepitum pedum nemo sentiat, aut qui viae diffisi, cautim et leuiter figunt vestigia.

Plaut. *Pulmo prius venisset.* Dictum est olim in lentos ac cessatores. Opinor quod pulmo, quum perpetuo moueat, numquam tamen se promouet loco.

TEMERITAS.

Plutarch. *Oportet remum ducere qui didicit.* Δεῖ κώπην ἐλαύνειν μαθόντα. Vnumquemque decet eam artem exercere, quam antea doctus sit. Horat.

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.
Indoctusque pilae, disciue trochiue, quiescit.

Idem. *Qui lusus non nouit legem, abstineat.*

Plutarch. *Exitii nulla ratio.* Ὀλέτρȣ ἐδεὶς λόγος. Hoc sentimus, quum imminet nobis fatale exitium, Deum adimere consilium ac rationem. Huic affine est illud Quinctiliani: *Scelera non habere consilium.*

Cicero. *Ne praeceps fueris ad iurandum.* Habebit proverbii speciem, si quis hominem post acceptum malum admoneat. Qui non soluebat illud, quod intra certum tempus se soluturum iurauerat, hunc imperator fustibus castigatum dimitti iussit, et dici προπετῶς μὴ ὄμνυε.

Idem. *Quam quisque nouit artem, in hac se exerceat.* Horatius: *Nauem agere ignarus nauis timet: abrotanum aegro.*

Non audet, nisi qui didicit, dare, quod medicorum est:
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri:
Scribimus indocti doctique poëmata passim.

Coena-

Coenare me doce. Δειπνᾶν με δίδασκε. Tempestiuiter vſurpabitur, ſi quando docere, praeire, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negotii, de quo diſceptatur. Ariſtot.

Non ſuſcipiendum negotium temere. In praepotentem, et cum quo non ſit ſuſcipientia ſimultas, aut lis, niſi magno aliquo praeſidio fulciaris, quadrabit illud Homeri: Homer.

'Ουκ ἄν τίς μιν ἐρυκάκοι ἀντιβολήσας.

Νόσφι θεῶν.

Illotis manibus. Ἀνίπτοις χερσὶν. Pro eo quod eſt, Irreuerenter atque imparate. Diog.

Illotis pedibus ingredi. Ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνειν. Eſt confidenter atque imperite rem egregiam aggredi tamquam profane et irreuerenter. Tranſlatum a ſacrorum caerimoniis, in quibus omnia pura lotaque iubebantur exhiberi. Lucian.

Andabatae. Vox ipſi ἀνδαβάτης indicat fuiſſe quoſdam, qui ſic hoſtem aduerſum inuaſerint, quem ad modum leo pro catulis dimicans, clauſis oculis inſiliit in venantium agmen. Conueniet in eos, qui temere nulloque iudicio inſectantur quippiam aut repugnant alicui. Nonn. Marcel.

Aedilitatem gerit ſine populi ſuffragio. Vbi quis imperioſior eſt in alieno negotio, aut in aedibus alienis. Plaut.

Inſcitia confidentiam parit. Prudentia vero cunctationem. Hieronymus ad Euagrium ita refert. *Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat.* Plinius: *Recta ingenia debilitat verecundia peruerſa, confirmat audacia.* Quinctilianus: *Fortius dicunt, qui minus habent artis; quum interim cordatus orator ac periculum intelligens, initio trepidet.* Et qui minus ſapiunt, minus habent pudoris. Et qui non didicere, quid ſit ſcire, nullius rei ſibi non arrogant ſcientiam. Thucyd.

Tertul. *De caelo ad synagogam.* Suspicor dici solitum, vbi quis demittit sese a summa tranquillitate in summos tumultus, aut vbi quis statim aggreditur negotium.

Theocr. *Ne incalceatus in montes.* Εἰς ὄρος ἀχ' ἕρπεις μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο Βάττε.

Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.

Qui suscipit aliquod vitae genus, armet sese adversus occursura incommoda, ne poeniteat suscepti.

TEMPERANTIA.

Laert. *Zenone moderatior.* Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. Testatur et Laërtius in Zenonis vita, philosophum hunc tum in victu, tum in voluptatibus Veneris vsque adeo patientem ac parcum fuisse, vt crudis duntaxat vesceretur, ac pallio praetenui tegeretur.

Isocrat. *Philosophari.* Qui sententias serias dicunt, Graecis dicuntur φιλοσοφεῖν. Hinc translatum est ad cuiusque rei vehemens ac serium studium. Philosophari, pro temperare affectibus, et aduersus res acerbas infracto esse animo.

TEMPESTIVA.

Diog. *Nunc leguminum messis.* Νῦν ὀσπρίων ἄμητος. *Id est*, nunc tempestiuum, hoc aut illud agere: veluti si quis admoneat iuuenem, nunc adesse tempus parandae gloriae, parandae eruditioni, parandis opibus idoneum. Sumtum a rusticis, qui tum maxime vigilant, nec sinunt illud tempus per otium perire.

Aristoph. *Hernio si in campum.* Κόκκυ, ψωλοὶ πεδίον δέ. Aristophanes in Auibus refert prouerbii loco:

Τᾶν

Τῆτ᾽ ἄῤ ἱκᾶν ἦν τ᾽ ἔπος ἀληθῶς, κόκκυ ψωλοὶ πεδίον δὲ. Quorum verborum sensus est: subaudi, venite, quod haec auis canit paullo ante messem, velut agricolas prouocans ad laborem metendi. Vnde Hesiodus ἦμος κόκκυξ κοκκύζει. Quod autem ψωλοὶ dixit pro agricolis, obiter taxauit Aegyptios, apud quos plerique sunt exsecti, qui omnes ad vocem cuculli coguntur esse in agris, Aristophanis interpres admonet esse prouerbium κόκκυ etc. cum segnes ipsum tempus prouocat ad industriam.

Baeta tum hieme tum aestate bona. Βαίτη καὶ θέρει, καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν. Suidas adscribit, Baetam vestis pelliceae genus, quod ad vtrumque tempus videatur appositum. Nam hieme depellit ventos, aestate solem. Conuenit igitur de re ad multa vsui futura veluti de litteris, quae iuuenes iuxta ac senes ornant: aut Philosophia quae rebus prosperis arcet ab insolentia, in aduersis praestat, ne frangamur animo. **Suidas.**

Cum cessat Boreas. Quo significabant tempus opportunum prosperae nauigationi, propterea quod Auster minus vehemens oritur, desinit autem perquam vehemens. Congruit cum illo; *Cum pluit molendum.*

Nosce tempus. Γνῶθι καιρόν. Hesiodus:

Μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ᾽ ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

Quin Isocrates ad Demonicum scribit, *iniucundum in omni re esse, quidquid intempestiuum sit:* Adeo cunctis in negotiis plurimum habet momenti temporis et opportunitatis obseruatio.

Aliam aetatem, alia decent. Qui iam aliam aetatem significabit, nec idem decere canum, quod iuvenem aliquando decuit, vsurpabit illud Homeri:

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πολιόντε κάρη πολιόντε μένειον.

Capra ad festum. Αἲξ εἰς τὴν ἑορτήν. Dici solitum, vbi quis in tempore ad negotium aliquod accederet, aut vbi quis commode in suam sese offert perniciem. Nam in festis, maxime Bacchi, capram immolabant.

Suidas. *Munus exiguum, sed opportunum.* Cum munus indicabimus pretio quidem perpusillum, sed tamen accipienti pro tempore gratissimum, citabimus illud Homeri: Δόσις δ' ὀλίγη τε, φίλη τε.

Audi Chelidonem. Πίθι χελιδόνος. Id est, In tempore curato tua negotia. Quidam a Theologo quodam ortum autumant, cui nomen Chelidoni. Huic mos erat obseruatis prodigiis colligere rerum exitus. Nonnulli malunt ad auem hirundinem referri, quod stridula sit auis ac lugubris, siue quod veris praenunciet aduentum.

Aristot. *Oleum et salem oportet emere.* Τὸ ἔλαιον καὶ τὸ ἅλα δεῖ ὠνεῖσθαι. Significat opus esse nonnumquam remediis contrariis, nunc acrimonia, nunc lenitudine.

Iouis tergus. Διὸς κῴδιον. De re sordida quidem, sed tamen in vsum aliquem seruata. Nam olim victimae pellem seruabant in pompis Eleusinis circumferendam, vel substernendam pedibus eorum, qui piaculo quopiam tenebantur ad expiationem.

Plaut. *Nihil homini amico est opportuno amicius.* Gratissimum est officium, quod praestatur in tempore. E diuerso, nihil differt ab inimicitia, intestiua beneuolentia.

Polit. *Domi Milesia.* Οἴκοι τὰ Μιλήσια. In eos dici solitum, qui ibi domesticum luxum celebrant, vbi minime probatur. Nam domi liberum est vnicuique suo more viuere. Hospitis autem est, vt eorum, apud quos diuersatur, et cultum et mores tum laudet, tum imitetur, quoad potest: certe sua non iactet, aliena damnans. Suidas hanc refert fabulam. Aristagoras quidam Milesius

ſius Lacedaemonem profectus, poſtulabat, vt Ionibus a Perſis bello vexatis ſuppetias ferrent. Is autem cum in concionem prodiſſet, inſolita apud Lacedaemonios veſtitus mundicie, aliiſque deliciis Ionicis affluens, quidam ex Ephoris cum hoc dicto ſubmonuit, Domi Mileſia.

Phallus Deo. Ὁ Φαλλὸς τῷ Θεῷ. Dici ſolitum, vbi parum quidem honeſta, ſed tamen apta tribuuntur, quaſi dicas: In matellam immeiere. Phallus erat effigies obſcoeni membri virilis. Cur autem id in myſteriis fuerit receptum, cauſam reddit Plutarchus. Plutarch.

Sacra haec non aliter conſtant. Hoc adagio vti licebit, ſi quando fatebimur culpam, ſed quae rei locoue conueniat: veluti ſi quis in balneis agat impudentius, aut ruſticius in naui, aut in compotationibus ebriorum intemperantius, aut inter mulierculas ineptius. Sumtum a ſacris, quae certis quibuſdam ceremoniis peraguntur, de quibus ſi quid demutes, piaculum admiſſum putetur. Auſon.

TENACITAS.

Auarus niſi cum moritur, nihil recte facit. Etenim qui ſe pecuniae ſtudio addixit, nulli commodus eſt dum viuit. Sola mors voluptatem et emolumentum adfert haeredi.

Itidem et Acheronti. Apud Plautum in Trinummo: Amanti repoſcenti, quae dederat, reſpondet ſcortum: *Nam itidem et Acheronti hic ratio accepti ſcribitur. Intro receptum, quando acceptum eſt, non poteſt ferri foras.* Sentit nihilo magis ad amantem redire, quod in meretricis domum eſt datum, quam redeunt ab inferis mortui. Plaut.

TIMIDITAS.

Plato. *Vmbram suam metuere.* Τὴν αὐτοῦ σκιὰν φοβεῖσθαι. Dicuntur, qui pueriliter trepidant, vbi nihil omnino sit periculi. Translatum a melancholicis quibusdam, qui propter oculorum imbecillos spiritus in aëre proximo suam quandam imaginem contemplantes, arbitrantur sese suos videre manes, vel ab his, qui forte conspecta corporis sui vmbra subito expauescunt.

Suidas. *Timidior es prospiciente.* Δειλότερος εἶ τοῦ παρακύπτοντος. Dicitur in hominem supra modum pauidum. Quidam natura timidus audita Herculis fama abdiderat se prae metu in specum quemdam. Deinde cum prospectaret aliquando et Herculem forte praetereuntem vidisset, immodico metu exanimatus est, ac protinus diriguit in saxum versus, quod adhuc visitur, speciе viri, velut a specu prospicientis. Saxum illud vocant τὸν παρακύπτοντα.

Zenod. *Timidior Pisandro.* Δειλότερος Πεισάνδρου. Dicebatur olim et hoc in immodice formidolosos. Aiunt autem Pisandrum fuisse quempiam prodigiosa timiditate, adeo vt anxius esset, ne suam ipsius animam alicubi videret, quae se viuum reliquisset.

Aristoph. *Epeo timidior.* Ἐπειοῦ δειλότερος. De magnopere pauido dicebatur. Ab Epeo quopiam ductum, notae timiditatis homine.

Timidus Plutus. Δειλὸς ὁ Πλοῦτος. Aristophanes vulgo iactatam indicat opulentiae timiditatem, cum ait:

Ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάντες,
Ὡς δειλότατόν ἐστ' ὁ πλοῦτος.

Iuuen. *Paucula si licet portes argenti vasculae pari.*
Nocte iter ingressus, gladium, contumque timebis,

Et

Et motae ad lunam trepidabis arundinis vmbram.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

In Summa: In omni negotio formidolosior est diues quam pauper.

Timidi numquam statuerunt trophaeum. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔ ποτε

Τρόπαιον ἐστήσαντο.

Apte dicetur in eos, qui per animi socordiam, inertiamque nihil egregium, nihil arduum audent aggredi: aut qui periculi metu, a magnis abstinent negotiis: cum insignis gloria non nisi magnis periculis contingat.

Abiecit hastam. *Rhipsaspis.* Qui causae suae diffisus, abiicit animum, ac desinit contra conari. Aristoph. in Vespis: ἀπέβαλε τὸν ἀσπίδα. Declarat et Isocrates, infames olim habitos, qui vel ordinem deseruissent, vel clypeum abiecissent. Aristoph.

Vel muscas metuit praeteruolitantes. Aristot. Ἀλλὰ δεδιότα μὲν τὰς παραπετομένας μυίας. Id est, quamuis friuola de causa. Idem similem quamdam commemorat loquens de iis, qui vsque adeo sunt timidi, vt etiam si forex obstrepat, protinus expauescant.

Rheginis timidior. Ῥηγίνων δειλότερος. Xenarchus apud Zenodotum Sophronis, qui de mensibus scripsit, filius in gratiam Dionysii tyranni, taxauit Rheginenses, vt ignauos in rebus bellicis, animique pauidi. Zenod.

Ante tubam trepidas. *Id est*, Animo consternaris, priusquam appareat periculum. Ab ignavis militibus sumtum, qui pauitant, priusquam bellicum canatur.

Ignaui vertitur color. Τοῦ κακοῦ τρέπεται χρώς. Nam id accidit in metu, vt vultus exalbescat, maxime timidis, videlicet sanguine ad vitalia refugiente. Plutarch.

In pulicis morsu Deum invocat. Ἐν ψύλλης δήξει Θεὸν ἐπικαλεῖται. In eos dictum, qui quantumlibet leui de re grauiter perturbantur, perinde vt in maxima. Tractum ab apologo aesopico. Quidam offensus dolore pulicis, pedem mordentis, subsedit et Herculem ἀλεξίκακον implorauit. Mox desiliente pulice male precatus est Herculi, qui cum in tantillo periculo vocatus non tulisset opem, non videri verisimile, eum in grauioribus adfuturum.

Mulier Imperator, et mulier miles. Γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρατεύεται. Quoties totum negotium ignauis et formidolosis commissum est. *Natura non dedit imperare feminis.*

Ceruinus vir. Ἐλάφειος ἀνήρ. Olim dicebatur formidolosus, et fugae fidens magis, quam viribus. Ceruus in venatu pedibus sibi quaerit salutem.

Gallus insilit. Ἀλεκτρυὼν ἐπιπηδᾷ. Vbi quis semel victus, redintegrat certamen: A gallorum certaminibus sumtum, qui ad pugnam assiliunt. Nam is huic animanti mos est, vt ad pugnam assiliat, quo magis laedat calcaribus suis, in hunc vsum a natura affixis.

Vir fugiens et denuo pugnabit. Ἀνὴρ ὁ φεύγων, καὶ πάλιν μαχήσεται. Senarius prouerbialis, quo monemur non protinus abiicere animum, si quid parum feliciter successerit.

Leonis vestigia quaeris. Τοῦ λέοντος ἴχνη ζητεῖς. Venator quidam pastorem obuium rogauerat, nuncubi leonem vidisset, vt eum sibi commonstraret. Respondit pastor: Equidem tibi leonis vestigia mox ostendero neque enim procul absunt. Tum ille: satis est, neque enim vltra quidquam requiro.

Eustat. *Initio confidens, in facto timidus.* Audax ante negotium plerumque ignauus. Videmus hoc vsu venire vulgo, vt qui sunt audacissimi et magnilo-

gniloquentissimi, priusquam appareat periculum, vbi res virum postulat, ibi sint animi nullius.

Lingua bellare. Γλώττῃ πολεμίζειν. Dicuntur, qui magnifice conuiciantur ac minantur hosti, sed cum tutum est.

Cum adsit vrsus, vestigia quaeris. Ἄρκτου παρούσης τὰ ἴχνη ζητεῖς. De iis dicitur, qui timiditate praesens negotium declinant, atque ad alias nugas dilabuntur. Translatum a formidolosis venatoribus, qui se dissimulant sensisse vrsum et vestigia persequi fingunt, quo absint a periculo.

Cum adsit via, semitam quaeris. Ὁδοῦ παρούσης τὴν ἀτραπὸν ζητεῖς. Conueniet in tergiuersatores, qui quo praesens negotium suffugiant, diuerticula captant.

In formidolosum. In hominem vehementer pauidum, animoque consternatum, quadrabunt hi versus Homeri: Homer.

Οὐδέ μοι ἦτορ
Ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι, κραδίη δέ μοι ἔξω,
Στηθέων ἐκθρώσκει, τρομέει δ', ὑποφαίδιμα γυῖα.

In fugitiuum. Vbi quis impotenti animi cupiditate ad rem quampiam instigatur, praecipue parum honestam: vel magis, si quis turpiter fugiat, in hunc quadrabit si dixeris: Τοῦτον ἡ κυνάμυια ἄγει. Cynamia est musca canina. Idem.

Ne my quidem facere audet. Qui metu non auderent hiscere, ii quondam negabantur my facere audere. Varro putat mussare verbum deductum a my litterae vocabulo, quasi μύζειν, propterea, quod muti non amplius sonare queant, quam my. Est enim ea littera maxime omnium muta praesertim in fine; os mire contrahens et occludens.

Γρύζειν. Prouerbio dicunt hiscere, seu mutire. Sunt qui putant γρύζειν esse, vocem suillam edere.

Simon. *Corinthiis non indignatur Ilium.* Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ ἴλιον. Hoc carmine exprobramus ignauiam alicui, qui ita se gesserit, vt hostes nihil habeant, quod illi magnopere indignentur. Est carmen Simonidis, quod velut in contumeliam suam scriptum, iniquo animo tulisse Corinthios, quod in bello traiano non admodum egregiam operam nauasse viderentur.

Homer. *Verbis pugnas, non re.* Facile est conuiciis altercari, verum re vincere difficile. Ad eam sententiam quadrabit illud Homeri:

Ἐπεὶ σάφα οἶδα καὶ αὐτὸς,

Ἠ μὲν κερτομίας ἠ δ' αἴσυλα μυθήσασθαι.

Λευκηπατίας. Olim appellabatur formidolosus. Videtur autem composita vox ἀπὸ τοῦ λευκοῦ καὶ ἧπαρ, quod palleant plerumque, quibus epar est vitiatum, id quod apparet in animantibus. Pallor autem formidolosis conuenit.

In pedes retrocedit. Ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ. De eo, qui metu dat locum potentiori, et reuocat se intutum. Ab Athletis sumtum videtur.

Aristot. *Mysorum praeda*, Μυσῶν λεία. In eos olim dicebatur, qui impune a quibuslibet laeduntur ac diripiuntur. Ortum a Mysis, quos aiunt quondam finitimorum incursationibus male vexatos fuisse, et veterem ferendo iniuriam inuitasse novam, quo tempore Telephus rex peregre agebat.

Homer. *Animus in pedes decidit.* Qui vehementer consternantur, atque expauescunt, iis animus in pedes decidere dicitur. Quin hodie vulgo audimus: Totus animus mihi erat in genibus. Hom. Iliad. ο.

Τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός.

Tre-

Trepidat in morem galli cuiuspiam. Πτήσσει ὥς τις ἀλέκτωρ. In male affectum et commotum, aut pauitantem. Gallus quamquam natura pugnax est animal, tamen vbi se sentit imparem in conflictu, mire deiectus ac supplex profugit, risum praebens spectatoribus. Πτήσσειν fugitare significat, atque expauescere; peculiariter de auibus dicitur. Aristoph.

Quem mater amictum dedit, obseruare. Pro eo quod est, pueriliter ex alieno praescripto viuere. Quinct.

Nulla candidorum virorum vtilitas. In molles et effeminatos dictum, ac veluti voluptatibus natos. Contra qui nigra sunt cute et hispidi, hi magis ad magistratum eligendi.

Theutidum more. Quidam Theutidas putant esse, quas nos vocamus sepias. Sepia autem de genere mollium est, et arbitror huic generi cor non inesse. Plutarch.

Scrupulum iniicere. Sollicitudinem iniicere animo cuiuspiam. Et scrupulum eximere, est sollicitudinem tollere.

Non incedit per ignem. Quo significabant aliquem plus satis festinare. Qui versatur in re periculosa, dicitur et ipse per ignem incedere.

Domi leones. De iis dicitur qui in suos saeui, non itidem audent aduersus inimicos.

TOLERANTIA.

Chalcenterus. Χαλκέντερος. Olim dicebatur insigniter patiens laborum, atque indefatigabilis, velut habens aenea intestina, qualem fabulae narrant fuisse Talo, custodem insulae Cretae. Hoc cognomen inditum est Didymo Grammatico, ob incredibilem numerum librorum, quos scripsit. Eadem de causa Origenes dictus est adamantinus, id est, infatigabilis.

Socra-

Socratis callus. Socrates corporis erat patientiſſimi, quod ad omnem laborem occaluerat: ambulabat nudis pedibus, dormiebat humi.

Adamantinus. Vide *Fortitudo.*

TORVITAS.

Ariſtot. *Origanum tueri.* Ὀρίγανον βλέπειν. Dicebantur, qui robur et maſculum animum prae ſe ferebant. Suidas refert hoc carmen ex Ariſtophane: *Praebebo me ipſum animo virilem, ac tuentem origanum.* Sumtum ab acrimonia herbae, vt reſpondeat illis alibi dictis: *Tueri ſinapi aut naſturtium.*

Titanicus aſpectus. Τιτανῶδες βλέπειν. Hoc eſt, vultu titanico obtueri. Titanicum autem torvum vocant ac tetricum, quales veteres fuere Titanes.

Areopagita. De triſti ſeueroque dicebatur, aut etiam de iudice vehementer corrupto.

Martem tueri. De toruo aſpectu.

Γοργὸν βλέπειν. Eſt aliquoties apud Lucianum, pro acribus oculis intueri. Sumtum e fabula Perſei.

TOTVM, VT NIHIL RELIQVI.

Zenod. *Omnia chnaumata.* Πάντα χναύματα. Dicebant olim, quoties omne negotium ſignificabant; χναύματα enim Graeci placentarum, atque id genus ciborum fragmina vocant. Latini quoque reliquias belli et reliquias Danaum dicunt ſimili figura.

Plaut. *Cum puluiſculo.* Quoties omnia ſic tolluntur, vt nihil ſit reliqui, ne puluis quidem. Metaphora

phora mutuo sumta ab iis, qui frumentum ab area conuerrunt, non sine puluere. Plautus in Ruden. *Conuerret hic iam me totum cum puluisculo.* Eodem pertinet Euangelicum illud, quo iubentur etiam puluerem excutere Apostoli, id est, ne minimum quidem ab eis auferre secum.

Vna cum ipsis manipulis. Ἀυταῖς ἀμάλαις. Quum omnia funditus pereunt: hoc est, quum ne gluma quidem sit reliquum. Natum a rusticis. Suidas.

Vna cum templis et aris. Plutarchus significat, antiquitus fuisse morem, vt quoties vnicuipiam deo res diuina fieret, omnibus simul vota fierent, videlicet ne Calydonii suis tragoedia renouaretur. Inuocantes deos addebant haec verba ceu solennia, ἅμα σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς. Prouerbio dici solitum, quum nihil omnino praetermissum volebant.

Ruta caesa. Verba sunt peculiari Iurisconsultis. Abunde patet ex Pandectarum lib. 19. tit. 1. lege 18. §. 6. *Si ruta,* inquit Vlpianus, *caesa excipiantur in venditione, ea placuit esse rutae, quae eruta sunt, vt arena et similia: caesa ea esse, vt arbores caesas, et carbones, et his similia.* Et quum significabimus inclementius tolli omnia, neque quidquam fieri reliqui, venuste dicemus: *Ne rutis quidem ac caesis receptis,* vt Iureconsultorum more loquar. Plutarch.

Cum ramento. Reddidisse dicitur, qui totum reddidit nulla ex parte decurtatum. Sumtum apparet a fabris aerariis, qui sibi seruant, quod lima deraserint. Vlpian.

Et praedam et praemium. Quoties significamus omnino quippiam auferendum, siue iure siue iniuria, dicemus et praemium et praedam auferendam.

dam. Praemium datur pro meritis: Praeda per vim aut arte abducitur.

Plat. *Principium, medium, et finis.* Plato refert hoc quasi vulgo decantatum: Deum vniuersitatem rerum omnium complecti, hoc est principium, medium et finem. Ab illo enim omnium quae sunt, initium, incrementum, et summa est.

TVMVLTVS.

Festus Pomp. *Tyria maria.* Tyria maria prouerbio dicebantur de re magnopere tumultuosa periculique plena. Festus Pompeius inde natum adagium indicat: Poeni Tyro oriundi, adeo potentes mari fuerunt, vt per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa, citatque Afranium, qui scripsit de quopiam, quod Tyria maria concitet, hoc est, ingentes turbas.

VANITAS.

Aristoph. *Quae apud inferos.* Τὰ ἐν ᾅδῃ. Citat Suidae interpres Aristarchum auctorem; idque inde natum putat, quod Cratinus finxerit quemdam apud inferos funem torquentem, asinum autem arrodentem ea, quae ille iam torsisset, atque ita inaniter laborare, qui torquebat. Vnde cum inania somniique similia significamus, apte dicemus adagium.

Aristoph. *Deinde expergiscebar.* Εἶτα ἐξηγρόμην. Hoc dicto significabant vana fuisse quae dicerentur. Hic iocus prouerbialis etiam hodiernis temporibus familiaris est vulgo, quoties, quae memorantur, vana somniisque similia videntur. Bacchus apud Herculem iactabat, se naualem exercuisse pugnam, et hostium naues tredecim mersisse. Herculi id non verisimile videbatur, Bacchum imbellem et deliciis effeminatum deum gnauiter in bello gessisse

ſiſſe ſeſe, par iocum ſubiecit ea verba: quamquam hic ſermo a nonnullis non ad Herculem, ſed ad Xanthiam refertur, a nonnullis ad ipſum Bacchum, vt ſignificarit, ſe dedita opera mentitum fuiſſe, quae narrarat.

Cilix haud facile verum dicit. Κίλιξ οὐ ῥαδίως ἀληθεύει. Quadrabit in hominem auidum lucri, et ob id ſaepenumero dicentem, non quae vera ſint, ſed quae vtilia. Natum adagium a moribus eius gentis. Dionyſ.

Cretiza cum Cretenſi. Πρὸς κρῆτα κρητίζειν. Adverſus mendacem mendaciis vtere, Paullus.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Cretenſium vanitas de Iouis apud ſe ſepulcro in ultaque id genus mentientium in vulgi fabulam abierit. Suidas aliam adagionis cauſam indicans, ſcribit, Idomeneum Cretenſem, cum illi negotium eſſet datum, vt aes Laphyrorum Graecis diſtribueret, ſibi partem longe optimam delegiſſe.

Mentiuntur multa cantores. Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, et auribus blandiuntur. Inde ductum, quod cantores, hoc modo ſpectantes, vt delectent et placeant, pleraque canunt in laudem auditorum falſa. Nihil enim veritate grauius, nihil aſſentatione ſuauius.

Fumos vendere. Pro eo quod eſt, principum beneuolentiam ſimulato commendationis officio per occaſionem familiaritatis pretio vendere. Nam fumus initio quidem magnum quiddam eſſe videtur, verum euaneſcit ilico. Martialis carmen hoc eſt: Martial.

Vendere nec vanos circum palatia fumos,

Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Somnium. Rem futilem, inanem, et nihili, ſomnium prouerbio dicimus. Terentius in Adelph. *De argento ſomnium.* Lucian. *Omnia illa* Terent.

ſub-

subuentanea, *somnia*, *sicut aiunt*, *et verborum vmbra.* Plautus: *Hic vigilans somniat.*

Alciph. *Ne si bos quidem vocem edat.* Hinc dictum est, quod in Annalibus frequenter commemoratur, bouem humanam vocem reddidisse. Memini legere, ni fallor, apud Platonem non dissimili figura dictum: *Etiamsi quercus eloqueretur.* Nam olim a quercubus Dodonaeis reddebantur oracula.

Hieron. *Hiberae Naeniae.* Hiberas Naenias D. Hieronymus nugas, portenta ac monstra appellat. Hiberi, teste Horatio, maleficiorum infamia laborabant.

Aristoph. *Epiphyllides.* Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα. Eum senarium Aristophanicum aiunt conuenire in blandiloquos, et phaleris verborum instructos magis, quam egregiis factis. Callistratus omnes minutulos racemulos epiphillidas appellari scribit, quod sub pampinis lateant. Nam hinc nomen, quod foliis adhaereant. Est autem id luxuriantis arboris argumentum.

Tantali horti. Ταντάλου κῆποι. *Id est*, De bonis, quibus tamen frui non liceat, aut de iis quae videantur aliquid esse, cum nihil sint. Nota est fabula de Tantalo, apud inferos ad aquam stante, deque pomis in capite imminentibus, cum sitiens interim atque esuriens, neutra possit contingere.

Diog. *Apologus Alcinoi.* De longis et anilibus fabulamentis. Refertur a Diogeniano. Vlysses in conuiuio Alcinoi Phaeacum regis prodigiosas et deridiculas narrabat fabulas, et portentosa mendacia, de Lotophagis, Lestrygonibus, Circe, Cyclopibus et aliis plurimis miraculis, fretus Phaeacum inscitia et barbarie.

Plato. *Anicularum deliramenta.* Γραῶν ὕθλος. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire vetulae.

Suidas. *Asini mortes.* Ὄνου θανάτους. Subaudiendum, narrat. Dicebatur in eos, qui narrarent absurda ridi-

ridiculaque dictu: cuiusque fuerit, si quis longa narratione persequatur asini pericula.

Subuentanea parit. Ὑπηνέμια τίκτει. De vanis ac friuolis inuentis. Translatum ab auibus, quae Veneris imaginatione concipiunt oua, sed inania, hoc est, vnde non gignantur foetus. Hos conceptus potissimum accidere in his auibus, quae sint neque volaces neque aduncis vnguibus, cuiusmodi sunt perdix, gallina, quod excremento magis abundant. Hae bestiae nec salaces sunt nec foecundae, quod in his excrementi seminalis pars in pennas et vngues abit. Concipiuntur huiusmodi foetus aliquoties audita maris voce, sicuti fit in perdicibus, aliquoties ex affrictu pulueris, aliquoties feminis ob inopiam maris inter se salientibus. Vocantur ea oua ζεφύρια, a vento fauonio.

Cyparissi fructus. Κυπαρίττου καρπός. De verbis dictu magnificis, caeterum inutilibus. Proverbium fluxit a natura arboris, quam Plinius scribit *natu morosam esse, fructu superuacaneam, baccis toruam, foliis amaram, odore violentam, ac ne vmbra quidem gratiosam.* Plinius.

Caecum insomnium. Τυφλὸν ὄνειρον. De re friuola vanaque. Quaedam enim insomnia portendunt aliqua, quaedam inania sunt. Plaut.

Calidum mendacium. Θερμὸν ὄργον, pro audaci dicitur. Simili figura calidum mendacium, pro audaci et impudenti. Plautus in Mustellaria: *Calidum hercle audiui esse optimum mendacium.* Aut non est mentiendum, aut fortiter est mentiendum, alioqui mox deprehenditur, qui verecunde mentitur.

Psydracia. Scholiastes Theocriti narrat, apud Siculos, qui supra nares haberent pustulas, quas illi vocant ψυδράκια, siue ἴονθους, pro mendaci-

dacibus haberi solitos vulgo. Quin et hodie vulgo dicent: *Nasus tuus arguit mihi te mentiri.*

Plutarch. *Dosones.* Plutarchus in vita Pauli Aemilii tradit Antigonum regem Demetrii nepotem, eo quod benigne promitteret omnibus, nec praestaret promissa, populari ioco dictum fuisse Dosonem, quasi latine dicas dabonem, quia ille quidvis petentibus respondere solebat, δώσω, id est, dabo. Ouid *Promittas facito, quid enim promittere laedit? Promissis diues quilibet esse potest.*

VENEFICIA.

Manci pera. Narrant locum fuisse vicinum Hymetto, cui nomen fuerit κυλλᾶ πήρα, *Claudi mantica*, in eo fuisse templum simulque fontem, vnde feminae steriles bibebant, et fiebant foecundae. Conueniet in eos, qui bulbis aliisue medicamentis irritant libidinem. Quidam elleboro succurrunt ingenio, et quibusdam medicaminibus memoriae.

VICES OFFICII.

Plutarch. Εγκεῶτις ἡμέρα. Plutarch. tradit, hoc dici solitum de his, qui conuiuium agunt aut exhibent; idque inde manasse, quod olim apud Ceos mos fuerit, vt, qui magistratum inirent, epulum exhiberent populo. Quod si quando plures fuissent magistratus, dies inter sese distribuebant. Itaque quum sibi occurrerent, rogabant: τίς ἡμέρα? Ea vox in vulgi iocum cessit. Videtur vox ἐγκεῶτις data opera ridicule conflata ex his verbis, ἐν Κείῳ τις.

Ordinem deserere. Λιπεῖν τὴν τάξιν. Dicitur, qui deest officio suo in re quapiam peragenda. Ducta allegoria ab his, qui stant in acie. Nam poena

poena capitalis erat, qui locum ab imperatore datum deseruisset.

Pensum persoluere. Est, suas implere partes, debitoque perfungi officio. Translatum a lanificio muliebri, in quo singulis certum lanae pondus, in opus distribuebatur. Varro: *Nos nostrum pensum absoluimus.* Plaut.

Contribulis factus, serua ordinem. Posteaquam ascitus es in ordinem aliquem, fungere tuo officio, quem ad modum et caeteri faciunt. Natum a tribubus atheniensium. Populus Atheniensis distributus erat in tribus duodecim ad mensium numerum, rursum vnaquaeque tribus in triginta genera, quem ad modum vocant, ad dierum vnde γεννητοὶ vocabantur, non coniuncti sanguinis propinquitate, sed in eamdem tribus partem asciti.

VICTORIA VTRIVSQVE TRISTIS.

Flet victus, victor interiit. Quoties vtraque pars magno suo malo discedit, ita vt plerumque solet in bellis accidere. Item, in litibus forensibus, in contentionibus.

Testa collisa testae. Cum duo confligantur Aristoph. vtriusque malo. Aristoph.

Καὶ πίθος πληγεὶς ὑπ' ὀργῆς ἀντιλάκτισειν πίθῳ.

Talis est fere conflictatio regum inter se belligerantium, qualis ollae cum olla collisio. Nonnunquam perit vterque.

Victoria non incruenta. Facit hoc tum corruptela iudicum, tum patronorum rapacitas, vt fere litigantium vtraeque partes plectantur, adeo vt non raro poeniteat etiam eum, qui vicit litem. In hos igitur conueniet illud Homeri ex Iliad. ε. Homer.

Οὐδ' οἱ γὰρ ἀναιμωτί γ' ἐμάχοντο.

VINCERE ET VINCI.

Palmam ferre. Palmam ferre, et palmam tribuere, et palmam eripere prouerbiali ſchemate dicta ſunt. Neque enim palma per ſe victoriam ſignificat, ſed arborem ἱμπεδόφυλλον, quam Graeci φοίνικα vocant. Cur autem ab hac potiſſimum ſumta ſit metaphora, illud arbitror in cauſa fuiſſe, quod haec vna fuerit communis omnium ſacrorum certaminum corona, cum alioqui ſinguli ludi peculiares quaſdam arbores aut herbas haberent, quibus victores inſigniebantur. Sunt qui putent, hanc arborem initio Phoebo ſacram fuiſſe ante laurum, et antiquiſſimum victoris inſigne fuiſſe palmam, non aliam quampiam arborem. Quam ob rem autem haec arbor potiſſimum delecta ſit ad eum vſum ab antiquis, A. Gellius cauſam reddit, ſcribens, arbori palmae peculiare quiddam ineſſe, quod cum ingenio fortium virorum conueniat. Nam ſi ſuper eius lignum magna pondera imponas, actam grauiter vrgeas, onereſque, vt magnitudo oneris ſuſtineri non queat, non deorſum palma cedit, nec infra flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, et ſurſum nititur, recuruaturque.

Solus currens vicit. Μόνος θέων ἐκράτει. De iis, qui vincunt, nemine contra certante. Tranſlatum a ſtadiis. Nihil autem eſt negotii vincere, ſi nemo tecum certet.

Horat. *Extremum occupet ſcabies.* Olim pueri curſu certantes ita clamare ſolebant: adhortantes hac voce ſingulos ad curſum, ac male precantes ei, qui fuerit omnium poſtremus. Horat.

Occupet extremum ſcabies, mihi turpe relinqui eſt.

Inuul-

Inuulnerabilis vt Caeneus. Ἄτρωτος ὑπάρχεις ὡς καινεύς. De his, qui laedi non possunt. Est in poetarum fabulis, Caeneum munere Neptuni nullo telo violari potuisse. Iuxta fidem historiae Caeneum Thessalum quemdam fuisse aiunt, rei bellicae in primis peritum, qui cum multis interfuisset praeliis, numquam vulnus acceperit. Solus autem, cum Lapithis aduersus Centauros auxilium ferret, deprehensus, ab hostium multitudine obrutus, et citra corporis vulnus exstinctus est. Inde rumor ortus Caeneum in omni vita inuulnerabilem fuisse.

Αὐτόθεν καταβάλλει. Vsus erit quoties statim et absque mora iubemus aliquid exhiberi, veluti probationem eius quod dixerit aliquis vel promissum, vel specimen artis in qua glorietur sese pollere. Vsurpatur et apud Platonem. Sumtum a victoribus, qui vetant, ne victus aliquo discedat, sed inibi porrigat herbam, et victorem agnoscat, ac victoriae praemium persoluat. Aristid.

Dare manus. Est se victum agnoscere. Nam qui se victori dedunt, ne interimantur, vltro manus ad vincula offerunt. Cicero.

Herbam dare. Est victorem agnoscere, ac se victum fateri. Inde sumtum, quod, vt auctor est Festus Pompeius, id erat pastoralis vitae indicium, propterea quod antiquitus cursu, aut alio quopiam certamine superati, herbam ex eodem statim loco decerptam aduersario porrigebant, victoriae agnitae symbolum. Fest. Pomp.

Arena cedere. Pro desistere a certamine; et victoriam vltro concedere. Translatum a pugna gladiatoria. Sic et Horat. *Iam Scythae laxo meditantur arcu Cedere campis.*

Hastam abiicere. Est causae diffidere, et contentionem relinquere. Translatum a militia. Desperat, quisquis arma in bello abiicit, et aut fugam spectat, aut mortem exspectat. Cicero.

Plaut. *Mea est pila. Id est*, Vici, et voti sum compos, aut res mihi in manu est. Sumtum a notissimo pilae ludo, cum multis insequentibus vnus aliquis praestantior occupat. Consimili figura dixit Plautus in Cassina: *Sed si hera nunc vult facere officium suum, nostra omnis lis est*, traducta metaphora a iudiciis.

Quid nisi victis dolor. Vsurpandum, vbi palam fit in contumeliam quippiam. Huc allusisse videtur Plautinus Bullo: *Vae victis, cum victus vel iniquis conditionibus parere cogitur.* Sumtum a dicto Brenni palam illudentis Romanos in appendendo auro, quod stipulatus fuerat ab illis, desperantibus auxilium, vt e Romanis finibus abduceret Gallorum exercitum.

Plutarch. *Victi non audent hiscere.* Νικώμενοι ἄνδρες τῇ ἀγρυξίᾳ δέδενται. Conueniet cum superiori.

Tolle digitum. Αἶρε δάκτυλον. Victum te fatere. Nam hoc signo qui in conflictu succubuisset, τὸν ἧττον agnoscebat. Persius:

Nil tibi concessit ratio? digitum exsere, peccas.

Hieronymus: *En tollo manum, cedo, vicisti.* Digitum tollere est gestus comprobantis, aut se profitentis emtorem siue conductorem. Ferebantur et hoc pacto suffragia.

VINCVLVM INSOLVBILE.

Suidas. *Vulcanium vinculum.* Ἡφαίστιος δεσμός. Vbi quis nodis inextricabilibus esset illigatus, Vulcaniis vinculis teneri dicebatur: sumta denominatione ab adamantinis illis vinculis, quibus apud Homerum Vulcanus Venerem et Martem irretiuit: vt quo magis se conarentur explicare, hoc magis inuoluerentur.

Seneca. *Herculanus nodus.* Ἡράκλειον ἅμμα. Pro vinculo arctissimo atque indissolubili legitur apud eru-

eruditos, Seneca ad Lucilium: *Vnus tibi nodus, sed Herculeus, restat.* Sic enim vocat syllogismum, qui vix dissolui posset. Quod in eos quadrabit, qui sunt arctissima consuetudine copulati. Id vnde sit natum, Plutarchus propemodum indicat. Scribit enim, Alexandrum M. subacto oppido Gordio, Midae regia, visere voluisse plaustrum illud celebre, mirando artificio ex corni libro connexum, de quo talis fama apud barbaros increbuerat, vt quisquis eius nodos explicuisset, ei totius orbis imperium portendi fatis. Alexander ense dissecuit. Aristobulus scribit enim facilime dissoluisse, nempe ademto clauo, quo temoni iugum annectitur. Nodum autem eum, quem ostendit Hercules, religiosum ac sacrum apud priscos fuisse, satis liquet ex his Plinii verbis; ac vulnera nodo Herculis praeligare, mirum quantum ocior medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo, vim quamdam vtilem habere dicuntur. Festus Pompeius ostendit antiquitus fuisse morem, vt noua nupta laneo cingulo praecingerentur, vincto nodo Herculis, quem vir ominis gratia soluebat in lecto, vt et ipse felix esset in liberis suscipiendis. Nam Hercules septuaginta liberos reliquit.

VIS INIVSTA.

Leonis catulum ne alas. Λέοντος σκύμνον μὴ τρέφε. Admonet adagium, non esse fouendam potentiam, quae leges possit opprimere, quod si forte talis quispiam exstiterit, non esse e Republica, decertare cum illo, quem nequeas nisi magno Reipub. malo deuincere. Tyrannus aut ferendus est, aut non recipiendus.

Lex in manibus. Ἐν χειρῶν νόμῳ. Dicitur, cum res vi geritur, non ex praescripto legum.

Leonina societas. Est, cum omne commodum ad vnum aliquem redit, reliquis vi fraudatis.

Natum apparet ex Aesopi Graeci apologo, de leone, asino, et vulpe.

Aristot. *Atticus aduena.* Ἀττικὸς πάροικος. In violentos et feroces vicinos dicebatur. Durys apud Zenodotum ait, ex Atticorum moribus natum, quod olim finitimos e sedibus suis exigere consueuerint. Craterus inde manasse putat, quod Athenienses, qui Samum missi fuerant, indigenas expulerint. Perinde proprie quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod asciti sunt, vt superiores eiiciant.

Ferro diuidere. In hos, qui vi rem gerunt, et quibus ferro geritur res, et quibus leges inter arma silent. Huic simile est: *Ius in manu reponere.*

Ad saga ire. Pro eo quod est, apparare bellum, et ad arma procurrere. Signum tunicula erat militaris.

Aeschin. *Capillis trahere.* Τῶν τριχῶν ἕλκειν. Dicuntur, qui perpellunt. Quod et hodie dicitur, Auribus trahere.

Aristot. *Cyclopum more.* Aristoteles Cyclopicam vitam appellat, vbi nullis publicis legibus viuitur. Cyclopes sparsim habitare feruntur in montibus, nulla specie vitae ciuilis, sed in suo quisque antro facit, quod habet.

Obtorto collo trahi. Vide *Rigor.*

Plaut. *Oculum excludere.* Hac figura vulgus adimit omnem spem petenti, vt dicat, *Si hoc impetraueris, oculum mihi excludito*, *aut dentem extundito.*

Aristoph. *Centaurice.* Κενταυρικῶς. Fieri dicebatur, quod immaniter, ferociter, inciuiliterue fieret, sumta voce a Centaurorum moribus, Aristophanes:

Suidas. Τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν ὡς κενταυρικῶς;

Mars rex. Ἄρης τύραννος. In principem, qui vi, non legibus Rempub. tractat. Sunt qui dicant hoc natum a Persis, quis imperabat Timotheus, qui quoniam atheniensium rempublicam, diuti-

diutina rerum omnium prosperitate tuebatur, Mars rex appellatus est.

Rus ciuitas. Ἀγρὸς ἡ πόλις. Vbi quis in vrbe, neglectis legibus, vi, proque sua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex aequo viuitur, in agris licentius agitur. Quadrabit etiam in ciuitatem, in qua legum non magnus habetur respectus. Diog.

Hospes indigenam. Ἔπηλυς τὸν ἔνοικον. Subaudiendum, ἐξέβαλεν. Vsus erit, cum alienae pro fessionis quispiam alium in propria vincit arte.

Ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω. Admonet, inquum non admittendum. Vnde Lycurgus arithmeticen ceu popularem ac turbulentam, eiecit e Lacedaemone, geometriam induxit, tamquam modestae oligarchiae et legitimo regno conuenientem. Musica et Geometria erant apud veteres prima Philosophiae rudimenta. His qui non essent initiati, non admittebantur in scholam Platonis, cuius haec erat inscriptio: ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω. Aristot.

Priusquam sortiaris, communia deuoras. Πρὶν λαχεῖν, τὰ κοινὰ κατεσθίεις. In eum competit, qui non exspectata partitione, rem inuadit. Metaphora sumta a conuiuiis, in quibus mos erat e cibis suam cuique portionem distribuere, deinde receptum apud nonnullos, vt citra distributionem propositis in commune cibis, quisque quantum vellet, sumeret.

Non mouenda moues. Ἀκίνητα κινεῖς. Quadrabit aut in eos qui moliuntur ἀδύνατον aliquid: aut qui res sacras violant: aut qui pacta mutant, siue qui conuiciis incessunt eos, quibus ob auctoritatem debetur reuerentia. Zenodotus inde natum putat, quod fas non sit mouere neque aras, neque sepulcra, neque sacella, quibus reuerentia quaedam ac religio debetur. Plutarchus scribit hanc vocem editam cuidam euocanti manes amici

 defun-

defuncti. Idem vsurpat in eum, qui receptam de iis opinionem conuellere videbatur. Meminit huius Plato, proferens legem, quam Iouis terminalis appellat, ne quis vicini ciuis, aut hospitis, limites agrorum moueat, ne quis item vrbis, aut regionis pomoeria moueat, malitque quisque saxum ingens mouere, quam exiguum lapidem foedere iureque iurando fixum.

Plutarch. *In antrum haud legitimum stimulum impingis.* Ἐς τρυμαλιὴν οὐχ᾽ ὁσίην τὸ κέντρον ὠθεῖς. Dicterium Sotadis in Philadelphum, qui sororem Arsinoen exemplo Iouis vxorem duxerat: quo quidem dicto offensus ille, capitis supplicium sumsit.

Homer. *Abstinenda vis a regibus*: Qui dicet haud temere manum immittendam in reges potentes aut viros Deo dicatos, adducet illud Homeri: Δεινὸν δὲ γένος βασιλήϊον ἐςὶ Κτείνειν.

Zenod. *Cescon habitas.* Κέσκον οἰκεῖς. In stupidum ac bardum dicebatur. Cescos Pamphiliae ciuitas, cuius ciues ob vecordiam stultitiamque vulgo male audiebant. Iuxta Cescum vrbem fluuius erat, cui nomen ἄνυς, *Id est*, amens. Quadrabit et in coetum aut conciliabulum hominum stultorum.

Strabo. *Cyclopica vita.* Βίος κυκλώπειος. Pro vita vehementer effera ac barbara; quae neque legibus, neque disciplina ciuili constet, neque religione deorum gubernetur.

Cyrnia terra. Κυρνία γῆ. Dicebatur regio latrociniis infamis. Cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrnum. Et autem Cyrnus insula quaedam ob latrocinia nauigantibus inaccessa. Prouerbium non inepte detorquebitur in hominem alieni rapacem ac violentum.

Martis campus. Ἄρεος πεδίον. In eos torquebatur, qui militari confidentia praediti viderentur, quique rem vi, non iudicio gererent. Non doctis dictis, sed pugnis, et improbis clamoribus,

bus, cum ius eſt in armis. Graeci id, in quo quis valet, campum illius vocant.

In caput praecipitari. Ἐπὶ κεφαλὴν ὠθᾶσθαι. Praecipitem dari, dicebant eum, qui per ſummam contumeliam expelleretur, vel qui funditus perderetur.

VITA HOMINIS MISERA ET BREVIS.

Homo bulla. Πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος. Prouerbium hoc admonet, humana vita nihil eſſe fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Eſt enim bulla rumor ille inanis, qui viſitur in aquis, momento temporis naſcens ſimul et euaneſcens.

Spithama vitae. Σπιθαμὴ τῶ βίυ. *Hoc eſt,* Modus vitae perpuſillus. Prouerbialis eſt figura mutuo ſumta a rerum menſoribus, apud quos ſpithama ſeu palmus digitos duodecim continet, quantum ferme longiſſimo digitorum porrectu complecti licet. Quin hodie quoque puſillum homunculum, palmum hominis appellant idiotae noſtrates. Diog.

Punctum temporis. Στιγμὴ χρόνυ. Simili figura dixit Terentius: Tum temporis ad hoc punctum mihi eſt, id eſt ſpatium breuiſſimum. Apud Mathematicos enim punctum inuiſibilis quaedam pars eſt lineae. Plutarchus, Στιγμὴ χρόνυ πᾶς ἐςὶν ὁ βίος. Plutarch.

Salillum animae. Philto Plautinus hominem vocat Salillum animae, ſentiens hominis breuiſſimum eſſe vitam, videlicet quantulum ſalis cuique in conuiuio apponitur. Plaut.

Vt herba ſolſtitialis. De herba ephemero, intellige, ſic dicta, quod vltra diem non viuat. Id quod Ariſtoteles de animante eiuſdem nominis praedicat. Idem.

Optimum non naſci. Plinius Secundus in praefatione 7. lib. *Itaque multi exſtitere, qui non naſci* Cicero.

nasci optimum censerent, aut quam ocissime aboleri. Senserunt veteres vitam humanam per se miseram et calamitosam esse. Proinde Homerus δειλοὺς βροτοὺς *appellat.*

Plutarch. *Dimidio vitae nihil differunt felices ab infelicibus.* Plutarchus: *Cum exiguum tempus vitae datum sit hominibus, somnus velut foenerator dimidium eius aufert:* Praeterea felicitas, iuxta philosophos, sita est in actu rationis per habitum virtutis: somnus autem est quies animi bonis pariter ac malis communis.

Fictilis homo. Κεράμιος ἄνθρωπος. *Id est*, Mollis, imbecillis, fragilis. Ductum a vasis testaceis, quae facile comminuuntur.

Stupa Seniculus. Στυππεῖον γερόντιον. De viribus effoeto sene. Sumtum a ligno, quod iam exaruit, exsuccumque redditum est, et marcidum in stipulae morem.

Homer. *Vita mortalium breuis.* Qui monebit dandam operam, vt apud posteros honestae vitae memoriam relinquamus, quae perpetuo viuat: nam hanc vitam angustis circumscriptam esse terminis, accommodabit illud: Ἄνθρωποι δὲ μινυνθάδιοι τελέθουσι.

Plato. *Vita hominis peregrinatio.* Παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος. Socrates in Axiocho Platonis adfert hanc sententiam, vt vulgo apud omnes decantatam. Haec sententia frequenter occurrit in sacris voluminibus, vitam hanc esse exsilium, esse incolatum et peregrinationem.

Ephemeri vita. Ἐφημέρου ζωή. De iis, qui statim emoriuntur aut pereunt. Ab animantibus, quae sic appellantur, quod vltra diem non viuant. Aristoteles inquit. Hipanus fluuius apud Cimmerium Bosphorum sub solstitio fert, veluti folliculos acinis maiores, quibus quadrupedes volucres erumpunt, quod genus animalis in postmeridianum tempus vsque viuit et volat, mox

decli-

declinante sole, macrescit et languet, mox occidente emoritur, vita non vltra vnum diem peracta, vnde ἐφήμερον appellatum.

VLTIO MALEFACTI.

Canis vindictam. Κυνὸς δίκην. In eos, qui praeter exspectationem poenas dant iis, quos aliquando laeserunt. Natum ab Euripidis tragici poetae interitu. In Macedonia vicus quispiam est, qui Thracum dicitur, propterea quod olim a Thracibus sit inhabitatus. Huc cum canis quidam Archelai regis aberrasset, Thraces de more suo mactatum sacrificarunt ac deuorarunt. Quod vbi comperisset Archelaus, talentum eis multam dixit. Verum cum illi soluendo non essent, Euripidem subornarunt, qui regem exoraret, vt multam sibi remitteret, ita vt fecit. Postea vero cum Euripides in silua quadam solus esset, et Archelaus a venatu reuerteretur, canes Euripidem cinctum discerpserunt deuoraruntque. Existimatum est autem eos canes ex eo prognatos fuisse, quem Thraces sacrificarant. Canis vindictam, subaudiendum, passus est, aut aliud commodius. Vid. prov. *Promeri Canes.* Aul. Gel.

Ornatus ex tuis virtutibus. Id est, haberes praemia tuis factis digna. Nam olim reges habebant honorem iis, qui facinus aliquod praeclarum edidissent. Terent.

Reperit Deus nocentem. Εὗρε Θεὸς τὸν ἀλιτρόν. Cum vltio contingit improbis, quasi diuinitus immissa.

Sero Iuppiter diphtheram inspexit. Ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας. Senarius prouerbialis in eos, qui sero quidem, sed aliquando tamen pro malefactis dant poenas. Antiquitas enim credidit, Iouem omnia in sua diphthera, hoc est, pelle caprina scribere, ac multa quidem pro

tempo-

tempore dissimulare, verum aliquando de improbis poenas sumere.

Sophocl. *Semper virgines furiae.* Ἀεὶ παρθένοι ἐριννύες. Prouerbium obscurius deterret a peccando. Erinnyes enim malefactorum vltrices corrumpi non queunt, quo minus poenas sumant de iis, qui commeruerunt: atque hac gratia dictae virgines.

Mali bibunt improbitatis fecem. Κακοὶ πίνουσι πονηρίας τὴν ὀμίχλην. Dici solitum, vbi poena maleficis digna meritis contigisset: Quem ad modum voluptatem ex malefactis perceptam dolor supplicii consequitur. Translatum apparet ab iis, qui vino limpido epoto tandem ad fecem vsque perueniunt.

Sus acina dependens. Ἀποτίσεις χοῖρε γίγαρτα. Lues quod amisisti, reddes, quod abstulisti, non sine foenore. Quadrabit, vbi pusillum commodi magno dependitur malo. Natum apparet a rustico quopiam, qui verbis hisce comminatus sit sui pascenti racemos.

Plutarch. *Placiadae.* Πλακιάδαι καὶ σίλαιον. Plutarchus ostendit dici consueuisse de deprehensis adulteris, contumeliose, sicut merentur, tractatis. Vicus est quidam Atticae regionis, cuius incolae Placiadae vocantur. Apud hos moris erat, vt qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas poenas daret, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos mirae magnitudinis esse dicuntur. Quod si raphani forte non fuissent ad manum, Stelaeo vtebantur, id est, ligonis ligno.

Zenod. *Hipparchorum tabula.* Ἱππάρχων πίναξ. Dici conueniet, quoties haud impune significabimus, si quid peccatur. A Syracusanis natum adagium. Apud hos enim mos erat, vt Hipparchi, hoc est, equitum praefecti in tabulis describerent militum nomina, qui ordinem deseruissent. Hipparchus apud Lacedaemonios dicebatur,

tur, qui iuuenibus erat praefectus, ac in tabula notabat eos, qui quid indecore fecissent.

Habet. Cum obtigit alicui quod expetiuit, aut quo dignus est, *Habet quod amet. Similes habent labra lactucas.* Sumtum autumant ab aucupantibus, piscantibus, vel gladiatoribus. Quibus reuersis sic aiunt, ἔχεις τι; Terent.

Longae Regum manus. Ab Ouidio scriptum est: *An nescis longas Regibus esse manus?* Nam reges per suos, quibus brachiorum vice vtuntur, possunt etiam procul dissitos affligere. Potest et ad tempus referri, quod Reges etiamsi diutius dissimulent, solent tamen aliquando poenam sumere de iis, quibus infensi fuerint. Ouidius.

Scarabaeus aquilam quaerit. Κάνθαρος ἀετὸν μαίεται. Cum imbecillior atque impotentior mali quippiam molitur, struitque insidias inimico longe potentiori. Est et altera lectio: Scarabaeus aquilae obstetricatur. Sensus ferme idem est. Super hac re fertur Apologus apud Graecos non inelegans, quem Lucianus indicat Aesopicum esse, cum ait, fabulatum fuisse Aesopicum, quem ad modum aliquando scarabei et cameli caelum conscenderint.

Promeri canes. Προμέρα κύνες. Dici solitum, vbi quis nouo casu poenas daret iis, quos aliquando laesisset. Promerus regius quidam minister fuit: is Euripidem tragicum poëtam supra modum exosum habebat, delatus ab eodem aliquando, nescio quo nomine, apud regem. Quare postea canes quosdam feros in poëtam solvit, a quibus ille deuoratus, interiit. vid. proverb. *Canis vindictam.* Diog.

Cissamis Cous. Κίσσαμις κῶος. Hunc aiunt pecuariis gregibus supra modum diuitem fuisse. Verum anguillam quotannis apparere solitam, quae pulcerrimum omnium pecudem raperet. Ea cum in somnis apparens hominem commo- Zenod.

uisset,

viſſet, vt ſepeliret ſeſe, et ille negligeret, euenit vt tum ipſe, tum vniuerſum illius genus radicitus interiret. Et hoc prouerbium Delium aliquem natatorem requirit.

Dionyſ. *Improbi conſilium in extremum incidit malum.* Ἀπήντησε κακὰ βουλὴ πρὸς ὑπέρτατον ἄτην. In eum, qui poſteaquam diu peccauit impune, tandem in calamitatem incidit, vt poenas omnium ſcelerum dependat.

Plato. *Ibyci grues.* Αἱ Ἰβύκου γέρανοι. Quod dici conſueuit, quoties ſceleribus nouo quodam et improuiſo caſu proditis, ſcelesti poenas dant iis, quos laeſerunt. Ibycus poeta quidam, cum in latrones incidiſſet iam occidendus, grues forte ſuperuolantes obteſtatus eſt Aliquanto poſt tempore, cum iidem latrones in foro ſederent, rurſumque grues ſuperuolarent, per iocum inter ſe ſuſurrabant in aurem, αἱ ἰβύκου ἔκδικοι πάρεισιν, cum ſermonem aſſidentes in ſuſpicionem rapuerunt, maxime deſiderato iam pridem Ibyco. Rogati quidnam ſibi vellet ea oratio, haeſitanter atque inconſtanter reſponderunt. Subiecti tormentis facinus confeſſi ſunt, atque ita velut gruum indicio poenas Ibyco dederunt, ac potius ſuo ipſorum iudicio, vt fertur, perierunt.

Plutarch. *Dii laneos habent pedes.* Plutarchus ſcribit, Tyriis fuiſſe morem vt Deorum ſtatuis vincula iniicerent. Aenigma prouerbii indicat, Deos ad ſcelerum vltionem lente quidem procedere, ſed tamen aliquando de malefactis poenam ſumere vel inopinato.

Diog. *Oetaeus genius.* Οἰταῖος δαίμων. Diogenianus ait hunc ferociam et arrogantiam non ſincere inultam. Eſt autem Oeta mons finitimus Trachini, atque eodem nomine ciuitas Milienſium.

Aderit

Aderit Temesseus genius. Strabo refert, Temessam ab Lao primam vrbem esse Brutiae, quam ab Ausoniis conditam Thoantis comites Aetoli deinde tenuerint, atque his expulsis Brutii, demum Hannibal et Romani funditus euerterint. Iuxta hanc sacellum fuisse oleastris circumseptum, Polytae cuidam ex Vlyssis comitibus sacrum. Hunc quod esset a barbaris violatus, graues iras in eos exercuisse, adeo vt in prouerbium abierit, dicerentque, cauendum ne Temesseus genius immineret. Deinde Locrensibus Epizephyreis vrbe potitis, Euthymum quemdam ex Italia illuc venisse pugilem inclitum et insigni robore, qui et lapidem ingenti magnitudine gestauerit, qui Locris ostendi soleat, hunc cum Polite congressum ac victorem e certamine discessisse, atque ita finitimos huius opera liberatos a tributo, quod ille consueuerat, extorquere, quin et compulisse illum, vt quod per vim abstulerat, redderet etiam cum foenore. Atque hinc prouerbium natum putant, iis, qui sordidos et iniustos quaestus faciunt, adfore Temesseum genium, quo significabant aliquando dependenda cum foenore, quae praeter ius et fraude seu vi rapuissent. Strabo

Adrastia Nemesis, Rhamnusia Nemesis. Ἀδράστεια Νέμεσις. Subaudiendum, adest, aut aderit, aut eiusdem quippiam. Licebit vti vel in eos, quibus ob insolentiam, arrogantiamque fortunae commutationem minamur, vel qui a rebus florentissimis ad calamitosam fortunam redacti sunt. Hanc quidam Nemesim Deam esse putant, insolentiae et arrogantiae vindicem, quaeque spes immoderatas et vetet, et puniat. Strabo tradit Adrastiam dictam ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit, alii ἀπὸ τοῦ ἀνεξητικοῦ μορίου καὶ δραμῶν, quod nemo Zenod.

 nocens

nocens meritam poenam vſquam effugerit, etiam ſi quando ſerius aſſequitur.

Ad deorum aures peruenit. Ἐις θεῶν ὦτα ἦλθεν. Vbi facinus aliquod clanculum patratum, reſciſcitur ab iis, qui poſſunt vel remunerare recte factum, vel punire ſecus admiſſum. Item, *Ad noſtras aures peruenit.* Sic enim imaginantur poetae, quae recte ſecuſue gerantur in terris, ea per Mercurium explorata referri Ioui. Is deinde, concilio deorum conuocato, de poena ſtatuit.

Hieron. *Bos laſſus fortius figit pedem.* A veteri triturae more ductum apparet, cum circumactis a bubus ſuper manipulos plauſtris grana excutiebantur, partim a rotis in hoc armatis, partim taurorum vngulis. Poteſt alluſum videri ad hoc, quod iuuenes corporis agilitate praepollent, Senes in Stataria pugna ac viribus ſuperiores ſunt.

Homer. *Euenit malo male.* Cum ſcelerato cuipiam euenit, quod omnes imprecabantur et optabant, vſurpabitur illud Homeri:

Θεοὶ δ' ἐτέλεσσον ἐπαράς.

Malis mala eueniunt. Scitum eſt illud Socratis, vt ſe quiſque praeſtaret re, qualis haberi cuperet.

Salis onus vnde venerat, illuc abiit. Ἁλῶν δὲ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν ἐνθ' ἔβη. In eos, qui parta tueri nequeunt, aut in eos, quibus male parta, male diſpereunt. Natum adagium ab euentu. Negotiator quidam nauem onuſtam ſale vehebat: nautis dormitantibus, influxu aquae marinae ſentina vehementer adaucta, et ſalem vniuerſum ſoluit ac corripit, et nauem ipſam demerſit. Itaque quod ex aqua marina natum fuerat,

rat, nam hinc concrescit sal, in eamdem denuo liquefactum est.

Habet et musca splenem. Ἔχει καὶ ἡ μυῖα σπλῆνα. Similimum illi: *Et pueri nasum rhinocerotis habent.* Item illi: ἔνεστι καὶ μύρμηκι χολός.

Ductus per Phratores canis. Ἀγόμενος διὰ φρατόρων ὁ κύων. Vbi quis inciderit in eos, quibus poenas det. Canis enim apud hos protinus occiditur. Apud Athenienses populus in tribus erat distributus, vniuscuiusque tribus tertia pars φρατρία dicebatur, et huic praefectus φρατρίαρχος. In comitiis igitur si quis canis intercurrisset, continuo petebatur a populo.

Inuitus Iuppiter nouit. Ἄκων μὲν ὁ Ζεὺς οἶδεν. Vbi quis pollicetur quippiam, sed inuitus. Mihi videtur recte quadraturum, vbi serius poenas dant nocentes. Etenim qui sero dat aut punit, grauatim id facere videtur.

In tergore bouis desedit. Ἐπὶ βύρσης ἐκαθίζετο. Lucian. *Id est*, Supplex implorat auxilia. Natum adagivm a consuetudine vernacula Scythis. Nam apud hos, si quis forte laesus esset, neque suppeteret vlciscendi facultas, immolato boue carnes minutim sectas coquebat, ipse in tergore humi strato sedebat, manibus in tergum redactis. Idque maximum supplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicumque vellet opitulari, et carnium portione gustata, dextroque pede tergori imposito, pollicebatur pro viribus se auxilio futurum. Atque hoc foedus apud Scythas sanctissimum habebatur.

Inest et formicae et Serpho bilis. Ἔνεστι κᾂν μύρμηκι κᾂν σέρφῳ χολή. Nullum est animal tam pusillum, neque tam inualidum, quod lacessitum non cupiat vlcisci sese. Serphus minutulum animal est, non dissimile formicae.

Stultus, qui patre caeso liberis pepercit. Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει. Erit vsus adagio, quoties admonebimus aut non prouocandos homines, aut ita conficiendos, ne in posterum reliquiae nos exerceant.

Nunc dii beati. Νῦν θεοὶ μάκαρες. Vox erat velut adgaudentis et adgratulantis, quoties nocentibus supplicium meritis dignum contigisset, perinde quasi diis et iucundum et honestum sit, vt scelerati dent poenas. Contra, probrosum, si viris improbis res secundae sint.

Super te haec omnia Leparge. Ἀνὰ σοὶ τάδε πάντα Λίπαργε. Hemistichium heroicum dici solitum in eum, cui ne post laborem quidem exhaustum datur respirare. Transumptum a bubus, quibus perfunctis iam agricolandi labore, labor etiam reliquus est, vt aratrum, reliquaque instrumenta domum referant. Ea solent imponi ei, qui sit e duobus robustior. Taurum autem λίπαργον appellat, ob candorem pili.

Anus simia sero quidem capitur, sed tamen aliquando capitur. Vbi versutus aliquis, qui diu eluserit, tandem da poenas.

Boliti poenam. Βολίτου δίκην. Dicunt, vbi quis de re friuola, nihilique plectitur. Bolitus autem Graecis significat stercus bubulum. Porro Solon legem tulit, quae poenam minabatur etiam iis, qui bubulum stercus furto sustulissent.

Diog. *Vel capra mordeat nocentem* Κἂν αἲξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν. Nam capra minime alioqui mordax est, nisi quod improbis omnia sint infesta.

Virum improbum vel mus mordeat. Κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν. Quo significatum est, quacumque ratione vindictam non deesse malis, sed eos aliquo pacto meritas dare poenas. Competit et in eos, qui de re quantumuis rixam mouent, seque laesos queruntur, et offensos simulant, ne quid dent.

In

In me haec cudetur faba! Hoc est, in me malum hoc recidet. In me haec vindicabitur culpa. Translatum a faba, quae cum siliquis exuitur ac batuitur, ac fustibus intertunditur, ita vt fit in areis more rusticorum, non ipsa perinde laborat, sed id demum, in quo cuditur. Alii ad fabam male coctam referunt, quam, si non maduerit, heri irati supra coqui caput saxo nonnumquam comminuunt, fabam non coquum vlciscentes, cum interim omne malum ad coquum perueniat. **Terent.**

Ob textoris erratum. Ob textoris erratum Hypetes vapulauit, cum quod hic peccauit, alius dependit.

Aesopicus sanguis. Ἀισώπειον αἷμα. Delphi Aesopum quemdam nihil comeritum interemerunt, eamque ob caussam iratum numen dira illis vaticinabatur. Sunt qui putent, hunc Aesopum esse, cuius nomine feruntur apologi, traduntque huiusmodi quaedam super illius interitu, tametsi fabulis, quam vero propria. Cum Delphos profectus gentis illius iram in se conuiciis et contumeliosis apologis concitasset, Delphi sacra phiala in huius peram clanculum imposita, Phocidem consecuti, comprehensum sacrilegii damnarunt, obtestantemque, ac dira imprecantem praecipitarunt. Mox oborta pestilentia, consultum oraculum, admonuit, vt Aesopi manes placarentur; itaque Delphi monumentum Aesopo constituerunt. Caeterum Graeciae principes et eruditi simulatque cognouissent, indignam Aesopi mortem, Aesopicum sanguinem vlti sunt, sublatis iis, qui mortis fuerant auctores. Vnde dici solitum, aut vbi quis praeter meritum acerba patraretur, aut vbi propter laesam innocentiam irati superi poenam immittere viderentur. Meminit huius historiae Plutarchus; **Cicero.**

nempe Aesopum multam auri vim accepisse a Croeso, vti Delphis splendide sacrificaret, et Delphorum singulis quatuor minas distribueret. Verum cum incidisset illi, nescio quid dissidii cum Delpis, sacrum quidem fecit, caeteram pecuniam, quam acceperat distribuendam, Sardis misit, Delphos indignos iudicans eo beneficio. Quam obrem irati sacrilegii condemnatum, praecipitarunt e rupe, quam Hyampeiam vocant. Eo facto Deus indicauit terrae sterilitatem et morborum prodigiosorum vim instare. Proinde territi Delphi in publicis Graeciae conventibus, assidue per praeconem clamabant, si quis esset, qui poenas Aesopi nomine de se vellet sumere. Tandem tertia generatione Samius Idmon aduenit, nihil affinis Aesopo, sed nepos eorum, qui Aesopum Sami emerant, huic cum poenas quasdam dedisset, malis leuati sunt.

Auriculam mordicus. Quum impotentem inimicitiam significamus, impatientemque vindictae cupiditatem, dicimus: *Vel auriculam illi lubens mordicus amputassem.*

Homer. *Qui prior laesit.* Ἐπαγγέλλομαι.

Ἀνδρ' ἀπαμύνεσθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

Hoc versu Homerus minitatur vindictam ei, qui prior lacesserit.

Diog. *Sortem et vsuram persoluere.* Dicuntur, qui serius quidem, sed grauius puniuntur, aut qui differunt vindictam, vt per occasionem laedant grauius. Nam prorogatione crescit vsura.

Homer. *Deus vlciscetur.* Quum significabimus nobis in praesentia deesse facultatem depellendi, verum optare, vt superi puniant aliquando, vsus fuerit illud Homeri:

— Ἐγὼ

——— Ἐγὼ δὲ θεὰς ἐπιβώσομαι αἰὲν ἐόντας,

Αἰκεποθί ζεὺς δῶσι παλίντιτα ἔργα γενέσθαι.

Flagitiorum turpis exitus. Quum res perperam instituta male cedit, conueniet ilud Homeri: Ουκ ἀρετᾶ κακὰ ἔργα. Homer.

Male parta, male dilabuntur. Festus Pompeius ex Naeuio citat. Plaut.

Mala proditio. Κακὴ προδοσις. Vbi quis pactam mercedem non accipit, quum turpem praestiterit conditionem. Per se res inhonesta proditio, at vbi non succedit, aut vbi proditor suo fraudatur praemio, κακὴ πρόδοσις dicitur. Diog.

Malis ter mala. Τοῖς κακοῖς Τρὶς κακά. Narrant attagines aues cum primum e Lydia in Aegyptum essent deportatae atque in siluas dimissae, coturnicis vocem edidisse, deinde euenit, vt desiccato Nili fluminis alueo, pestilentia regionem Aegyptiorum infestaret, magnamque hominum vim absumeret. Inter haec attagines vocem edere coeperunt humanam et articulatam, aliquanto maiorem puerili, dicentes haec verba, τοῖς κ. τ. κ.

Miseram messem metere. Est pro malefactis luere poenas. Vt sementem feceris, ita et metes. Stobaeus.

Canis saeuiens in lapidem. In eos qui mali sui causam imputant non ipsi auctori, sed alteri cuipiam. Nam canis cum est percussus lapide, non tam petit illum, qui se icit, quam eum ipsum lapidem, quo ictus est, petit.

Canis peccatum sus dependit. Τὸ κυνὸς κακὸν ὗς ἀπίτισεν. Canis malum sus dependit. Quoties pro iis, quae peccauit alius, alius dat poenas.

Zenod. *Fortis in alium fortiorem incidit.* Ἐσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχεν. Dici solitum, vbi quis nimirum fretus suis viribus, aliquando nanciscitur a quo vincatur. Sumtum putant ab Hyllo, Herculis filio et Fuchemo Hegeato.

Ne spina quidem vulnerabit bonos. Μηδ' ἄκανθα ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθούς. Nemo molestus fuerit innocenti. Nam spina natura pungit quemlibet. Sed vbique tuta est innocentia, vitaeque integritas.

Cornel. Nepos. *Sui cuique mores fingunt fortunam.* E medio vulgo videtur sumta sententia. Nam plerumque videmus mala malis euenire, digna dignis, idque vulgo dictitant: Malus malum reperit. Attestatur et versiculus prouerbialis:

Ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοι θεός.

Martial. *Fumantem nasum vrsi ne tentaueris.* Admonet non esse tentandos, qui possint nocere.

Homer. *Vindicta tarda, sed grauis.* Vbi quis diu multa patrauit impune, tandem in extremum malum adducitur, semelque dependit superiora flagitia, congruet illud Homeri: Νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀποτίσει.

Idem. *Vitandae potentum offensae.* Qui dicit formidandas diuitum et principum offensas, accommodabit illud Homeri. Χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτων, ἀσὶν ὁμοκλαί.

Diog. *Aratro iacularis.* Ἀρότρῳ ἀκοντίζειν. Aratro iaculari dicuntur, qui quippiam incircumspecte faciunt, haud prospicientes, quid sit in posterum euenturum, aut qui suo magno incommodo conantur alterum laedere. Quisquis enim iacto aratro petit alium, is quo morem gerat irae, semet re necessaria priuat, cuius vsus paulo post sit desideraturus. Translatum videri pote-

poterit a belli temporibus, quibus vomeres, marrae et sarcula, reliquaque agricolationis arma in Martia desinguntur arma.

Dulce pomum, quum abest custos. Γλυκὺ ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος. Quum significamus impunitate malos ad peccandum prouocari, aquae furtiuae, dulciores sunt. Sumta metaphora a pueris et adolescentibus, qui sibi non temperant, si senserint abesse custodem. Plutarch.

Sero molunt deorum molae. Dici solitum de his, qui licet serius tamen aliquando poenas dant malefactorum vindici Deo. Idem.

VOTVM.

Vtinam mihi contingant ea quae sunt inter Corinthium et Sicyonem. Poterit per iocum torqueri in eum, qui quod assequi non potest, id votis tamen quasi somniat. Id inde venit in adagium, quod vrbs vtraque esset opulentissima, agrique feracissimi, interiacerent.

Omne aes alienum cepe, et multa alium. Πάνμοιχρέες κρόμμυα, καὶ τὸ τίμημα σκόροδα. Quum quis obstrictus multo aere alieno, optat vt paruo dependere possit quidquid debet.

Votum munificum. Εὐχὴ μεγαλόδωρος. Vbi quis animo spes regias concipit, iamque voto diues est. Voto hominis nihil liberalius, largitur cuilibet, quantumcumque petit. Lucian.

Alia dantur, alia negantur. Quoties e duabus naturae dotibus altera contingit, altera negata est. Veluti si cui formae decus adsit, desit ingenii laus, siue quum e duobus postulatis, alterum duntaxat impetratur, quadrauerit illud Homeri. Homer.

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν.

Theocr. *Canis panes somnians.* Καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις.

Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κηγών.

Sensus est, vnicuique ea per somnium occurrere, quae impense desiderat, quibusque magnopere deditus est.

Etiam dormiens somniat. Ὀνειροπολεῖ καὶ καθεύδων Somnia etiam dormiens. Quoties significant aliquem toto pectore rei cuiquam addictum, deditumque. Terentius: *Num ille somniat ea quae vigilans voluit.*

Diog. *Ne contra bouem opta.* Μὴ κατὰ βοῦς εὔχου. Admonet adagium, non esse vitam instituendam iuxta votum animi, neque quiduis sperandum a superis: sed vt ea duntaxat sibi quisque promittat, quae possit industria consequi. Ductum ab agricola, qui negligens adhibere bouis operam in colendis agris, optat, vt citra suum laborem proueniat seges.

Plutarch. *Adoraturi sedeant.* Καθῆσθαι προσκυνήσοντας. Significat vota certa concipere oportere, et in his quae sunt optima perseuerare. Quidam arbitrantur alium subesse sensum, quod oporteat eos, qui sacris operantur, non obiter ac velut aliud agentes, hoc facere, sed vacuos ac totos rei diuinae intentos. Hinc praeconum illa vox, HOC AGE, hortabatur, vt qui sacra adirent, reuerenter et attente id facerent.

Homer. *Non quiduis continget, quod optaris.* Qui negabit omnia contingere homini, quae sperabit, animoque conceperit, accommodabit illud Homeri:

Ἤ τοι καὶ μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι, ἀκριτόμυθοι.

Γίγνοντ', οὐδέ τι πάντα τελείεται ἀνθρώποισι.

Quae-

Quaecumque in somnio videntur. Ὅσσα ἐν ὀνείρῳ βλέπεις. De votis immodicis dicitur. Nam quidquid optaris, id somniare contingit quibuslibet. Theocritus: Theocr.

Ἔχω δέ τοι ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ, Virgil.

Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄϊς, πολλὰς δὲ χιμαίρας.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Virg. *Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.* Nam quod quisque sperat, facile credit.

Quid non fies profectus Arbelas? Τί οὐ γενήσῃ, ἰὼν Ἄρβηλας; De eo dici solitum, qui peregre proficiscens, ingentia sibi pollicetur, fretus gentis, ad quam demigrat, inscitia barbarieque. Siquidem Arbela Siciliae ciuitas, cuius ciues male audiebant olim, vt stupidi, et quibus facile imponeretur. Apud hoc etiam alibi contemtus magnum aliquid esse possit.

Semper superioris anni res meliores. Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω. Metaphora sumta ab agricolis, qui semper de praesentis anni fructibus queruntur apud dominos, cum praesentia displicent, et anteferuntur anteacta. Horatius; *Laudator temporis acti se puero.* Diog.

V S V R A.

Citius vsura currit, quam Heraclitus. Θᾶττον ὁ τόκος Ἡρακλείτῳ περιιὼν τρέχει. Admonet adagium abstinendum a mutua pecunia, quae creditur ad vsuram. Nam opinione celerius recurrere diem vsurariam. Sumtum ab Heraclito quodam, celeritate currendi praeter caeteros eximio atque excellenti.

Est Pylus ante Pylum. In eos accommodabitur, quibus alia vsura ex alia nascitur, vel vbi quid

quid alteri praefertur, velut antiquius et praestantius, vel vbi aliquis iactat se, quasi vel solus vel summus sit, cum reperiantur et alii, qui possint cum eo decertare. Fuerunt enim multae huius nominis vrbes, quarum vnaquaeque sibi vindicauit Nestorem ob viri celebritatem.

Felix qui nihil debet. Εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφείλων. Quid enim calamitosius quam toties erubescere, toties perfricare faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissimulare, nunc supplicem agere, nunc flagitare, palam appellari, vitari, notari digito: breuiter, numquam tui iuris esse? Nam haec cumque his multa alia incommoda secum adfert aes alienum. Plutarchus scribit, Persis duo fuisse peccata: Primum, *debere;* proximum, *mentiri.* Nam ea iudicabant cohaerere, quod qui sunt obaerati, saepius cogantur mentiri.

Animam debet. Τὴν ψυχὴν ὀφείλει. Dictum titulo de Paupertate.

Semel rubidus, ac decies pallidus. Ἅπαξ πυῤῥός, καὶ δέκατον χλωρός. Suidas admonet dictum de iis, qui mutuum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallescere. Rubescere, dum petunt mutuum: pallescere, dum soluendo non sunt, et metuunt ne trahantur in ius, aut in neruum.

Adagiorum Epitomes Finis.



INDEX

INDEX PROVERBIORVM.

AB asinis ad boues 587
Ab asino lanam 289.302
Abdera pulcra Teiorum colonia 617
Abderitica mens 391
Ab equis ad asinos 157
Ab Eteobudatis ducit 572
Abhorrentis ac detestantis 160
Abiecit hastam Rhipsaspis 695
Abiit et taurus in syluam 51
Ab impiis egressa est 542
Ab incunabulis 5
Ab ipsa messe 670
Ab ipso lare 2
A bis septem vndis 191
Abominandus scarabaeus 141
A bonis bona disce 148
Ab ouo vsque ad mala 4
Abronis vita 451
Absque baculo ne 483
Absit clamor in colloquio 116
Abstinenda vis a regibus 714
Ab vnguibus incipere 28. 402
Ab vno digrammate 648
Abydena illatio 116
Abydus, Abydenus 105
A caelo vsque ad terram 6
Acanthia cicada 676
Acanthida vincit cornix 210
Acarnici equi 218
A capite arcessere 3
A capite vsque ad calcem 3
A carcere 4
A carceribus ib.
Accepta candela 17
Accipit et glebam erro 434
Accissare 652
Acesei et Heliconis opera 219
Acesias medicatus est 158
Acessaei luna 683
Aceto perfundere 199
Acetum habet in pectore 600
Achilles 84
Achilleum argumentum ib.
A coelo vsque ad terram 8
Ἀχερογέλως 620
A colo non fico 261
Actum agere 317
Actum est 162
Adactum iusiurandum 513
Adamantinus 252.700
Adamantis tenere 57
Ad ambas vsque aures 200
Ad amussim 177
Ad amussim applica 417
Ad aquam malus 254
Ad aras 685
Ad asylum confugere 229. 627
Ad bonam frugem 509
Ad calcem peruenire 4
Ad consilium ne accesseris 16
Ad coruos 355
Ad cribrum dicta 438
Ad Cynosarges 354
Ad coronidem vsque 557
A Deo ficti 504
Ad deorum aures peruenit 722

Adde-

Addere manum 292
Ad digituli crepitum 526
Ἀδελφίζειν 30
Ad ephebum properare 229
Aderit Temesseus genius 721
Ad felicem inflectere 54
Ad fractam canis 304
Ad finem vbi perueneris 35
Ad Graecas Calendas 519
Ad Herculis columnas 558
Adhortantis ad gloriam 583
Adhuc aliquis Deus nos respicit 669
Adhuc coelum voluitur ib.
Ad incitas 547
Ad id quod erat 487
Adiurantis se facturum aliquid 222
Ad libellam debere 618
Ad mensuram aquam 23
Admeti naenia 425
Adminicula vitae 202
Admirabiles in nectendis 334
Admoto capite 535
Adonidis horti 395
Ado[illegible]uri sedeant 730
A Dorio ad 508
Ad pedem 503
Ad pedes, ad caput 204
Ad phasim vsque 558
Ad pila vbi ventum 419
Ad pileum vocare 455
Ad porcellum da mihi 163
Ad pristina praesepia 258
Adrastia Nemesis, Rhamnusia Nemesis 721
Ad restim funiculum 680
Ad restim res rediit 163
Ad saga ire 712
Ad Scolon nec proficisceris 190
Adsint dii beati 539
Ad suum quemque quaestum 594
Aduersus solem ne loquitor 16
Aduersus solem ne meieto 606
Aduersus stimulum 461
Ad vinum diserti 276
Ad viuum resecare 617
Adulterinus 293
Ad vmbilicum ducere 556
Ad vnguem 178
Aeacidinae minae 484
Aedibus in nostris 27
Aedilitatem gerit sine populi suffragio 689
Aegaeum nauigat 191
Aegis venit 300
Aegre quidem, sed facimus tamen 16
Aegre sed tamen contingit ibid.
Aegroto dum anima est, spes est 669
Aegyti nuptiae 367
Aegyptius laterifer 494
Aequa concertatio 33
Aequalem tibi vxorem quaere 642
Aequales calculi 155
Aequalis aequalem delectat 642
Aequalitas haud parit 417

Aerem verbero 310
Aesopicus graculus 658
Aesopicus sanguis 725
Aestate penulam deteris 243. 400
Aetate prudentiores reddimur 603
Aethiopem dealbas 303
Aethiop. ex vultu iudico 123
Aethiopem lauas 303
Aethiops non albescit 370
Aetna, Athon 496
Aetneus scarabeus 141
A fonte ducere 3
Afra auis 432
A fronte atque a tergo 6
A fronte praecipitium, 187
A fronte simul et occipitio oculatus 599
A furiis oriundus 249
Agamemnonei putei 406
Agamemnonis hostia 76
Agas asellum 487
Agathonia cantio 395
Ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω 713
Agninis lactibus 12
Ἀγριογέλως 621
Ἄγεσι καὶ φέρεσι 495
Aheneus 74
Aiacis risus 620
Αἰγυπτιάζειν 337
Alabanda fortunatissima 219
Alas addere 326
A lasso rixa quaeritur 77
Alba amussi 413
Alba auis 616
Albae gallinae filius 89
Albo reti aliena 103
Album calculum addere 64
Album panem tibi 454
Albus an ater sit, nescio 286
Alcedonia sunt apud forum 651
Alcioni mensa 449
Ale luporum catulos 371. 465
Alga vilior 144
Alia committenda, alia celanda 673
Alia dantur, alia negantur 729
Alia Lacon, alia asinus illius portat 656
Aliam aetatem alia decent 691
Alia Menecles, alia 39
Aliam quercum excute 617
Alia res sceptrum, alia 197
Alia vita, alia diaeta 255
Alia voce psittacus, 195
Aliena iacis 264
Alienam metis messem 45
Alienis vti soleis 242
Alieno auxilio potentes 110
Alieno ferox praesidio 110
Alienum arare fundum 313
Alii sementem faciunt, alii 118
Aliis lingua, aliis dentes 206
Aliis prospiciens, non sibi 44
A limine salutare 345
A linea incipere 5
Alio relinquente fluctu 363
Aliorum medicus, ipse 23

Alios

Alios tragoedos 569
Aliquid mali propter 478
Aliter catuli longe olent 195
Ἀοιτήριος, 220
Aliud cura 630
Aliud genus remi 518
Aliud noctua sonat 195
Aliud stans aliud sedens 330
Alius aliis in rebus praestantior 220
Allium in retibus 261
Ἀλλοτριοφάγοι 399. 545
Alpha penulatorum 219
Altera manu fert aquam, altera ignem 562
Altera manu fert lapidem 333. 562. 655
Altera nauigatio 598
Altera scabit, altera 561
Alter Hercules 83
Alter Ianus 599
Alterum pedem 443
A lupi venatu 313
Alybantii hospitis 455
Amantium irae 46
Ama tamquam osurus 45
Amaea Azesiam reperit 685
Amaxiaea 67
Amazonum cantilena 451
Ambabus manibus haurire 435
Ambrones 294
Ambrosia alendus 219. 382
Ameles angulus 284
Amens longus 578
Amicitia, aequalitas, 49
Amicitias immortales esse 55
Amicitia stabilium 45
Amicos tragoedos 570
Amicorum est admonere 51
Amicorum omnia 47
Amicus amico 49
Amicus certus in re incerta 54
Amicus magis 49
Ἀμνηστία 523
A mortuo tributum exigere 607
Ἀμυσοι 282
Amphictyonum consessus 247
Amphidroniam agis 453
Ἀμφιθαλῆς ἔρως 52
Amyclas perdidit silentium 676
Amyris insanit 600
Ἀμυσί πίνειν 251
Anagyrum commoues 469
A Nannaco 374
Ancipitis animi 62
Ancipitis consilii 62
Ancora domus 110
Ancoras tollere 119
Andabatae 689
Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται 649
Anguillam captare 594
Angustum et latum 540
Anicularum deliramenta 704
Animam debet 548. 732
Anima et vita 432
Animo aegrotanti medicus 52
Animus est in coriis 660
Animus habitat in 422

Ani-

Animus heptaboeus 82
Animus in pedes decidit 698
Animus praesens 82
Anno magno Platonis 520
Annosam arborem 402
Annosa vulpes haud capitur laqueo 602
Anno senior fio 495
Annus clibanum 486
Annus est 685
Annus producit non ager 205
Annulus aureus in naribus 18
Ansam quaerere 531
Ante barbam doces senes 25
Ante hac putabam te 136
Anthericum metere 311
Ante lentem augere ollam (243
Ante pedes 379
Ante tubam trepidas 695
Ante victoriam encomium canis 243
Ἀντιπελαργεῖν 277
Antiopae luctus 366
Antiquiora diphthera 374
Antiquior Codro 176
Antiquior quam chaos 375
Antiquis debetur veneratio 218
Antronius asinus 388
Anus cothonissat 24
Anus debacchatur 402
Anus Eriphus 23
Anus hircissans 402
Anus saltat 24
Anus simia sero quidem 724
Anus subsultans multum excitat pulueris 603
Anus velut equus 282
Apertae musarum ianuae 206
Aperte simpliciterque 438
Apertis tibiis 115
Aperto pectore 438
Aphya ad ignem 238
Aphyarum honos 641
Apinae 114
Apio mollior 479
Apio opus est 184
Ἀπ᾽ ἀκροφυσίων 487
Apologus Alcinoi 704
Ἀποφράς 223
Apta prouincia 502
Apud fimum odorum 318
Apud mensam verecundari neminem decet 605
Apud nouercam queri 310
A puro pura 340
Aqua et terra reddamini 353
Aquam bibens nihil 549
Aquam e pumice postulas 303
Aquam igni miscere 28
Aquam in mortario 317
Aquam infundere cineri 634
Aqua praeterfluit 82
Aquilae senecta corydi 211
Aquilam cornix prouocat 130
Aquila in nubibus 216
Aquilam noctuae comparas 209
Aquilam testudo vincit 289
Aquilam volare doces 104
Aquila non capiat muscas 129
Aquila thripas aspiciens 130
A quinque scopulis desilire 163

Arabicus tibicen 271. 490
Aranearum telas 307
Araneas eiicere 546
A rare littus 307
Arator nisi incuruus, praevaricatur 186
Aratro iacularis 728
Arbore deiecta, quiuis 205
Arcades imitantes 389
Arcadiam me postulas 470
Arcadicum germen 389
Arcem ex cloaca facere 66
Arcessitum malum 462
Archidamicum bellum 367. 537
Archilochia edicta 530
Archilochi melos 11
Archilochi patria 529
Archilochum teris 528
Archimedes non posset 568
Archytae crepitaculum 270
Arctum annulum 425. 661
Arcus tensus 493
A remo ad tribunal 258
Arenae cedere 709
Arenae mandas 305
Arenam metiris 305
Areopagita 428. 700
Areopagita taciturnior 674
Argentanginam 497
Argenteis hastis 499
Argenteus puteus 88
Argenti fontes 571
Argentum accepi, imperium vendidi 640
Argi collis 367
Argiua calumnia 104
Argiui fures 612
Argiuos vides 425
Aries cornibus 397
Aries nutricationis 371
Arietem emittit 419
Arietis ministerium 373
Ariolari 454
Aristophanis et Cleantis lucerna 180
Arrepta candela, candelabrum quaerere 286
Arripe negotii curam 182
Arripienda quae 504
Arrogantia non ferenda 67
Artem quaeuis 350
Arx 627
A sacris abstinendae 418
Ascisce ad extremam scientiam 186
A sexaginta viris venio 625
Asini cauda 291
Asini caput ne laues nitro 304
Asini mandibula 449
Asini mortes 704
Asinos non curo. 139
Asinum in rupes 389
Asinum sub fraeno 310
Asinum tondes 302
Asinus ad lyram 194
Asinus ad tibiam 195
Asinus apud Cumanos 651
Asinus asino, et sus sui 35
Asinus asino pulcerrimus 650
Asinus auis 8
Asinus balneatoris 319
Asinus compluitur 130
Asinus esuriens fustem 131

Asinus

Asinus in paleas 89
Asinus in pelle leonis 279
Asinus inter apes 353
Asinus inter simias 352
Asinus in vnguento 196
Asinus portans mysteria ib.
Asinus stramenta 384
Aspendius Citharoedus 592
Aspera vita, sed salubris 263
Aspersisti aquam 302
Aspis a vipera 644
Ἄσπονδος πόλεμος 537
Asseuerantius dicere 438
Assidua stilla saxum 78
Astutior coccyce 596
A subeunte portum naui 240
A teneris vnguiculis 5
Atheniensium inconsulta temeritas 259
Ἀθερίζειν 134
Athos celat 496
Ἀθυρόγλωττος 276
Atlas caelum 462
Atqui non est apud aram consultandum 637
A transenna cibum 379
Atrei oculi 426
Attagen 137
Attagenae nouilunium 203
Attica bellaria 431
Attica fides 245
Attica Eleusina 533
Attica musa 233
Atticus aduena 712
Atticus aspectus 300
Atticus in portum 73
Atticus moriens porrigit manum 612
Atticus testis 245
Attollere supercilium 66
Auarus nisi cum moritur nihil recte facit 693
Auctor omnium et 543
Auctoritas diuinitus 97
Audi Chelidonem 692
Audi quae ex animo 440
Audiens non audit 654
Aues quaeris 320
Aufer mothonem a remo 198
Auis ex auibus 515
A vicinis exemplum habent 584
Augiae stabulum repurgare 291
Auloedus sit, qui citharoedus 597
Aureae compedes 57
Aurem vellere 481
Aureos polliceri montes 453
Aureus in Olympia stato ib.
Auribus lupum teneo 562
Auribus arrectis 81
Aurificem te futurum credebas 263
Auricula infima 479
Auriculam mordicus 726
Auris Bataua 391
Auro loquente, nihil 67
Aurum Colophonium 341
Aurum habet Tolosanum 356
Aurum igni probatum 340
Aurum subaeratum 658
Ausculta et perpende 80
Austrum perculi 310

Aut abi, aut exuere 639
Aut bibat, aut abeat 639
Aut cucurbitae florem 60
Aut ipſe fuiſti, aut tui ſimilimus 643
Aut manenti vincendum 253
Aut minus animi 573
Aut mortuus eſt, aut docet 61
Aut oportet tragoedias 60
Aut piſcem olet, aut florem 89. 644
Aut Plato Philoniſſat 60
Aut quinque bibe 61
Aut regem 382
Aut terra, aut mari 121
Aut ter ſex, aut tres teſſerae 226
Αὐτόθεν κατάβαλε 709
Ἀντλήκυθοι 396. 544.
Auctor omnium et fons 711
Azanaea mala 166
Ἀζηλος πλοῦτος 149. 533

B.

Bacchae more 674
Baceli ſimilis 392
Baeon malus piſcis 160
Baeotica aenigmata 524
Baeta cum hieme, tum aeſtate bona 691
Balba non credit 15
Belbynum Polypus agnae delectat 36
Balbus balbum recte intelligit 647
Ballio 295
Balneator 274
Barathrum 609
Barbam vellere 146
Barbarus ex triuio 281
Barbae tenus ſapientes 656
Baſilica facinora 68
Βατακάρας 145
Batalus 392
Βατταλίζεσθαι 392
Βατταρίζειν 351
Battologia 274
Batti ſilphium 174
Beccefelenus 380
Bellerephontis litteras 464
Bello parta 592
Bellum Cononi curae 43
Bellicum canere 559
Bellum haudquaquam 478
Bellum omnium pater 183
Benefactis penſare 554
Bene loculis, bene ſerino 202
Bene natis turpe eſt male viuere 158
Bene plauſtrum perculit 584
Bene ſit 539
Beneuolus trucidator 657
Benignior pellace vulpe 30
Βεργαίζειν 295
Beſtia beſtiam nouit 649
Bibe elleborum 385
Bibere mandragoram 524
Bipedum nequiſſimus 294
Bis ac ter quod 409
Bis dat qui cito dat 435
Bis interimitur qui 463
Bis pueri ſenes 390

Bis septem plagis Polypus contusus 79
Bithus contra Bacchium 647
Bocchyris 416
Boeon malus piscis 160
Boeotica auris 384
Boeotica cantilena 383
Boeotica aenigmata 525
Boeotica sus 383
Boeoticum ingenium ibid.
Boeotis vaticinare 470
Boliti poenam 104. 724
Bolus ereptus e faucibus 264
Βωμόλοχος βωμολοχεύεσθαι. 295
Bona est offa post panem 597
Bona nemini hora est 259
Bona Porsenae 436. 610
Bona spes ostensa 96
Bona terrae 94
Bonae fortunae 95
Bonae leges ex malis 542
Boni ad bonorum conuiuia vltro accedunt 642
Boni pastoris est tondere pecus 609
Bonis auibus 90
Boni viri lacrimabiles 152
Bonorum aceruus 93
Bonorum glomi 94
Bonorum mare 93
Bonorum myrmecia ib.
Bonum est duabus niti ancoris 627
Bonus cantor bonus cupediarius 648
Bonus dux bonum reddit comitem 205
Bos ad ceroma 309
Bos ad praesepe 97
Bos aduersus seipsum 467
Bos alienus subinde foras prospectat 206
Bos apud aceruum 97
Bos Cyprius 666
Bos Homolottorum 137
Bos in lingua 497
Bos in ciuitate 174
Bos in quadra argenta 279
Bos in stabulo 450
Bos lassus fortius figit pedem 723
Bos marinus 380
Bos porrecto vltra Taygetum capite 291
Bos sub iugum 503
Botrus oppositus 552
Bouem in faucibus 497
Boues messis tempus exspectantes 97
Boue venari leporem 20
Brasidas quidem vir 516
Bubo canit lusciniae 212
Budorum lege 151
Bulbos quaerit 320
Bullatae nugae 73
Bunas iudex est 683
Buthus obambulat 614
Byzeni libertas 438
Βυσσοδομεύειν 378

C

Cadere in cursu 266
Cadmea victoria 357

Caeca dies et occulata dies 168
Caeca ſpeculatio 102
Caecior Liberide 101
Caeci praeſcriptio 102
Caecum inſomnium 705
Caecus auribus 390
Caecus caeco dux 102
Caecus et claudus non intrabunt 177
Caelum digito attingere 70
Caelum territat ibid.
Caedimus, inque vicem 457
Caenei haſta 72
Calabri hoſpitis xenia 143
Calamoboas 117
Calcar addere currenti 585
Calculo mordere 155
Calculum reducere 506
Calicum remiges 88
Calidam veruti 467
Calidum mendacium 705
Calidum prandium 463
Caliga Maximini 577
Caligare in ſole 22
Calliae defluunt pennae 590
Callippides 685
Calliphanes 73
Καλλίκυγος 250
Callum ducere 473
Caluus comatus 197
Caluus cum ſis, ne obuerſa 189
Caluum vellis 302
Camelus deſiderans 464
Camelus ſaltat 24
Camelus vel ſcabioſa 210
Campana ſuperbia 68
Canalicolae 548
Cancer leporem capit 10
Cancros lepori comparas 210
Cancrum ingredi doces 318
Candidus ſermo 568
Candidum linum lucri cauſa ducis 613
Canem excoriatum excoriare 19
Canens vitae palmum 668
Canere ad myrtum 351
Canere de Telamone 426
Canes venatici 153
Canes timidi vehementius latrant 301
Cane Tellenis cantilenam 276
Cani das paleas, aſino 25
Canina facundia 622
Caninum prandium 665
Canis 321
Canis ad cibum 378
Canis circum inteſtina 610
Canis digna ſede 172
Canis feſtinans caecos parit catulos 243
Canis in praeſepi 198
Canis in vincula 354
Canis mendico auxilians 260
Canis panes ſomnians 730
Canis peccatum 604
Canis podicem 525
Canis reuerſus ad 410
Canis peccatum ſus dependit 727
Canis ſaeuiens in lapidem 727

Canis

Canis tamquam Delum navigans 630
Canis vindictam 717
Canis viuens e magdalia 143
Cantherium in fossa 21.148
Cantilenam eamdem canis 679
Cantharo astutior 339
Cantherius in porta 209
Capere ciuitatem 167
Capere crines 531
Capere prouinciam 167.560
Capillis trahere 712
Capite gestare 57
Καπνός 454
Capra contra se 467
Capra ad festum 692
Capra gladium 463
Capra nondum peperit 18
Capram caelestem orientem 95
Capram portare non possum 289
Caprarius in aestu 397
Capra Scyria 87
Captantes capti sumus 459
Caput 5
Caput artis est, decere 19
Caput scabere 180
Caput sine lingua 674
Caput vacuum 381
Carbone notare 64
Carcini poëmata 525
Carica musa 138
Carica victima 667
Caricum sepulcrum 592
Caricus hircus 143
Καρηβαροῦντες 88
Carpathius leporem 467
Carpet citius aliquis 529
Cascus cascam ducit 645
Cassa glande 135
Cassioticus nodus 339
Κατὰ χειρῶν ὕδωρ 545
Κατά πῆχυν ἐπιδίδου 588
Catastrophe fabulae 257
Catulae dominas imitantes 644
Cauam Arabiam 307
Cauda blandiri 30
Caudae equinae pilos paullatim vellere 682
Cauda tenes anguillam 310
Cauda de vulpe testatur 124
Caue thoracem 191
Caunius amor 55
Caute loquacior 273
Cautus enim metuit 483
Cedendum multitudini 107
Cecidis et Buphoniorum 140
Celerius elephanti pariunt 683
Celerius quam Butus 237
Celmis in ferro 215
Censoria virgula 618
Centaurice 712
Centones 488
Centro et spatio 547
Centum plaustri trabes 166
Cepas edere aut 427
Cera tractabilior 480
Ceram auribus obdis 82
Cercopissare 297
Cercopum coetus ibid.
Cercyraea scutica 488
Κερόβαλος 77
Cereri sacrificant 665

Cerite cera dignus 583
Certamen non accipit excusationes 193
Certissima paupertas 551
Certo certius 262
Certum prospicio 126
Ceruus canes trahit 20
Ceruinus vir 696
Cescon habitas 714
Cestreus ieiunat 233
Cestum habent Veneris 56
Chalcenterus 699
Chalcidissare 396
Chamoleonte mutabilior 329
Charadryon imitans 655
Charetis pollicitat 454
Charontis ianua 356
Charybdis, barathrum 609
Chimaera 327
Chius ad Coum 647
Chius dominum emit 460
Chius 104
Chironium vulnus 476
Choenici ne insideas 628, 663
Chordae vice 112
Choreae ionicae 449
Χῖοι καὶ Κῷοι 47
Χρυσάνδωροι 91
Cibum in matellam ne immittas 196
Cicada cicadae chara, formica formicae 643
Cicada vocalior 573
Cicadae specim confirmaras 209
Cicadam ala corripuisti 468
Cicadis pleni 65
Cicernus Bacchus 133
Ciceris emtor 143
Cilicii imperatores 261
Cilix haud facile verum dicit 703
Cillicon bona 455
Cimmeriae tenebrae 102
Cinyrae opes 209
Cinclus 546
Circeo poculo 510
Circulum absoluere 556
Circumtondere comam 293
Cissamis Cous 719
Cithara incitat ad bellum 325
Citis quadrigis, iouis quadrigis 236
Citius elephantem sub ala celes 289
Citius in nari cadens a ligno exciderit ib.
Citius quam asparagi coquuntur 237
Citius quam formicae papaver 258
Citius Telegorae donarim 205
Citius vsura currit, quam Heraclitus 731
Citra rationem, citraque sementem 114
Citra puluerem ibid.
Citra vinum temulentia 275
Ciuitates ludimus 596
Clamosior lauro ardente 115
Clauam extorquere Herculi 280
Claudiana tonitrua 115

Claudi

Claudi more tenere pilam 282
Claudus optime virum 36
Claue findere ligna 24
Clauum clauo pellere 647
Clematis Aegyptia 577
Cleocritus 397
Cleomenes cubile 551
Κλειτοριάζειν 396
Climacides 33
Clisthenem video 396
Cnips in loco 330
Cochleae vita 663
Cochleare crescit 142
Cocta numerabitur exta 223
Codro pauperior 462
Coena popularis 433. 671
Coenare me doce 689
Coeno puram aquam 464
Coenum barbaricum 132
Cognatio mouet 405
Colophonem addidit 559
Colophonia ferocia 571
Colophonium calceamentum 384
Colophonium suffragium 555
Colossi magnitudine 576
Colubrum in sinu 463
Columen familiae 111, 175
Columnas rumpere 117
Cominus atque eminus 419
Commune naufragium 369
Communis Mercurius 436
Commouere sacra 121
Compendiaria res improbitas 299
Complura masculi 398
Complurium thriorum 485
Compressis manibus 347
Concha dignus 129
Conchas legere 320. 532
Conciliant homines mala 53
Concordia 121
concordia fulciuntur opes ibid.
concupiuit assam farinam 235
confringere tesseram 168
congregare cum leonibus vulpes 198
connae calculus 142
conniuere 653
conscientia mille 482
consessus in ludo talario 33
consiliis simul et facto valens 604
consilium in melius 506
consulendum, et consiliis parendum 81
contingit et malis venatio 91
contemnentis dicterium 144
contemnentis inimicum 144
conto nauigare 645
contorquet piger 316
contrahere supercilium 429
contrahere vela 489
contribulus factus, serua ordinem 707
contra deo contraria pugnare difficile 108
contra retiarum ferula 155
contra stimulum calces 318
contra torrentem niti ib.
conuenerunt Attabas et Numenius 646

Conuertere pollicem 64
Conuiua non conuiua 668
Copiae cornu 94. 488
Cornea fibra 75
Coriaceum auxilium 86
Corinthiari 394
Corinthiis non indignatur Ilium 698
Corinthus et collibus surgit 76
Cor ne edito 426. 661
Cornicari 271
Cornicibus viuacior 442
Cornicum oculos 486
Cornix scorpium 468
Cornutam bestiam petis ib.
Corpore effugere 193
Corpus sine pectore 388
Coronam quidem gestans 452
Correctio dicti 149
Corrigentis quod dictum ab alio 149
Corrumpunt bonos mores 147
Corrupta iudicia 500
Corui lusciniis honoratiores 218
Coruum delusit hiantem 263
Coruus albus 616
Coruus aquat 684
Coruus serpentem 462
Κορυβαντιᾶν 383
Corycaeus auscultauit 153
Corytheo deformior 251
Cotem alis 314
Cothonissare 88
Cothurno versatilior 330
Coturnissare 433
Coturnix Herculem 578
Crambe bis posita mors 678
Cradophagus 663
Crassa Minerua 64
Crassiore Musa ib.
Crater litium 104
Creta notare 64
Cretenses sacrum 267
Cretensis mare 653
Cretensis cum Aeginera 646
Cretensis Cretensem ibid.
Cretiza cum Cretense 647. 703
Crepitu probabis 127
Cribro aquam hauris 306
Cribro diuinare 125
Crisonem Himeraeum praecurrere 242
Crobyli iugum 643
Crocodili lacrimae 657
Croesi pecuniae teruntium 26. 210
Croeso, Crasso ditior 200
Crotone salubrius 624
Crotoniatarum postremus 211
Crudelis Bacchus 152
Κρηνοχυτρολήραιον 518
Cubito emungere 143
Cuculus 343
Cucurbita sanior 624
Cucurbitas lippis 100
Cucurrit quispiam ne 478
Cui ista arrident 538
Cui multum est piperis 592
Cuiusmodi portento 365
Culeo dignus 342
Culicem colant 25
Culicem elephanti 212

Cum

Cum adſit vrſus, veſtigia quaeris 697
Cum adſit via, ſemitam quaeuis ib.
Cumani ſero ſapiunt 635
Cum amico non certandum aemulatione 53
Cum cane ſimúl et lorum 405
Cum care carizas 647
Cum ceſſat boreas 691
Cum Coryco luctari 315
Cum Delphis 505
Cum deo quisque et gaudet et flet 256
Cum diis non 310
Cum diis pugnare 315
Cum exoſſis ſuum 546
Cumani ſero ſapiunt 631
Cum haſta cum ſcuto 119
Cumini fector 662
Cum laruis luctari 315. 527
Cum licet fugere 536
Cum Minerua manum 347
Cum Muſis 539
Cum mula peperit 519
Cum Nibas cocciſſauerit ib.
Cum paruula eſt, bona videtur ſpina 314
Cum plurimum laboravetimus, 315
Cum principe non pugnandum 163
Cum puluiſculo 609. 700
Cum ſacco adire 297
Cum ſarcinis enatare 640
Cum ramento 701
Cum vterque concedit 526
Cuniculis oppugnare 379
Cupidinum crumena porri folio 591
Curare cuticulam 446
Cura eſſe quod audis 29
Curetum os 439
Cur non ſuſpendis te? 583
Currentem incitare 584
Currus bouem trahit 10
Curſu lampada trado 560
Κυαθίζειν 88
Κυαμοτρώξ 376
Κύκλῳ περιέλκειν 260
Cyclobori vox 116
Cyclopica vita 714
Cyclopis donum 504
Cyclopum more 712
Cydi poenam debes 104
Cygnea cantio 231
Cylicum remiges 73
Cymbalum mundi 515
Cypariſſi fructus 705
Cyprio boui merendam 666
Cyrbes malorum 363
Cyrnia iactura 367
Cyrnia terra 714. 582
Cythonymi probrum 765
Cythnicae calamitates 367
Cyzizeni ſtateres 486

D.

Daedali opera 334
Daedaleum remigium 236
De lapidi volam 301
Da mihi mutuum 552
Danace 444

Danda venia lapso 626
Dare manus 709
Dare verba 292
Dares Entellum 462
Dasypus carnes desiderat 25
Dato mihi peluim 679
Dat veniam coruis 418
Datidis cantilena 110
Datismus ib.
Dathus bonorum 94
Datyli dies 91
Daulia cornix 272
Dauus sum non 525
Dea excogitauit 68
Dea impudentia 300
De alieno liberalis 436
De alieno corio ludis 44
De asini prospectu 312
De asini vmbra ib.
De asino delapsus 282
De caelo ad synagogam 600
De calcaria 508
Decempes vmbra 449
Decernitur equa Thessalica 174
Decipienti semel 410
Decipula murem cepit 342
Decora teipsum 463
De curru delapsus 41
Dedecus publicum 582
Dedi malum, et 458
Δειπνῶν ἄκλητος 544
De facie nosse 124
De faece haurire 138
De fera comedisti 29
De fructu arborem cognosco 124
De fumo ad flammam 475
De fumo disceptare 305
De gradu deiicere 564
De grege illo est 641
De gustu cognosco 123
Deinde expergiscebat 702
De lana caprina 305
De lapide emptus 138
De lautitiis 432
Delius natator 525
Delphicus gladius 62
Delphinum cauda ligas 304
Delphinum natare doces ib.
De manu in manum 47. 248. 259
Demissis auriculis 408
Demittere sese 489
Demulcere caput 30
Dentata charta 529
Dentem dente rodere 320
Dente Theonino rodi 529
Deo fortunaeque committo 227
Deorum cibus 431
Deorum manus 580
De pilo pendet 186
De plaustro loqui 437
De possessione deiicere 564
Dt pulcro ligno vel strangulare 224
De pulmone reuellere 71
De reduuia queritur maiori obnoxius malo 655
Deserta causa 106
Desertum obtueri 390
Despuere malum 159
De statu demigrate 327
Destitutus ventis, remos adhibe 626

De toga ad pallium 475. 508
De tuo capite aguntur comitia 186
Deuotionis templum 221
Deus ex improuiso apparens 580
Deus vlciscetur 726
Deum esse 98
Deum sequere 526
Deus vndecunque iuuat 96
Dextro Herculi aut amico Hercule 202
Dextrum pedem 337
Διακωδωνίζειν 516
Diagoras melius 296
Dicas tria ex curia 353
Dicendo dicere discunt 79
Dictum ac factum 247
Dies adimit 473
Dii facientes 347
Diis hominibusque plaudentibus 91
Dii laneos habent pedes 720
Dii omnia possunt 221
Dii tibi dent tuam mentem 299
Difficilia quae pulcra 165
Difficilis vir 77
Digna canis pabulo 172
Digna cedro 173
Dignus Argiuo clypeo 173
Dignus obelisco 173
Dignus quicum in tenebris mices 173. 248
Dignum patella operculum 645
Dignum propter quod 173. 456
Dimidio vitae nihil differunt 716
Dimidium plus toto 491
Diobolares 266
Diomedea necessitas 511
Diomedis et Glauci 323
Diolygium malum 359
Dionis gry 146
Dionysius Corinthi 258
Δὶς διὰ πασῶν 170
Discam quam Philosophum audire 159
Diserte saltare 12
Diu delibera 685
Diu dissimulatum aperientis 658
Diues aut iniquus est 201
Diues factus iam desiit 587
Diues promissis 245
Diuitiae non semper optimis contingunt 203
Diuinum excipio sermonem 74. 220
Dodonaeum aes 273
Docui te vrinandi 472
Domestice nouis 517
Domesticus testis 248
Domesticum malum 230
Domesticum diffidium 184
Domesticum thesaurum calumniari 105
Domi coniecturam facere 125
Domi habet, domi nascitur 230
Domi leones 699
Domi manendum 207

Domi

Domi manere oportet belle fortunatum 207
Domi Milesia 692
Domi nobilis 516
Domum cum facis 557
Domus amica, domus optima 207
Domus optima ibid.
Domus recta 491
Donum quodcumque 504
Doribus dorice loqui fas est 650
Dorica musa 498
Dormienti rete trahit 114. 259
Doryphorematis ritu 677
Dosones 706
Δάρειος ἵππος 378
Drachmae grando 593
Duabus ancoris fultus 626
Duabus sedere sellis 330
Dubia coena 433
Ductus per phratores canis 723
Dulce bellum inexpertis 287
Dulce et amarum 540
Dulce pomum cum abest custos 729
Dulcis cubitus 160
Dum clauum rectum 417
Dum genua virent 20
Duobus pariter euntibus 109
Duobus pedibus fugere 237
Duodecim artium 331
Duos insequens lepores, neutrum capit 266
Duos parietes de 331
Duplex cappa 295
Duplices viros 331
Dureus equus 378
Durus alloquiis 76
Durus et implacabilis 77

E

EAdem cera 644
Eadem mensura 553
Eadem oberrat 409
Eadem pensari 416
Eadem per eadem 679
Eadem tibi et Pithia et Delia 670
Eamus Athenas 159
Eamdem tundere incudem 678
Ea tela texitur 6
Ebur atramento candefacere 21
E canis podice 186
E cantu dignoscitur auis 124
E circulo 134
Echino asperior 76
Echinus partum differt 467
Ἐκλινίσαι 208
Eclibano boues 448
Ἐκτετραχηλίσαι 208
E creta raptus 57
E culmo spicam coniicere 124
Edax currus 611
Edax triremis 671
Ede nasturtium 379
Edentulus vescentium 407

E dolio hauris 590
E domo in domum 516
E duobus tria vides 102
Effeminatorum etiam oratio effoeminata 125
Effoeta senecta 445
E fimbria de texto iudico 123
Efficimus pro nostris 490
E flamma cibum petere 142
Effugi malum, inueni bonum 92. 588
Ego de alliis loquor 39
Ego ex bono in bonum traductus sum 589
Ego faciam omnia 456
Ἐγχειώτις ἡμέρα 706
Eidem inhiantes testamento 278
Eiusdem musae aemulus 648
Electro lucidior 568
Elephantum ex musca facis 20
Elephantus non capit murem 130
Eloquentia Attica 231
Elucet egregia virtus 217
Embarus sum 386
E Massilia venisti 398
Emendus cui imperes 439
Emere malo quam rogare 230
Emori risu 620
Empedoclis simultas 537
Emunctae naris 411
E multis paleis 308
E nassa escam petere 188
Ἐν ἐπιτομῇ 99
Endymionis somnum dormis 661
E nacuo cognoscere 12
Ἐν πλάτει 565
Eodem bibere poculo 458
Eodem cubito 553
Eodem collyrio mederi 12
Eodem in ludo docti 648
E Patroclis domo venit 663
Ἐπαύλια δῶρα 454
Epeo timidior 694
E perforato poculo 337
Ephemeri vita 716
Ephesiae literae 293
Epimenideum corium seu epimenidea pellis 445
Epiphyllides 704
Episcythizare 451
Equi dentes donati 504
Equis albis praecedere 211. 236
Equi senecta 282
Equitandi peritus ne cantes 625
E quercubus ac saxis 541
Equum habet Seianum 357
Equus me portat, alit rex 361
Erecti 81
Erethriensium rho 624
Ergini cani 633
Erynnis ex tragoedia 429
Ἐσκιμαλίχθαι 161
Ἕσπετε νῦν μοι 455
Esernius cum Pacidiano 648
E se finxit velut 338
E squilla non nascitur 541

Esto

Esto promus 175
Est Pylus ante Pylum 731
E sublimi me derides 161
Esurienti ne occurras 405
Esurienti vulpi somnus obrepit 654
E Tantali horto 320
E tardigradis asinis 541
Et fama fuit et erat 438
E terra spectare naufragium 627
Etiam Baetylum deuorares 234
Etiamsi lupi meminisses 671
Etiamsi Cato dicat 169
Etiam capillus vnus 59
Etiam corchorus inter olera 136
Etiam dormiens somnia 730
Etiam in deorum coetu 529
Etiam quercus bacchatur 76
Et me mater 574
Et meum telum 484
Et nati notorum 206
Et operam et retia 307
Et praedam et praemium 701
Et puero perspicuum 566
E triuio 134
E tribus malis 359
Et Scellii filium 537
Euenit malo male 722
Euentus praeter exspectationem 580
E vestigio 237
Euitata Charybdi in 476
Eum ausculta, qui quatuor sunt aures 602
Eumdem calceum 646
Euparyphus ex comoedia 204
Euripus homo 330
Eurybatizare 295
Eurycles 470
Ex Academia venis 69
Exacta via, viaticum quaerere 21
Ex aequo partire 417
Ex amphitheto bibisti 452
Ex arena funiculum nectis 290
Ex aspectu nascitur amor 56
Ex cohorte praetoris 33
Excubiarum causa 322
Excubias agere in 61. 368
Ex diametro opposita 197
Ex eodem ore 338. 561
Exercitatio potest omnia 80
Ex fronte perspicere 124
Ex habitu bonum virum prae se fert ib.
Eximere e manu 531
Ex inanibus paleis 317
Ex Iouis tabulis 245
Exigit et a statuis farinas 608
Exigua res est 415
Exiguum malum 541
Exiguum oboli pretium 134
Ex ipso boue lora 460
Exitii nulla ratio 688
Ex libro gubernatores 523
Ex minimis initiis 541
E natali emortualem facere 22

Ex ore lupi 192
Ἐξορχεῖσθαι 42
Ex ouo prodiit 250
Exordiri telam 6
Expedit plura habere 336
Ex Phelleo venire 663
Ex sinu illius 47
Expertes inuidentiae 407
Exsecrationes serere 457
Ex se fingit velut araneus 222
Exspecta anus 686
Exspecta bos aliquando herbam ib.
Ex stipula cognoscere 124
Ex syngrapha agere 618
Ex tempore viuere 629
Extis pluit 95
Extra calcem 2
Extra cantionem 199
Extra chorum saltare 40
Extra fumum et vndam 627
Extra lutum pedes habes 631
Extra oleas fertur 40. 199
Extra organum 199
Extra periculum ferox 632
Extra publicam viam 108
Extra quaerere sese 658
Extra telorum iactum 632
Extrema extremorum 359
Extrema linea 598
Extremis digitis attingere 346
Extremum occupet scabies 708
Ex tripode 245
Extritum ingenium 145
Ex tua officina 543
Ex vmbra in solem 850
Ex vno multa facere 70
Ex vno omnia specta 125
Exurere mare 319

F.

Faba nummus 501
Fabarum arrosor 607
Faber compedes 466
Faber quum sis 20
Facere fucum 292
Faciem, os perfricare 299
Facies tua computat 443
Facile cum valemus recta consilia aegrotis damus 53
Faciunt et sphaceli immunitatem 578
Facta iuuenum, consilia 37
Factum stultus agnoscit 635
Factum transactum 183
Faecem bibat, qui 472
Falces postulabam 40
Fallaciam alia aliam trudit 475
Falsum probrum 103
Fames et mora bilem in nasum conciunt 232
Fames magistra 547
Fames Meliaca 548
Famis campus ibid.
Farcire centones 276
Fastuosus Maximus 71
Fatale vitae 445
Fatis adactus 510
Fatis imputandum ib.
Fato Metelli 279

Fatum immutabile 510
Felicitas a Deo 98
Felis Tartesia 389. 607
Feli crocoton 196 402
Felicitas multos habet amicos 98
Felicium multi cognati 54
Felicibus sunt et trimestres liberi 204
Felix Corinthus, at ego 35
Felix qui nihil debet 732
Felix quem faciunt aliena 637
Femina nihil pestilentius 234
Fenestram aperire 531
Feras non culpes 511
Feri puer 326
Ferire frontem 493
Ferre iugum 298
Ferro diuidere 712
Ferreus aheneus 74
Ferrum ferro acuitur 553
Ferrum et flamma 485
Ferrum natare doces 310
Fertilior seges 407
Feruet olla, viuit 545
Festina lente 681
Festo die si quid prodegeris 591
Festucam ex oculo alterius deiicere 570
Festum multas habens 536
Ficulnus 140
Ficulnus gladius ibid.
Ficulnum auxilium 86
Ficum cupit 29
Ficum Mercurio 140
Ficus auibus gratae 449
Ficus diuidere 662
Ficus ficus, ligonem 440
Ficus post pisces 644
Fictilis homo 716
Fiducia pecunias amisi 168
Fidus amicus 52
Figulus figulo inuidet 406
Filius degenerans 158
Filum contentionis tunc erat 189
Filum neuisti et 559
Finem vitae specta 560
Fixis oculis intueri 178
Flagitiorum turpis exitus 727
Flamma fumo est proxima 187
Flere ad nouercae tumulum 652
Flet victus, victor interiit 707
Flocci non facio 131
Flos cinis 257
Floribus austrum 470
Fluctus mutus 408
Fluuius non semper fert secures 266
Fluuius cum mari certat 213
Fluuius, quae procul 7
Focus luculentus in aedibus 248
Fodere latus. 481
Foedum est et mansisse diu 268
Foenum esse 382
Foenum habes in cornu 571
Folio ficulno tenes 342
Folium Sibyllae 244

Fon-

Fontes ipsi sitient 289
Fontibus apros 470
Foras Cares 401
Fores aperire 7
Fores habet tritas, vt pastorum casae 280
Formica camelus 217
Fors domina campi 256
Fortes fortuna adiuuat 82
Fortis in alium fortiorem incidit 728
Fortuna aestuaria 256
Fortunatior Strobilis 358
Fortuna reddit 572
Fractis auribus 584
Frater viro adsit 108
Fratrum inter se irae 538
Fricantem refrica 553
Frigidam aquam 326
Frons occipitio prior 182
Frontem exporrigere, con trahere 428
Frontis perfrictae 299
Frusto panis 131
Frustra canis 317
Frustra currit 318
Frustra habet, qui non ,7
Frustra herculi 105
Frustatus conatus 121
Fuere quondam strenui Milesii 269
Fuga tutior 185
Fuge procul a viro maiore ib.
Fulgur ex pelui 146
Fuimus Troes 270
Fuit et Mandroni ficulna nauis 589
Fumantem nasum vrsi ne tentaueris 728
Fumi vmbra 146
Fumosae imagines 516
Fumos vendere 703
Fumum fugiens 476
Funditus, radicitus 403
Funem abrumpere 491
Funem reducere 507
Fungus 382
Funiculum ad lapidem 182
Funiculum fugiunt 482
Furari litoris arenas 19
Furem fur cognoscit, et lupum lupus 643
Fures clamorem 482

G.

Gallos quid exsecas 19
Gallorum incusare ventrem 590
Gallus insilit 696
Gallus in suo sterquilino multum potest 66
Gamma Betam persequitur 184
Gangamon 563
Gargara bonorum 94
Gaudium dolori iunctum 59
Generosior Codro 514
Generosioris arboris 543
Generosior Sparta 514
Generosior ex crumena 137
Genius malus 358
Genuino mordere 529
Genu sura propius 595
Gigantum arrogantia 72

Gladiator in arena consilium capit 639
Gladiatorio animo 569
Gladium acutum auertas 191
Gladium dedisti 531
Glauci ars 487
Glaucus alter 581. 592
Glaucus comesa herba 175
Glaucus poto melle resurrexit 578
Gleba aruum 26
Glossogasteres 33
Gloriosum et apud posteros 582
Gloria futuri ibid.
Gnomon et regula 411
Γοργὸν βλέπειν 179. 700
Gorgonem Perseus aggreditur 219
Graculus inter musas 195
Graeca fide 334. 561
Graeco more bibere 449
Grata breuitas 99
Grata nouitas 518
Grauiora Sambico 364
Grues lapidem 181
Γρύζειν 698
Guttam aspergere 500
Gutta vini 26
Gygis annulus 90
Gyrgathum spiras 322

H.

Habet 719
Habet et musca splenem 723
Hac non egreditur 523
Haec potior 217
Haeret in vado 563
Haesitantia cantoris tussis 652
Halcedonia sunt apud forum 630
Halcyonis agis dies ibid.
Hanc technam in te 459
Harmodii cantilena 424
Hasta caduceum 62
Hastam abiicere 623. 709
Hastam corripuit robustam 623
Haud annuncias 520
Haud canit paternas cantiones 158
Haud contra ostium 40
Haud impune vindemiam facit 106
Haud perficiet 560
Haud quaquam difficile 29
Haud vmquam arcet ostium 280
Hecale pauperior 547
Hecatae coena 262
Hedera post antistheria 637
Helenae cibi 431
Ἡμερόκοιτος 612
Heraclius lapis 411
Herbam dare 709
Herculana scabies 377
Herculana balnea 431
Herculani lecti 450
Herculanus morbus 377
Herculanus nodus 710
Herculei labores 319
Hercules et simia 217
Hercules hospitatur 686

Herculeus nodus 339
Herculis cothurnos 8
Herculis quaestus 203
Heri et nudius tertius 521
Hermionis vice 629
Herniosi in campum 690
Herniosus vsque ad 392
Heroum filii noxae 158
Hesiodi senecta 442
Hesperidum mala 455
Heterognathus es 448
Heteromolia causa 106
Hiberae naeniae 704
Hic bonorum virorum morbus est 583
Hic fumus nihil 266. 314
Hic Rhodus, hic saltus 73
Hic telam texuit 559
Hinc belli initium 542
Hinc illae lacrimae 343. 544
Hinnulus leonem 213
Hiparchorum tabula 718
Hiparchi murus 671
Ἱππομανῶν 397
Hippolytum imitabor 604
Hipponacteum praeconium 529
Hirundines sub eodem 372
Hirundinem musca 272
Hirundo totos schaenos antecibit 213
His Medus non insidiatur 628
Hac age 81
Hoc calceamentum 332
Hoc iam et vates 517
Hoc municeps aut vicinus nunciauit 103
Hoc noueram priusquam Theognis natus est 136
Hodie nihil succedit 353
Hodie nullus, cras maximus 589
Homines frugi 415
Homini diligenti semper aliquid superest 180
Hominis figura oratione agnoscitur 652
Homo bombylius 71
Homo bulla 715
Homo homini Deus 580
Homo homini lupus 169
Homo semper contradicens 274
Homo Thales 600
Homo trioboli 134
Homo tressis 128
Horna messis 93
Hospes indigenam 713
Hostimentum est 554
Hostis domesticus 463
Hostis non hostis 373
Hostium munera 169. 505
Huius non facio 135
Humi hauris 320
Hydram secas 314. 474
Hydrus in dolio 343
Hylam inclamas 314
Hyperberetaea 687
Hyperi vertigo 670
Ὑπεψηνισμένη 236
Ὑπερμαζᾶν 432
Hypsea caecior 101
Hystricis feta 530

I.

IActare iugum 34

Iactantiae comes 407
Ialemo frigidior 351
'Ιαμβίζειν 456
Ibyci equus 22
Ibyci grues 720
Idem Accii quod Titii 649
Iecit Achilles duas tesseras et quatuor 92
Ignarium dare 327. 481
Ignauis semper feriae 284
Ignaui vertitur color 695
Ignem palma 238
Igni ferroque minari 485
Ignem dissecare 305
Ignem gladio ne fodito 421
Ignem igni ne addas 474
Ignis ad torrem 586
Ignis mare, mulier, tria mala 235
Ignis non exstinguitur 474
Iisdem e litteris Comoedia 63
Iisdem vescentes cepis 648
Ilias malorum 361
Ilico hiems erit 475
Iliensis tragoedos 458
Illo respiciens, sed hic remitte bona 654
Illotis manibus 689
Illotis pedibus ingredi ib.
Imodo venare leporem 589
Immolare boues 592
Imis ceris eradere 524
Imi subsellii 138
Imitabor Nepam 507
Impete peritum artis 321
Immunem venire 664
Imperator bonus et idem robustus miles 604
Imperitus subligaculo indutus 70
Impossibilia captas 290
Improbitas muscae 85. 494
Improbi consilium in extremum 720
In acie nouaculae 188
In aere meo est 52
In aëre piscari 19
In agro surculario capras 199
In alieno choro pedem ponere 43
In alieno foro litigare 285
In alio mundo ibid.
In angulo 535
Inani spe flagrat 266
Inanis conatus 322
Inaniter aquam consumis 315
Inanium inania consilia 649
In apes irruisti 353
In Aphannis 522
In antro Trophonii 422
In antrum haud legitimum stimulum 714
In aqua haeret 563
In aquam sementem 306
In aqua scribis 305
In area latitas 342
In arena aedificas 306
In arenam descendere 225
In armis accissat 574
In aurem dicere 534
In beatam 356
In beato omnia beata 671
In canis podicem inspicere 101

In

In caput praecipitari 715
Incaprificatus es 111
In capras syluestres 160
In Care periculum 225
Incidit in foueam 459
Incita equum iuxta 40
In clamosos 116
In caducum parietem inclinare 268
In caelo esse 98
In caelum iacularis 316
In caelum exspuis 416
In crastinum feria 400
Incudi reddere 179
In culmo arare 495
Incus maxima non metuit strepitum 129
In dextram aurem 630
In diem viuere 630
Indignus qui illi matellam porrigat 144. 215
In discrimine apparet, qui vir 83
Indoctior Philonide 143
In dolio figularem artem discere 225
Induitis me leonis exuuium 197
Indulgere genio 446
Indus elephantus non curat culicem 141
Industriam adiuuat 348
In eadem es naui 186
In easdem ansas venisti 342
In eburnea vagina plumbeus gladius 197
Inelegantior Libethriis 281
In eodem haesitas luto 316
In eo ipso stas lapide, in quo 162
Inertium chorus 142
Inescare homines 378
Inest et formicae et serphobilis 723
Ineuitabile fatum 510
Inexorabilis 74
Inexorabilis et durus 78
Inexplebile dolium 613
Inexploratus homo 296
In fermento iacere 408
Infixo aculeo fugere 528
Inflare buccas 429
Inflige plagam ab aratro 253
Influit quod exhauritur 320
In folle offerre 518
In foribus adesse 237
In foribus vrceum 140
In formidolosum 697
In frigidum furnum 311
In fugitiuum 697
Ingens discrimen 193
Ingens interuallum 172
Ingens telum 511
Ingens rerum multitudo 94
Ingratitudo vulgi 371
Ingredi Iunonium 70
In herba esse 325
In herba luxuries 13
In herbis 669
In hoc calceamento 375
In holmo cubabo 600
In idem conspirare 122
Inimicus et inuidus 406
Iniquum petendum 492
Initium belli 542

Initio confidens, in facto timidus 696
Iniuria soluit amorem 56
In lapidicinas 356
In laqueos lupus 342
In laqueum inducere 292
In leporinis 433
In lente vnguentum 198. 400
In limine offendere 209
In lipsydrio pugnas 254
In magnis et voluisse sat est 120
In mari aquam quaeris 18
In mari venari 19
In matellam immeiere 645
In me haec cudetur faba 725
In morbo consumat 540
In nauibus educatus 384
In neruum ire 187
In nihil sapiendo iucundissima vita 260
In nocte consilium 178
Innocuus alium aspiciam meum habentem malum 45
In numerato habere 586
In occipitio oculos gerit 179
In omnia potentes 576
In omni fabula et Daedali exsecratio 223
In orci culum incidat 356
In ore atque 517
In ostio formosus 28
In pace leones 403
In parte vel ignem 323
In pedes retrocedit 698
In periculoso negotio 193
In planitiem equum 584
In portu nauigare 628
In portu impingere 209
In pulicis morsu Deum inuocat 696
In puteo constrictus 148. 503
In puteo cum canibus 356
In Pythii templo cacare 185
In quadrum redigere 178
In quinque iudicum 410
In re mala, animo si bono 34
Insania laurus adest 621
Insania non eadem omnibus 299
Insanire cum insanientibus 527
In saxis seminas 306
Inscitia confidentiam parit 689
In se descendere 489
In senem libidinosum 403
In senem ne quod 373
In simpulo 535
In siluam ligna ferre 316
In sinu gaudere 673
In sinu manum habere 667
In sola Sparta 444
Insperabilem vitam agis 581
Intempestiua beneuolentia 399
In tempore cauenda 483
In tenebris saltare 534
Inter coecos regnat strabus 218
Inter caesa et porrecta 686
In tergore bouis desedit 723
Inter indoctos etiam Corydus sonat 136

Inter lapides pugnabant, 321
Inter malleum et incudem 188
Inter manum et mentum 256
Inter os et offam 324
Inter pueros senex 60
Inter sacrum et saxum 187
In terra pauperem 629
Intersecta musica 275
Inter suas praesepes 629
Interuallo perit fames et optime 687
In toga saltantis 24
Intra labia risit 618
In tranquillo est 626
In transcursu 346
In transennam 379
Intra septimam 239
Intra tuam pelliculam 490
In triuio sum 61
In tua ipsius arena 286
In tuo luco et fano est situm 629
In tuo regno ibid.
Intus canere 593
Intus et in cute 517
In tuum ipsius 540
In tuum ipsius malum 462
In tuum ipsius sinum 489
In vado 626
In venatu periit 459
In ventrem insilire 663
Inueni, non quod in faba pueri 92
In via ne seces ligna 661
In vino veritas 439
Inuita Minerua 149
Inuitis canibus 318
Inuitos boues ibid.
Inuitus Iuppiter nouit 723
Inuulnerabilis es Caeneus 709
In vltimas terras 223
Inûs dolores 365
Inutilior blace 145
In vtramuis aurem dormire 630
In vtrumuis dormire oculum ibid.
Iocandum vt seria agas 21
Ioca seriaque 540
Ionice 449
Io Poean 31
Iouem lapidem iurare 246
Iouis Corinthus 678
Iouis Cerebrum 431
Iouis germen 516
Iouis lac 431
Iouis sandalium 70
Iouis suffragium 246
Iouis tergus 692
Ἱππομανεῖν 397
Ipsa dies quandoque parens 256
Ipsa olera olla legit 470. 645
Ipsa senectus morbus 377
Ipse dixit 71
Ipse semet canit 32
Ipse sibi mali 466
Ipse sibi perniciem 470
Ipsi curandum 27
Ipsis et Chiis 48
Ipsis placet 574
Ipsi testudines edite 471

Ipso cratere 472
Ipso horreo 435. 591
Ipsum ostii limen tetigisti 27
Ira omnium 539
Iracundior Adria 408
Ire per extensum funem 158
Iro, Codro pauperior 548
Irrisibilis lapis 422
Irritare crabrones 420. 468
Issa 358
Isthmum perfodere 306
Ita fugias ne 490
Iterum atque iterum apud Pythum via 677
Iterum tranquillitatem video 678
Iterum eumdem ad 409
Ithorus 180
Itidem et Acheronti 693
Iubentis aperte loqui 437
Iudicanda malorum 481
Iucunda rerum vicissitudo 492
Iucundi acti labores 480
Iucundissima nauigatio 492
Iugulare mortuos 15. 527
Iugum idem trahere 643
Ingere vulpes 14
Iuppiter aquilam delegit 175
Iuppiter orbus 15
Iustitiae oculus 415
Iustitia in se virtutem 415
Iustitia iustior ib.
Iuuenari 414
Iuuenta viribus 414
Iuxta cubitum profecit 594
Iuxta cum ignarissimis 285
Iuxta fluuium puteum fodit 17
Iuxta melam 178
Iuxta nauem 503
Iynge trahor 57

L.

Laborem serere 313
Labore laboriosus 359
Labrax Milesius 614
Labyrinthus 564
Laconismus 99
Lacrima nihil citius 328
Lacina tenere 345
Lac gallinaceum 95. 616
Laconicae lunae 683
Lacunam explere 607
Λακκόπλυτοι 204
Lanam in officinam fullonis 16
Lapidem decoquis 313
Lapides flere 429
Lapidi loqueris 311
Lapsana viuere 664
Laqueus auxiliari 478
Laqueus laqueum cepit 342
Largitio non habet fundum 591
Lari sacrificant 667
Larus hians 383. 614
Larus in paludibus 436
Larus parturit 264
Λαρυγγίζειν 117
Late viuens 286
Laterem lauas 311
Latum unguem 79

Laua-

Lauares Peliam 581
Laudant vt pueri pauonem 611
Lauerniones 610
Laureolam in mustaceis quaerere 68
Laureum baculum gesto 96
Lecytho pinguior 383
Lecythum habet in malis 270
Legatus non caeditur, neque violatur 245. 633
Lemnia manu 368
Lemnium malum 359
Lens Deus 678
Lenticulam angulo tenes 290
Lentiscum mandere 298
Leo chordula vinctus 640
Leonem ex vnguibus aestimare 123
Leonem larua territas 302
Leonem radere 470
Leonem stimulas 469
Leonem videre, hostium tela protendit 127
Leonina societas 711
Leonis catulum ne alas ib.
Leonis exuuium super 21
Leonis vestigia quaeris 696
Leporem non edit 249
Lepori esurienti 512
Leporis vita 635
Lepos Atticus, eloquentia Attica 231
Lepus pro carnibus 192
Lepus dormiens 657
Lepus apparens 368
Lerii mali 293
Lerna malorum 361
Lesbia regula 414
Lesbiari 394
Lesbiis digna ibid.
Lesbius Prylis 601
Letale mulsum 30
Λευκηπατίας 698
Leui brachio 347
Leuissima res oratio 252
Lex et regio 526
Lex in manibus 711
Libera corcyra 441
Liberae caprae ab aratro 282
Liberi Poëtae et 441
Liber non est, qui 532
Libero lecto nihil 440
Liberorum amantior quam Gello 55
Libyca fera 336
Lignum tortum haud 370
Limen senectae 445
Λιμοδωριεῖς 549
Lindii sacrum 621
Lingere salem 664
Lingua amicus 53
Lingua bellare 697
Lingua iurauit 333
Lingua lapsa verum 439
Lingua non redarguta 299
Lingua quo vadis? 276
Lingua seorsim inciditur 277
Linum lino nectis 311. 680
Lippo oculo similis 493
Lis litem serit 475
Litem incipere 623

Litem

Litem mouebit, si vel canem 622
Litem parit lis 475
Littore loquacior 273
Littori loqueris 304
Lityersam cantionem 426
Locrensis bos 136
Locrense pactum 332
Lolio victitant 100
Longae regum manus 719
Longe lateque 170
Longum prooemium audiendi cupido 677
Longum valere 507
Loquax talpa 380
Loripedem rectus derideat 162
Lotum gustauit 286
Lucerna accendere 408
Lucernam adhibes in 24
Lucerna pinguior 383
Lusciniae deest cantio 291
Lucri bonus est odor ex re qualibet 608
Lucrum pudori praestat 609
Lumen soli mutuas 8
Lunae radiis non 85. 559
Lunam detrahere 462
Lupi alas quaeris 20
Lupi decas 262
Lupi illum priores 498
Lupinum potum 241
Lupo agnum eripere postulat 291
Lupus ante clamorem 482
Lu pus aquilam fugit ibid.
Lupus circum puteum chorum agit 280
Lupus est in fabula 671
Lupus hiat 280
Lupus pilum mutat 369
Lusciniae nugis insidentes 272
Lusciniae deest cantio 291
Luto lutulentior 663
Lutum luto purgare 475
Lutum nisi tundatur 349
Lutum sanguine maceratum 152
Lux affulsit 96
Lychnobii 515
Lydi mali, post hos Aegyptii 293
Lydio more 395
Lydius currus 219
Lydius lapis 411
Lydorum caryeae 433
Lydum in planiciem prouocas 585
Lydus cauponatur 394
Lydus in meridie ib.
Lydus ostium claudit 169
Lynceo perspicacior 565
Lysicrates alter 203
Lysistrati diuitias habes 200

M.

Machinas post bellum adferre 683
Macilenta manu 546
Macilentior Leotrephide 664
Mactata hostia lenior 479
Madusa 87
Maesonica dicteria 457

Maga-

Magadari 562
Magis gaudet eo 429
Magis impius Hippomene 298
Magis ipse Phryx 32
Magis mutus quam piscis 674
Magis sibi placet quam Peleus in machera 73
Magistratum gerens 34
Magistratus virum indicat 224
Magis varius quam hydra 335
Magna ciuitas 487
Magnetum mala 360
Magnorum fluuiorum 541
Magnum os anni 203
Magnus versatur in 335
Mala attrahens ad 461
Mala malis eueniunt 722
Mala proditio 727
Mala senium accelerant 634
Mala vltro adsunt 358
Maleam legens, quae domi sunt obliuiscere 192
Male coniugati 234
Male parta, male dilabuntur 727
Mali bibunt improbitatis fecem 718
Mali commatis 293
Mali corui, malum 542
Mali principii malus finis 223
Mali thripes mali ipes 647
Malis mala succedunt 360
Malis mala eueniant 722
Malis ferire 498
Malis ter mala 727
Malo accepto stultus sapit 635
Malo asino vehitur 364
Malo nodo malus quaerendus cuncus est 649
Malorum assuetudo 473
Malorum obliuio 522
Malorum panegyris 363
Malorum thesaurus ibid.
Malum bene conditum 471
Malum consilium 464
Malum est bonum 403
Malum lucrum 377
Malum malo medicari 474
Malus munus 505
Malum vas non frangitur 260
Malum Hercules 139
Malus choraules, bonus symphoniacus 279
Malus cum malo colliquescit voluptate 642
Malus ianitor 344
Mancipera 706
Mandare laqueum 136
Mandrabuli more res succedit 157
Manduces 234
Manica 216
Manibus pedibusque 119
Maniuoro vinculo 496
Manliana imperia 149
Mansum ex ore 56
Manum admouere 348.594
Manum ad os apponere 674
Manu fingere 349
Manu longa et manu breui vi tradere 242

Manum admouenti 348
Manum de tabula 483
Manum ferulae 412
Manum habere sub 430
Manum non verterim 130
Manu ferendum 490 682
Manus manum fricat 552
Manus pretium 350
Maras 415
Mare aureum 453
Mare caelo miscere 121
Mare exhauris 319
Mare proluit 298
Margites 381
Mare malorum 362
Mare prius 288
Mari aquam addere 322
Mari e fossa aquam 23
Marinam auditionem 37
Maritimi mores 333
Maritimus cum sis 509
Mars communis 324
Mars haud concutit sua ipsius arma 648
Mars rex 712
Martem tueri 430
Martis campus 714
Martis pullus 83
Maschalam tollere 452
Masculum 252
Matioloechus 77
Matrem sequimini 439
Matris vt capra 515
Ματτυάζειν 432
Mature fias senex 443
Matura satio saepe decipit 241
Maturior moro 586
Mazam pinsuit a me pistam 118
Mea est pila 710
Medium ostendere digitum 136
Medius teneris 342
Medullitus oculitus 56
Megarenses neque tertii neque quarti 142
Megarensium lacrimae 652
Megaricae sphynges 609
Megaricum machinamentum 336
Meis auspiciis 113
Melanione castior 604
Meliacum remigium 275
Meliores nancisci aues 588
Melitaea catella 341
Melitaeus catulus ibid.
Melle litus gladius 654
Melle teipsum perungis 393
Mellis medulla 432
Melius nobis est quam heri 589
Μελιτουργεῖν 686
Memorem mones 318
Me mortuo, terra 41
Mendax atraphaxis 573
Mendici pera non impletur 608
Mendico ne parentes 551
Mendicorum loculi semper inanes 608
Mense Maio nubunt 400
Mens est in tergoribus 660
Mens non est 380
Mens peregrina 81
Mens videt, mens audit 568

Men-

Mentham belli 401
Metiuntur multa cantores 703
Meos corymbos necto 40
Mercator est 596
Mercator nauiga atque expone 587
Mercenarium praeconium 28
Mercuriale 580
Mercurio dextro 539
Mercurius infans 10
Mercurius superuenit 672
Merx vltronea putet 140
Messena seruilior 387
Messe tenus 492
Methyso cottabi 450
Metiri digitis 180
Metum manem metusti 301
Metus infamiae 483
Midae diuitiae 200
Midas auriculas 382
Midas in tesseris consultor optimus 96
Mihi curae erit negotium 182
Mihi ipsi balneum ministrabo 595
Mihi ista curae futura sunt 182
Mihi isthic nec seritur 41
Militauit cum Erasinade 367
Milium terebrare 311
Milium torno sculpere 318
Mineruae felem 214
Mineruae suffragium 247
Minimo prouocare 136
Minore finire pomaerio 100
Minus de istis laboro, quam 141
Minus habet mentis 386
Minutula pluuia imbrem paris 78
Minxit in patrios 368
Mira de lente 39. 403
Miseram messem metere 27
Miserior monomachis 364
Miscebis sacra profanis 120
Miserrimum fame mori 232
Mithragyrtes, non daduchas 132
Mitior columba 480
Mitte in aquam 354
Mittere sanguinem 385
Moderator negotii 604
Modio dimetiar 455
Modis omnibus incitat 326
Modo palliatus modo 327
Moenia ferrea, non terrea 253
Moenia Semiramidis 629
Molestum sapientem 403
Molestus interpellator venter 233
Molli brachio 347
Momo satisfacere 64
Monogrammi 251
Monophagi 665
Mons cum monte non miscetur 649
Monstrari digito 220
Monstrum alere 534
Montes frumenti 453
Mopso Nisa datur 581
Morbum morbo addere 474
Mordere frenum 408

Mor-

Mordere labrum ibid.
Mordicus tenere 569
More Carico 17
Mores amici noueris, non oderis 46
Mores hominum regioni respondent 649
Moriendum priusquam 345
Mors omnibus 512
Mors optima 444
Morsus aspidis 530
Mortem tueri 723
Mortui non mordent 527
Mortuis non conuiciandum ibid.
Mortuis mederi 628
Mortuo leoni et lepores insultant 627
Mortuo mederi 312
Mortuo verba facis 303
Mortuos videns 128
Mortuum flagellas 303
Mortuus iacet pedens 657
Mortuus per somnum, vacabis curis 128
Mortuum vnguento 16
Moschus canens Boeoticum 275
Mouebo talum a sacra linea 229
Mouere Camarinam 472
Mox sciemus melius vate 223
Mucosis naribus 411
Mulgere hircum 14
Mulier imperator, et mulier miles 696
Mulierem ornat silentium 672
Mulieri ne credas, ne mortuae quidem 234
Mulieris animus 330
Mulieris oculus 235
Mulieris podex 284
Mulier pudica ne sola sit usquam 235
Mulierum exitia 235
Muli Mariani 350
Multa cadunt inter 324
Multa docet fames 547
Multae manus onus leuius reddunt 111
Multae regum aures atque oculi 154
Multae rotae voluentur 256
Multa in bellis inania 301
Multam siluam gestas 249
Multa noris oportet 337
Multa nouit vulpes 334
Multa Syrorum olera 135
Multas amicitias silentium diremit 50
Multi bonique 516
Multi discipuli praestantiores magistris 216
Multi Mannii Ariciae 516
Multi qui boues stimulent, pauci aratores 651
Multis ictibus deiicitur quercus 80
Multis parasangis praecurrere 312
Multi te oderint 575
Multi thyrsigeri, pauci Bacchi 651

Multitudo Imperatorum Cariam perdidit 204
Multorum festorum Iouis glandes comedit 602
Muneribus res 499
Muneribus vel dii 498
Munerum animus 504
Munerum corruptela 499
Munus exiguum sed opportunum 692
Munus leuidense 139
Murem pro leone ostendit 264
Muris circumcurrentibus 534
Muris in morem 544
Muris interitus 670
Murus aheneus 157
Mus albus 341
Mus non vni fidit antro 46. 599
Mus picem gustans 636
Musarum aues 232. 271
Muscas depellere 320
Muscum demetere 244
Muscae 544
Mus non ingrediens 23
Mustelae seuuta 585
Mustelam habes 357
Mutabilior Metra 329
Muti magistri 675
Mutua defensatio 122
Mutua defensio tutissima 122
Muta persona 675
Mutare vestem 426
Muti citius loquentur 673
Mutus hipparchion 675
Mutus magis quam scapha 675
Myconiorum more 544
Myconius caluus 37
Myconius vicinus 391
Mylus omnia audiens 153
Myosobae 29
Myrteam ambis coronam 176
Μυσικαρφὶ 261
My sortituses 365
Mysorum ac Phrygum termini 171
Mysorum postremus 142
Mysorum praeda 698
Mysorum vltimus nauigat 687
Μύτης 450

N.

Naera et Charmione 49
Ναικισσοφεύειν 660
Nam iam illi non sunt 269
Nani 548
Naribus trahere 388
Naso suspendere 161
Nasus 414
Naturam expellas furca 369
Nauci non facio 131
Naues onustae conuiciis 530
Nauibus atque quadrigis 236
Nauiges Troezenem 249
Nauiget Antyciras 386
Nauis annosa 502
Nauphracton tueri 67
Nauson Naucrati 646

Nauis aut galerus 63
Ne a chytropode cibum nondum 610
Ne ad aures quidem 535
Ne Aesopum quidem triuisti 282
Ne allia comedas et fabas 623
Ne allii quidem caput 133
Ne altero quidem pede 80
Ne Apollo quidem 525
Ne bestiae quidem 494
Ne bolus quidem 404
Nebulae in pariete 135
Nebulas diuerberare 304
Nec animans, nec 540
Ne caprea contra Leonem 220
Nec apud homines 522
Nec aures habeo, nec 17
Nec caput nec pedes 565
Nec cinerem vitans 477
Nec crepitu quidem digiti dignum 129
Nec cuiuis dextram inieceris 47
Nec currimus, nec 565
Nec dignus qui me intueatur 215
Necessarium malum 58
Necessitas magistra 510
Necessitas molesta 513
Nec mulieri, nec gremio credendum 235
Nec obolum habet 545
Ne contra bouem opta 730
Nec passim, nec omnia, nec ab omnibus 608
Nec sibi, nec aliis vtilis 281
Nectaris flos 431
Nec vno dignus 132
Ne decima quidem Syracusanorum pars 200
Ne de lite pronuncies 106
Ne depugnes in alieno negotio 43
Ne dii quidem 512
Ne elephantus ebiberet 88
Ne Execestides 564
Nefasti dies 365
Ne genu quidem flexo 80
Ne gladium tollas mulier 109
Neglectis vrenda filix innascitur agris 284
Negotium ex otio 580
Negotium non aptum 501
Ne gry quidem 676
Ne gustaris quibus nigra est cauda 147
Ne guttam quidem 134
Ne Hercules quidem aduersus duos 106
Ne ignifer quidem 404
Ne incalceatus in montem 600
Ne in Melampygum incidas 189
Ne in neruum erumpat 191
Ne in pelle quidem 546
Ne inter apia quidem sunt 7
Ne intra vestibulum 572
Ne Iuppiter quidem omnibus placet 65
Ne ligula quidem dignum 129
Ne magna loquaris 571
Ne maior thylaco accessio 27

Ne malorum memineris 523
Ne Mercurio quidem credere 168
Ne mihi Suffenus essem 72
Ne mihi vacum 486
Nemini fidas, nisi cum quo 168
Nemo bene imperat, nisi 205
Nemo bene merito 372
Nemo cogendus amicus 513
Nemo cogendus officii 510
Nemo laeditur, nisi 470
Nemo malus hoc sciet 165
Nemo mortalium omnibus horis sapit 258
Nemo nos insequitur 681
Nemo quemquam 418
Ne moue festucam 77
Me moueto lineam 417
Ne musca quidem 659
Ne My quidem facere audet 697
Ne nimium callidum hoc sit modo 239
Ne nomen quidem 156
Ne nummus quidem plumbeus 133
Neoptolemi vindicta 457
Ne patris quidem 514
Ne per somnium quidem 264
Nephalia ligna 667
Nephalium sacrum 665
Ne pictum quidem vidit 286
Ne praeceps fueris ad iurandum 688
Ne pudeat artem 616
Ne punctum quidem 172
Ne puero gladium 191. 197
Ne quaere mollia, ne tibi contingant dura 266
Neque caecum ducem, neque amentem 102
Neque caelum, neque 39
Neque compluitur, neque sole 280
Neque cum malis, neque sine malis 58
Neque enim ignari 473
Neque Lydorum caricas 491
Neque mel 348
Neque natare, neque litteras 280
Neque nulli sis amicus, neque multis 47
Neque pessimus 492
Neque terrae motus timet neque fluctus 84
Ne quicquam sapit, qui sibi non sapit 594
Ne quid nimis 491
Ne quid moueare verborum strepitu 83
Ne quid suo suat 461
Ne quis vnquam 382
Ne ramenta quidem 134
Nescis quid vesper 325
Nescit capitis 383
Ne si ad Iouis quidem aulam 426. 627

Ne si bos quidem vocem edat 704
Ne sis patruus mihi 428
Ne spina quidem vulnerabit bonos 728
Nestorea eloquentia 231
Nestorea senecta 441
Ne supra pedem 492
Ne sutor vltra crepidam 73
Ne temere Abydum 190
Ne tempestas quidem 548
Ne terra quidem iuuit 133
Ne teruncium quidem insumsit 131
Ne tria quidem Stesichori nosti 281
Ne verba pro farina 323
Ne vestigium quidem 224
Ne via quidem eadem 538
Ne vidit quidem oleum 284
Ne vities musicam 491
Ne vmbram quidem eius nouit 133
Ne vni naui facultates 189
Niger infamis 105
Nihil ab Elephante 380
Nihil ad Bacchum 38
Nihil ad fides 38. 194
Nihil ad Parmenonis suem 214
Nihil ad rem 40
Nihil ad versum 38. 194
Nihil agere 309
Nihil aliae ciuitates ad Crotonem 215
Nihil cum amaracino sui 194
Nihil differs 380
Nihil dulcius quam omnia scire 153
Nihil de vitello 664
Nihil ex agro dicis 232
Nihili cocio est 146
Nihil graculo cum fidibus 193
Nihil graue passus es, nisi tibi vendicas 230
Nihil homini amico est opportuno 692
Nihil inanius quam multa scire 153
Nihil minus expedit 491
Nihil intra est oleam 15
Nihil potest, nec addi 559
Nihil recusandum 504
Nihil sacri es 134
Nihil sanum 134
Nihil simile 212
Nihil profuerit bulbus 110
Niobes mala 366
Ni pater esses 155
Ni purges et molas 348
Nisi crura fracta 569
Nisi si qua vidit 533
Nocte lucidus, interdiu 14
Noctesque diesque 80
Nocuit et nocebit 188
Noctua volat 96
Noctuae Laurioticae 202
Noctuinum ouum 616
Nodum in scirpo quaerit 154
Nodum soluere 555
Nolens volens 60
Nomine tantum notus 286
Non abiicit animum 83

Non admodum misces 144
Non absque Theseo 109
Non cedendum malis 84
Non certatur de oleastro 192
Non Chius, sed Cius 337
Non contis aut 430
Non curat numerum lupus 612
Non decet principem solidam 662
Non enim spinae 588
Non e quouis ligno 502
Non eras in hoc albo 641
Non est beatus, esse qui se nesciat 149
Non est cuiusuis Corinthum appellere 164
Non est curae Hippoclidi 143
Non est Dithyrambus 550
Non est eiusdem et multa 273
Non est landandus, ne in coena quidem 299
Non est meum negotium, multum valeat 45
Non est oleum in lecytho 152
Non est remedium aduersus 104
Non filius Achillis 648
Non habet, cui 548
Non idem sunt scriptura et 334
Non illi inest dentale 389
Non impetam lingua 527
Non incedit per ignem 699
Non interpellandus famelicus 233
Non liberat podagra 476
Non licet in bello 409
Non luctu, sed remedio 41
Non magis parcemus quam lupis 152
Non magis quam canem 133. 538
Non missura cutem, nisi 680
Non mouenda moues 713
Non nauigabimus ad Hippolaitas 593
Non nauiges noctu 181
Non nostrum onus 501
Non nouit natos 286
Non omnes qui habent citharam 651
Non omnia eueniunt, quae 268
Non omnia possumus omnes 36. 220
Non omnibus contingit 166
Non omnibus dormio 656
Non omnino temere est 582
Non omnis fert omnia 37
Ne oportet hospitem semper esse hospitem 299
Non persuadebis, ne si persuaseris quidem 169
Non pluet 601
Non pluris quam simias 146
Non possumus non 438
Non potes Tethydem simul 46
Non probantis 156
Non quantum lusciniae dormiunt 181

Non quiduis contingit, quod optaris 730
Non semper erit 532
Non statim decernendum 682
Non statim finis apparet 244
Non statuar leaena 526
Non sum ex istis Heroibus 641
Non sunt amici qui procul degunt 50
Non suscipiendum negotium temere 689
Non tam aqua similis aquae 643
Non tam lac lacti simile ib.
Non videmus manticae 580
Non vna manu capere 180
Non vna vehit 496
Non vt prior laedam 419
Non vulgari ancora nititur 632
Nosce teipsum 489
Nosce tempus 689
Nostrae farinae 641
Nostris ipsorum alis 467
Nostra Marte 111
Nota res mala 473
Notare vngui, notare carbone 154
Notum lippis ac 566
Nouacula in cotem 352
Noua hirundo 292
Noui Simonem, et Simon me 294. 646
Nouit bona et mala 413
Nouit haec Pilaea et Tyttigias 623
Nouit quid album 413
Nouit vias, quibus 336
Nouos parans amicos, ne 46
Nouum cribrum nouo paxillo pendeat 650
Nox humida 102
Nuces relinquere 507
Nucleum amisi, reliquit pignori 267
Nudae gratiae 55
Nudior Leberide 545
Nudior paxillo 546
Nudo capite 300
Nudo vestimenta detrahere 19
Nudo mandas excubias 19
Nudus nec a centum 321
Nudus tanquam ex 546
Nugae theatri 519
Nugas agere 317
Nulla candidorum virorum vtilitas 699
Nullam corporis partem habet otiosam 607
Nullam hodie lineam duxi 283
Nullius coloris 285
Nullius indigens Deus 203
Nullo scopo iaculari 325
Nullum animal quod animal 659
Nullum otium seruis 535
Nullus delectus 413
Nullus dies omnino malus 157
Nullus emtor difficilis bonum 662
Nullus malus magnus piscis 576

Nullus sum 163
Numeris Platonicis 525
Numerus 141
Numero dicis 100
Nummo addicere 132
Numquam efficies vt recte 290
Numquam enim meos 420
Numquam ex malo patre bonus filius 544
Numquam viri 403
Non contingat seruari 185
Nunc bene nauigaui 478
Nunc dii beati 724
Nunc illa aduenit Datidis cantilena 89
Nunc in regionem veni 27
Nunc ipsa floret Musa 232
Nunc ipsa viuit sapientia ib.
Nunc leguminum messis 600
Nunc meae in arctum 563
Nunc pluit, et claro nunc Iuppiter 255
Nunc tuum ferrum 532
Nunquid et Saul inter Prophetas 195
Nutricum more male 613
Nutu atque renutu 576

O.

Obedientia felicitatis 369. 527.
Ὀβελίζειν 107
Obelo notare 85
Obiicere canibus agnos 189
Obliuionis campus 522
Obliquus cursus 338
Obolo dignus 133
Obsequium amicos 437
Ob textoris erratum 725
Obtorto collo trahi 618.712
Obturbas frustra 318
Obtrudere palpum 292
Obuiis vlnis 334
Occasione duntaxat 370
Occisionis ala 670
Occultae musices 533
Ocior accipitre 238
Oculatae manus 168
Oculis magis habenda fides, quam auribus 248
Oculos ferre in sinu, in capite 54
Oculum excludere 712
Oculus dexter mihi salit 95
Octapedes 201
Octipedem excitas 469
Oderint dum metuant 537
Odi memorem 523
Odi puerulos praecoci sapientia 244
Odit cane peius et angue 537
Odium agreste 536
Odium nouercale 537
Odium Vatinianum 536
O domus antiqua, quam 158
Odorari 565
Oedipi imprecatio 221
Oenoë charadram 471
Oestro percitus 430
Oetaeus genius 720
Officere luminibus 209
Officium humilius 502
Officium ne collocaris 513

Ogygia mala 359
Ὀικῆρος 207
Ὀιόλυκος 188
Oleo incendium 474
Oleo nitidius 270
Oleo tranquillior 479
Olerum appositiones 26. 134
Olet lucernam 180
Oleum camino addere 474
Oleum et operam 308
Olerum in auricula 572
Oleum, et salem oportet emere 692
Oleum vendere 572
Oliuam ne comedas 262
Ollae amicitia 54
Ollae vestigium 524
Olla lenticulam attigit 586
Ollam alere 485
Ollaris dens 139
Ollas ostentare 310
Ollas lippire 101
Ominabitur aliquis te conspecto 249
Omissa hypera, pedem 41
Omissis fontibus 13
Omissis nugis rem 28
Omitte vatem 405
Omne aes alienum cape, et mulcta allium 729
Omnem facultatem 551
Omnem iacere aleam 226
Omnem mouere lapidem ibid.
Omnem rudentem mouere ibid.
Omnem vocem mittere 118
Omnes attrahens, vt 461
Omnes laqueos effugere 167
Omnes sibi melius esse 595
Omne tulit punctum 65
Omnia chnaumata 700
Omnia esculenta 512
Omnia ex sententia cedunt 90
Omnia idem puluis 645
Omnia octo 557
Omnia praeter 548
Omnia praeclara dicis 161
Omnia secunda, saltat senex 579
Omnia similia 643
Omnium rerum vicissitudo est 256
Omnium sub vnam Myconum 646
Omnibus anteuertenda vitae cura 176
Omnibus armis praesidiisque destitutus 163
Omnibus neruis 118
Omnibus vestigiis inquirere 126
Omnibus vnguiculis 569
Omni certaminis genere 119
Omni conatu inuadere 420
Omni deuorato 559
Omni pede standum 119
Omni pedi eumdem 42
Omnis herus seruo monosyllabus 151
Omni telorum genere oppugnare 119
Omnia calculis 65
Omnium horarum homo 639

Omnium

Omnium quos sol 150. 540
Onobatis 721
Onus nauis 494
Opera sylosontis ampla regio 150
Operarii 287
Operi incipienti 375
Oportet agrum 493
Oportet omnibus 378
Oportet remum 688
Oportet testudinis 60
Oppedere contra tonitrua 146
Optat ephippia 407
Optat vicino vt habeat 596
Optima quidem aqua 210
Optimum aliena insania frui 637
Optimum condimentum 432
Optimum non nasci 715
Optimum obsonium 349
Opus ad opus 590
Oracula loqui 440
Orci galea 91
Ordinem deserere 706
Oresti pallium texere 320
Origanum tueri 700
Ornatus ex tuis virtutibus 717
Orphica vita 416
Osce loqui 300
Oscitante vno, deinde oscitat et alter 147
Osculana pugna 259
Os inest orationi 440
Os infrene 274
Os perfricare 199
Ostiatim 552
Ostium obdite 534
Ostrei in morem haeret 569
Os sublinere 292
Otiosus esto 628
Ouem lupo commisisti 189
Ouium mores 382
Ouium nullus vsus 381
Ouo prognatus eodem 644
Ouum adglutinas 308
Ouum ouo simile 643

P

PActoli opes 200
Palmarium facinus 69
Palmam ferre 708
Palinodiam canere 506
Palpari in tenebris 102
Palumbem pro columba 323
Pamphili furtum 612
Panagaea Diana 328
Pandeletias sententias 75
Panicus casus 301
Panidis suffragium 410
Panis lapidosus 87
Pannus lacer 145
Papae Myxus 570
Papyri fructus non postulat 112
Paria facere 554
Paries dealbatus 656
Prri iugo 34
Pardi mortem 339
Parieti loqueris 306
Par pari referre 553
Pariter remum, ducere 128

Parit puella etiamsi male adsit viro 238
Parni scaphula 679
Parthi quo plus biberint 87
Partitio non praefocatio 610
Parturiunt montes, nascetur 265
Paruo emtas carnes 666
Paruus semper tuus pullus 57
Pastillos Rufillus 493
Patriae fumus igni alieno luculentior 575
Patris est filius 641
Patrocli occasio 654
Patroclo sordidior 665
Pattaecione calumniosior 105
Pauciloquus, sed eruditus 99
Pauper sed ingeniosus 547
Paupertas sapientiam ibid.
Pausone mendacior 550
Pecunia absque peculio fragilis 113
Pecuniae obediunt 499
Pecuniae vir 202
Pecuniarum cupiditas Spartam 613
Pecuniosus damnari 501
Pedem conferre 28..232
Pedem vbi ponat 546
Pedere thus 574
Pedetentim 682
Pedibus in sententiam discedere 65
Pedibus trahere 216
Pediculi Platonis 663
Pedum visa est via 287
Pegaso velocior 238
Peius Babys tibia canit 352
Pellem caninam rodere 528
Pellenaea tunica 375
Pelopis talenta 203
Pennas nido 72
Penelopes telam 308
Penicissare 398
Pensum persoluere 707
Πεντάπλοα 488
Pepones 395
Per antiquum diem 375
Per caliginem 345
Perdere malum 404
Perdicis crura 250
Perdidisti vinum infusa aqua 86
Perendinum ventum praedicere 600
Per fluuium traducere 86
Pergraecari 447
Per hastae cuspidem currere 192
Per Harma aliquid 520
Peribis si non feceris 564
Periculum prorae felis 186
Periculosum est canem intestina gustasse 287
Per ignem incedis 187
Perierunt bona 163
Periit sus 309
Περίτριμμα 484
Per manus tradere 259
Per medium annulum 358
Per nebulam 345. 525
Per parietem loqui 17

Perpetuum bellum 537
Perplexus 563
Perplexus animique 564
Perque enses, perque ignem oportet 191
Persaepe sacra haud sacrificata 611
Per satiram 346
Per somnium 345
Per tenebras quae 363
Pertinax contentio 34
Per transennam 345
Phalaridis imperium 150
Phallus Deo 693
Phaniae ianua 69
Phani ostium 344
Phaselitarum sacrificium 667
Phicidissare 396
Philauti 574
Philippide tenuius 665
Philosophari 600
Philotesius crater 48
Phoci conuiuium 465
Phocensium amolitio 222
Phocensium execratio ib.
Phoenice rarior 615
Phoenice viuacior 442
Phoenicum pacta 332
Phormionis thori 261
Phrynondas alter 294
Phrynichi lucta. 322
Phryx plagis 387
Pica certat cum luscinia 12. 212
Pili non facio, 131
Pilos pro lana 323
Pilus in medio 160
Pingui mensura 435
Pingui Minerua 64
Pinguior lecytho 383
Pinguis venter non gignit sensum tenuem 578
Pinus in morem 163. 404
Piscator ictus sapiet 224. 635
Piscem natare doces 19
Piscis eget sale 26
Piscis nequam est 374
Piscis primum a capite 542
Piscis repositus 374
Pistillo caluior 249
Pistillo nudior 547
Pistillo retusius 386
Pitana sum 258
Pithon formosus 29
Placiadae 718
Placide bos 682
Plaustra conuitiis 530
Plena manu 434. 591
Plenilunio fiet 520
Pleno gradu 183
Pleno modio 435
Plumbeo iugulare gladio 136
Plures adorant solem orientem 54
Plures Callicyriis 680
Plures thriobolos, paucos est cernere vates 650
Pluris est oculatus testis vnus 168
Plurium calculus vincit 108
Plus aloes, quam mellis habet 59
Plus apud Campanos vnguenti 212

Podex

Podex lotionem vincit 370. 476
Pollicentis ſe promiſſa re praeſtiturum 247
Polycrates matrem 31
Polypi 612
Polypi caput 58
Polypi mentem obtine 330
Pomarius Hercules 139
Ponere ſupercilium 66
Pontificialis coena 447
Porcellus Acarnanius 341
Porcum immola 386
Porcus Troianus 449
Porrectis pedibus dormire 630
Porrigere manus 113
Porro a Ioue atque a fulmine 632
Poſt acerba prudentior 636
Poſt bellum auxilium 638
Poſterioribus melioribus 625
Poſt feſtum veniſti 685
Poſt folia cadunt arbores 185
Poſtica ſanna 162
Poſtico diſcedere 655
Poſt Leſbium cantorem 214
Poſt malam ſegetem ferendum eſt 230
Poſt Marathonem 475
Poſt principia 632
Poſt rem deuoratam ratio 636
Praebere viros 253
Praediues 202
Praemanſum in os inferre 63
Praematura mors 634
Praemouere venatum 244
Praepoſtere 13
Praeſens abſens 81
Praeſentem fortunam boni conſule 598
Praeſentem mulge, quid ib.
Praeſtat canem irritare, quam anum 634
Praeſtat habere acerbos 30
Praeſtat inuidioſum 408
Praeſtat vni malo 475
Praeter Sibyllam leget nemo 166
Praeuertit ancorae iactum Deus 268
Preces armatae 576
Premenda occaſio 531
Premere pollicem 64
Prienenſis iuſtitia 416
Prima facie, prima fronte 125
Primas iactare haſtas 13
Primas tenere 177
Primoribus labiis deguſtare 347
Primum Aegina 376
Primum apes abigendae 627
Primum Mars in filiis 376
Primum recte valere, proxima forma 67
Princeps indiligens 344
Principatus Scyrius 143
Principes inter ſe noti 517
Principium dimidium 5
Principium, medium et finis 702
Principum fauor 539

Priſcis credendum 245
Prius antidotum quam 18
Prius duo echini amicitiam ineant 288
Prius locuſta bouem pariet ibid.
Prius ouem lupus ducat vxorem 288
Prius quam aſſa ſit farina 17
Priuſquam gallus iterum cecinerit 239
Priuſquam mactaris, excorias 17
Priuſquam ſortiaris, communia 615. 713
Prius teſtudo leporem anteuerterit 288
Proba eſt materia 349
Pro beneficentia 372
Pro bonis Glomi 278. 554
Pro caeco exoculatus eſt 475
Procridis telum 89
Procul a pedibus equinis 632
Procul ab auribus nuncius veniat 160
Pro Delo Calauriam 553
Prodico doctior 221
Pro dignitate cuiuſque 176
Pro eleganti medico 508
Profectus ab Apaturia, rediit Maio 684
Profundum ſulcum 440
Prolixius Iliade 271
Pro malo cane 323
Pro mea virili 119
Promeri canes 719
Promus magis 436
Pronomi barba 249
Pro perca ſcorpium 323. 372
Propria vinea caedere 115
Proprii nominis 522
Prora et pupis 3
Protheo mutabilior 329
Proteruiam fecit 590
Protinus apparet, quae plantae frugiferae futurae 126
Prouoluitur ad 520
Prudentia cum viribus coniuncta 602
Prudens in flammam 463
Pſecas aut ros 63
φευδόπυρα οἷον 485
Pſydracia 705
Pſyra Bacchum 666
Pſyrice facta 666
Πτερυγίζειν 399
Ptolemaica lis 623
Pudebat recuſare, et non audebant ſuſcipere 605
Pudor et metus ibid.
Pudor in oculis ibid.
Puer glaciem 466
Pueri ſeneſque 496. 540
Pugnis et calcibus 420
Pugno tenere 628
Pulcre dixti 32
Pulcre fallit vulpem 379
Pulcrorum etiam 256
Pulcrum ſepulchri elogio 619
Pulmo prius veniſſet 347. 688
Puluerem oculis offundere 102
Punica fides 334. 561
Punctum temporis 715

Purgatis auribus 81
Purior clauo 340
Purpura iuxta purpuram 413
Purus putus 650
Pusillus quantus Molon 578
putre salsamentum 503
Pygmaeorum acrothyina 503
Pyraustae gaudes 463
Pyraustae interitus 472
Pyrrhandri commentum 336
Pyrrhichen oculis 430
Πυῤῥιχίζειν ibid.
Pyraeus non fert 450

Q

Quadra propria 544
Quadratus homo 559
Quae apud inferos 702
Quecunque in somnio videntur 731
Quae dantur 598
Quae diuinitus contingunt 97
Quae dolent, molestum 480
Quae ex antiqua 364
Quae non posuisti 417
Quae quis ipse facit 574
Quaerendae facultates 550
Quaerens obsonium, vestem perdidi 266
Quae semel ancilla, numquam hera 199
Quae sero contingunt, sed magnifica 687
Quae sub alis fiunt 397
Quae supra nos, nihil ad nos 43
Quaeuis terra patria 98
Qualis hera talis pedissequa 644
Qualis vir talis oratio 127
Quam apes apum similes 643
Quam curat testudo muscas 131
Quam facile vulpes pyrum comest 586
Quam in tragoedia 14
Quam quisque nouit artem 688
Quando id fieri non potest 597
Quamquam non dixeris, tamen 127
Quanta mus apud Pisam 225
Quanta vix caelo 515
Quanto asinis praestantiores muli 213
Quantum pedibus potes 242
Quantum habet 202
Quantum non miluus oberret 201
Quarta luna nati 25
Quasi millus cani 632
Quasi sutrium canit 322
Quatuor obolis non aestimo 135
Quauis re dignus 174
Quem fortuna pinxerit 583
Quem mater amictum dedit, obseruat 699
Queruli in amicitia 53
Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt 731
Qui arat oliuetum 349

Qui bene coniiciet hunc vatem 126. 600
Quibus nec ara, neque 333
Qui canem alit 371
Qui circa salem et fabam 50
Qui continet arcanum 673
Qui conturbat omnia 495
Qui domi compluitur 284
Quid Achiuos a turre iudicatis 632
Quid ad Mercurium? 39
Quid ad farinas? 39
Quid primum et vltimum 59
Quidquid in linguam venerit 275
Quidquid in buccam venerit ibid.
Qui cum contemtu vitae invadunt 84
Quid caeco cum speculo? 194
Quid cani et balneo ib.
Quid de pusillis 402
Quid distent aera lupinis 171
Quid nisi victis dolor? 710
Quid non fies, profectus Arbelas? 731
Quid opus erat 310
Quid si caelum ruat? 291
Quid tandem non 349
Quid tibi Apollo 520
Qui egent lucerna, infundunt oleum 277
Qui eget, in turba 551
Qui iure perierunt 405
Qui inspuerit in 460
Qui modus equitum? 518
Qui multa rapuerit 500
Qui multum obfuit 509
Qui non litigat, coelebs est 235
Qui nimium properat, serius absoluit 242
Qui non zelat, non amat 57
Qui obticescit 673
Qui omni in re, et omni in tempore 298
Qui paratus ad 486
Qui possim ab hoc 433
Qui prior laesit 386
Qui probus Atheniensis 218
Qui quae vult dicit 458
Quis aberret a ianua 1
Qui semel scurra 370
Qui sese non habet, Samium 21
Quis parentem laudabit nisi 158
Quisquis is fuerit 170
Quisquis tarde venit ad coenam 684
Qui sunt apud inferos 533
Quis vsus cepis putridi? 145
Qui vitat molam 348
Quoad vixero 633
Quocumque pedes ferent 161
Quodcumque in solum venit 5
Quod adest, boni consule 598
Quod alibi diminutum 37
Quod aliis vitio 419
Quod alius condiuit coquus 259
Quod datur 598
Quod dedi, datum nollem 537

Quod

Quod [illegible]factum est 511
Quod in corde sobrii 439
Quod index auro 411
Quod non est opus, asse carum non est 130
Quod pulcrum, idem amicum 250
Quod recte datum est 435
Quod scis, nescis 673
Quod volumus, sanctum 570
Quod vtile, honestum quod 608
Quo properas, num ad Ephebum? 220
Quo semel est imbuta 370
Quos non tollerent 494
Quo terrarum raperis? 41
Quo transgressus? 105
Quot homines, tot sententiae 35
Quot seruos, tot hostes 169
Quum adsit via, semitam quaeris 611
Quum adsit vrsus vestigia quaeris ibid.
Quum aqua fauces 14
Quum cessat Boreas 603
Quum Delphis sacrificauerit, ipse carnes absumit 505
Quum licet fugere, ne quaere litem 536
Quum mula pepererit 519
Quum paruula est 376
Quum sis nanus, cede 217
Quum vterque concedit alteri 526

R

RAdit vsque ad cutem 618
Ranae aquam 9
Rana cum locusta 209
Rana Gyrina 381
Ranarum more bibere 88
Rana Seriphia 674
Ranis vinum 501
Rapina cotytiis 610
Rara auis 616
Receptui canere 559
Rectam ingredi viam 417
Recto pectore 245
Rdddidit Harpocratem 676
Refricare cicatricem 420. 475
Refutantis laudem 30
Regia vaccula 174
Reiicientis auctorem formidinis 254
Relinque quippiam et Medis 590
Rem acu tetigisti 27. 127
Rem factam habere 629
Rem factam stultus cognouit 224
Remis velisque 119
Rem nouam aggredior 120
Re opitulandum, non verbis 112
Reparizare 333
Reperire rimam 209
Repperit Deus nocentem 717
Reprehensio cognitionis 507
Res ad triarios rediit 227
Res Cannacae 374
Res est in cardine 188
Res indicabit 223

Res in foro noſtro vertitur 257
Reſpublica nihil ad 42
Reſpublica virum docet 226
Res ſacra conſultor 128
Reti ventos venaris 305
Rex aut aſinus 227
Rhadamanteum iudicium 246. 416
Rhadamanti iusiurandum 246
Rhamnuſia Nemeſis 721
Rhamnuſius 416
Rheginis timidior 695
Rhodiorum oraculum 681
Rhodii ſacrificium 621
Riſus Ionicus 449. 618
Riſus Megaricus 619
Riſus ſardonicus ibid.
Riſus Chius ibid.
Riſus ſyncruſius 621
Romanos ſedendo vincit 681
Rore paſcitur 664
Roſam cum anemona confers 210
Roſam quae praeteriit 401
Roſcius 177
Rudem accipere 560
Rude donare ibid.
Rudentes et remos 508
Rudius ac planius 568
Ruminare negotium 178
Rumor publicus non omnino fruſtra eſt 517
Rupta ancora 368
Ruris fons 179
Rus ciuitas 713
Ruſticanum oratorem ne contemſeris 142
Ruta caeſa 701
Ῥυπακόνδυλος 668

S.

SAcer manipulus 166
SAcer piſcis 380
Sacra celerius abſoluenda 241
Sacra haec noſtra non aliter conſtant 693
Sacram ancoram ſoluere 228
Sacra nihil ſunt 668
Sacrum ſine fumo 667
Saepe etiam eſt olitor valde 268
Saguntina fames 549
Salamina nauis 238
Sale emtum mancipium 138
Sale et aceto 661
Sal et menſa 48
Salem et caſeum edere 263
Salem et fabam 650
Salem et menſam ne praetereas 59
Salem lingere 263
Salem vehens dormis 662
Sale nihil vtilius 98
Sale perunctus his 447
Saliares dapes 671
Salis onus vnde venerat, illuc abiit 722
Saliuam imbibere 370
Salillum animae 715
Salſitudo non ineſt 385
Salſuginoſa vicinia 478
Saluete equorum filiae 28, 505
Sambucam citius 290
Samii litterati 640
Samii mores 105
Samiorum flores 393

Samiorum laura 393
Samiorum mala metuis 484
Samium comatum 393
Sanguine fiere 429
Sanior est pisce 625
Sapere patruos 428
Sapiens diuinat 599
Sapiens non eget 199
Sapiens sua bona secum fert 91
Sapientes tyranni sapientium congressu 55
Sapientia vino obumbratur 448
Sapientium octauus 175
Sardanapalus 394
Sardi venales 93. 679
Sardonius risus 620
Sarone magis nauticus 429
Sarta tecta 561. 628
Sarpedonium littus 116
Satietas ferociam parit 200
Satis quercus 587
Satius est recurrere, quam male currere 637
Satius est initiis mederi quam fini 637
Saturniae lemae 100. 391
Saturni podex 381
Saxum volutum non obducitur musco 80
Saxum voluere 317
Scabrosior Leberide 75
Scarabaei vmbrae 136
Scarabaeo citius 474
Scarabaeo nigrior 582
Scarabaeus aquilam quaerit 719
Scarabaeus citius faciet mel 290
Schoenicolae 270
Σκιᾶς μαχᾶν 311
Scindere glaciem 6
Scindere penulam 280
Scipioni arundineo inniti 268
Scit quomodo Iuppiter duxerit Iunonem 153
Scopae dissolutae 641
Scopas dissoluere ibid.
Scopum attingere 127
Scrupulum iniicere 699
Scrupsae 137
Σκύτη βλέπει 660
Scyta accissans asinum 658
Scytha melus 78
Scytharum solitudo 659
Scytharum oratio 75
Secum viuere 489
Secundis ventis 90
Secundo aestu 90
Securim iniicere 460
Sedecim pedibus superauit 213
Sedens columba 479
Seiuncta sunt Merrhae et Siloam 171
Sellissare 74
Semel rubidus ac decies pallidus 732
Semissis homo 129
Semper affert Lybia 335
Semper Africa noui ibid.
Semper agricola in nouum annum diues 267
Semper aliquis in Cydonis domo 280
Semper graculo assidet graculus 643

Semper feliciter cadunt Iouis taxilli 91
Semper Ilio mala 362
Semper Leontini 447
Semper me tales hostes insequantur 129
Semper seni iuuenculam 37
Semper similem ducit Deus ad similem 643
Semper superioris anni res meliores 46.731
Semper tibi pendeat hamus 230
Semper virgines furiae 718
Senecta leonis praestantior hinnulorum 210
Senem admonere 322
Senem erigere 638
Senesco semper multo addiscens 604
Senescit bos 445
Senes mutuum fricant 552
Senex bos non 444
Senex psittacus negligit 322
Senis mutare linguam 319
Senis doctor 322
Senum prudentia 604
Septem conuiuium, nouem conuicium 115
Septennis quum sit 389
Septimus bos 137
Sequitur sepiam Parca 645
Sera in fundo parsimonia 636
Serenitati nubem inducere 20
Serere ne dubites 349
Sero Iuppiter diphthaeram inspexit 717
Sero molunt deorum molae 729
Sero sapiunt Phryges 634
Sero venisti 638
Sero venisti, sed in colonum ito 638.683
Serpens nisi edat serpentem 614
Serpentis oculus 565
Seruabis bouem 224.365
Seruatori tertium 557
Seruilis capillus 298
Seruire scenae 638
Seruorum ciuitas 138
Seruum haud veho 66
Seruus seruo praestat, dominus domino 218
Seruus cum sis, comam geris 198
Sexagenarios de ponte 443
Sibi canere 595
Sibi malum reperit 464
Si parat malum 460
Si bouem non possis, asinum agas 598
Sibylla viuacior 442
Si caseum haberem, non desiderarem 263
Sic est ad pugnae partes, re 685
Sic coruus posset tacitus pasci 275
Si crebro iacias 325
Siculissare 448
Siculus miles 138
Siculus omphacissat 244
Sicyon arrodens, vxor lanernam texe 262

Sidera caelo addere 25
Si Deus voluerit 113
Signum bonum aut malum 125
Si iuxta claudum 479
Sileni Alcibiadis 653
Silentii tutum praemium 672
Si leonina pellis 337
Si meus ille stilus 558
Simia barbata seu caudata 653
Simia est simia, etiamsi aurea 250
Simia fucata 653
Simia in purpura 252. 335. 655
Simia non capitur laqueo 335
Simiarum pulcerrima deformis est 251
Simile gaudet simili 642
Similes habent labia lactucas 644
Similes videntur captiuis ex Pylo 660
Similios ficu 643
Simonidis cantilena 595
Simulare cupressum 399
Simul et da et accipe 167
Simul et dictum et factum 237
Simul et misertum est 373
Simul sorbere et flare difficile 289
Sinapi victitare 422
Sincerum vas incrustare 17
Sine canibus et retibus 112
Sine capite fabula 276
Sine Cerere et Baccho 448
Sine cortice nabis 111. 603
Sine ope diuina nihil valemus 109
Sine pennis volare haud facile est 289
Sine riuali diligere 575
Sine vt incolumis redeat 66
Si non adsint carnes 597
Sinopissas 397
Siphniassare 396
Si quid mali in Pyrrham 160
Si quis iuxta 344
Siren amicum 521
Sysiphi artes 335
Si tanti vitrum quanti margaritum 212
Si tibi amicum, nec mihi inimicum 66
Si tibi machaera 484
Si tu proreta 539
Si vinum postulet 324
Si vultur es, exspecta cadaver 278
Smaragdus in luce obscurus 26
Socratis callus 700
Solae Lacaenae vtros pariunt 254
Solem adiuuare facibus 23
Solidos è clibano 453
Soli lumen inferre 9
Solus currens vicit 708
Solus sapit 217
Somnium 703
Somnium non vidit 181
Somnus abfit ab oculis ibid.

Sontica causa 514
Sophocles et Laudiceni 68
Sortem et vsuram persolvere 726
Soterichi lecti 139
Spartae serui maxime serui 640
Spartam nactus es, hanc orna 639
Sphaera per praecipitium 585
Sphaeram inter sese 528
Sphondyla fugiens 340
Spem pretio emere 267
Spem alunt exsules 669
Spes seruat afflictos ibid.
Spes tenuis 670
Spithama vitae 715
Spirat Caecias 621
Sponde, noxa 456
Spongia corrigere 156
Spongia mollior 479
Sponsi vita 393
Spontanea molestia 461
Squillas à sepulcro 386
Stateram ne transgrediare 377
Statuam faucibus colas 290
Statua taciturnior 676
Stellis signare, obelo notare 125
Stentore clamosior 116
Sterilem fundum 307
Sterilior Agrippo 550
Stimulis rodere 481
Στηνιωταί 456
Strumam dibapho tegere 279
Strychnum bibit 386
Stultitia est 390
Stultior Coroebo 387
Stultior Melitide 382. 621
Stultior Morycho 43. 387
Stulto ne permittas 389
Stultus, qui patre caeso, liberis pepercit 724
Stultus stulta loquitur 648
Stupa feniculus 716
Stupidior Praxillae 387
Suade lupis vt insaniant 586
Suadeo quod ipse facturus essem 128
Suam quisque homo rem meminit 596
Sub aliena arbore fructum 114
Sub cultro liquit 184
Subdititius es 514
Subiugus homo 640
Subito alius 509
Subitum remedium periculi 581
Sublata lucerna, nihil interest 235
Sub manu nasci 639
Subuentanea parit 705
Succisiua opera 181
Suem irritat 469
Sui cuique mores fingunt fortunam 728
Sui dissimilis 509
Summam manum 556
Summaria indicatura 269
Summa vi defendere 113
Summis ingredi pedibus 534. 688

 Sum-

Summis labiis 346
Summis vnguibus ingredi 70
Summis yti velis 120
Summis naribus olfacere 346
Summo pede 346
Summum cape 493
Summum fastigium 556
Summum Ius, summa iniuria 617
Summum fuere 559
Suo ipsius indicio 459
Suo ipsius laqueo ibid.
Suo iumento sibi 458
Suo quisque studio gaudet 573
Suo sibi hunc iugulo 458
Superatus es a 427
Superauit dolum 561
Supercilium salit 98
Super te haec omnia Leparge 724
Supremum fabulae 556
Surculum defringere 345
Surdaster cum surdastro litigabat 645
Surdior Toronaeo portu 672
Surdior turdo ibid.
Surdo canis 313
Surdo fabulam narras ibid.
Surdo oppedere 311
Sursum ac deorsum 120
Sursum versus sacrorum 288
Sus acina dependens 718
Sus cum Minerua 10
Sus in volutabro 410
Sus Mineruam 9
Suspendio diligenda arbor 163
Suspensa manu 347
Sus per rosas 397
Susque deque 130
Sus saltauit 13
Sus sub fustem 184
Sus tubam audiuit 410
Sutorium atramentum 582
Suum cuique pulcrum 35. 573
Suus cuique crepitus 573
Sybarissare 449
Sybaritica calamitas 362
Sybaritica mensa 451
Sybaritae per plateas 69
Sycophanta 103
Syiosontis chlamys 200
Syncretismus 52
Syrbenae chorus 623
Syracusana mensa 451
Syrus quum non sis, ne syrissa 196

T.

Tacite stomachari 409
Tacito pede 682
Taciturnior Pythagoreis 676
Taenarium malum 361
Talaria induere 236
Talia gignit bellum 460
Talpa coecior 101
Talum reponere 507
Tam in procliui quam imber 586
Tam multa quam sapiens 271
Tam perit quam extrema 361

Tamquam ad aram 229. 626
Tamquam argiuum clypeum 71
Tamquam Chalcidica nobis peperit vxor 235
Tamquam conchylium discerpere 149
Tamquam de narthecio 587
Tamquam de specula 600
Tamquam heros in clypeo excipere 114
Tamquam in Phiditiis 362
Tamquam in speculo 567
Tamquam meum nomen 481
Tamquam suber 274
Tanagraeus cetus 380
Tangere cubito 481
Tangere vlcus 420
Tantali horti 704
Tantali lapis 659
Tantali poena 668
Tantali talenta 202
Tarichus assus est, simul 587
Taurum tollet, qui vitulum sustulerit 80. 259
Tauricum tueri 426
Tecum habita 490
Teipsum inspice 575
Teipsum laudas ibid.
Teipsum non alens 22
Telenicia Echo 274
Telenico pauperior 546
Telluris onus 141
Tempestas rerum 353
Tempus omnia reuelat 343
Temulentus dormiens 421
Tenedia bipennis 555
Tenedius homo 411
Tenedius patronus 412
Tenedius tibicen 294
Teneri calidis 451
Tentantes ad Troiam peruenerunt Graeci 230
Tenui filo 487
Tenuis spes 164
Tenuiter diducis 667
Ter 441
Termeria mala 457
Ter abstergere 489
Terebintho stultior 390
Terra amat imbrem 641
Terra defossum 532
Terrae filius 515
Terrae intestina 383
Terra marique 121
Terra mihi prius dehiscat 161
Terram pro terra 225
Terram video 677
Terra volat 289
Tertium caput 63
Testaceum flagellum 225
Testa collisa testae 707
Testudinem equus insequitur 212
Testudinem pegaso comparat 210
Testudo intra tegumen tuta est 628
Testulae transmutatio 254
Tetigit lapidem à cane morsum 623
Thasium infundis 434
Θ praefigere 156
Thallus bonorum 93
Theogenis hecateum 301

Theagenis pecuniae 551
Theocrines Tragicus 103
Thericlei amicus 447
Thersitae facies 251
Thesaurus carbones erant 264
Thessala mulier 235
Thessalorum alae 448
Thessalorum commentum 331
Theutidum more 699
Thraces foedera nesciunt 332
Thracium commentum ib.
Θράττειν 561
Thynni more 177
Thurium lema 253
Thynnissare 421
Thymbra victitans 75. 262. 629
Tibiam tubae comparas 213
Tibicen vapulat 606
Tibicines mente capti 382
Tibicinis vitam viuis 393
Timidi mater non flet 601. 633
Timidi nunquam statuerunt trophaeum 695
Timidior es prospiciente 694
Timidior Pisandro ibid.
Timidus Plutus 694
Tineas pascere 128
Tinctura Cyzycena 606
Tinctura Sardonica 605
Tiresia caecior 101
Titanas imploras 110
Titanicus aspectus 427. 700
Tithymallus Laconicus 129
Thitoni senecta 412
Titio ad ignem 586
Titiuillitium 133
Titius 24
Tollat te qui non nouit 617
Tolle digitum 710
Tolle calcar 485
Tollenda mali occasio 531
Tolle! tolle mazam quam ocissime 666
Tollere cornua 67
Tollere cristas 66
Tollere manus 426
Tota erras via 1
Tota vlcus est 494
Toto caelo errare 2
Toto corpore 569
Toto organo 6
Toto pectore 119
Totum subuertere 404
Totus echinus asper 75
Τὸ τοῦ ἢ κυνάμυα ἄγει 699
Trabs in omnibus 167
Tradere prouinciam 167. 560
Tradunt operas mutuas 110. 122
Tragice loqui 570
Tragicus rex 145
Tragicum malum 357
Tragicum tueri 426
Tragoedias in nugis 402
Tragulam iniicere 378
Tranquillo quilibet gubernator est 92
Tranquillum aethera 316
Transuersum agere 511
Tredecim cubitorum 385

Trepidat in morem galli cuiuspiam 699
Tria cappa pessima 295
Tria saluberrima 625
Tribus bolis 99
Tribus minis insumtis 662
Tribus verbis 100
Tributis potiora 446
Tricae apinae 135
Triceps Mercurius 63
Tristis litera 155
Tristis scytale 427
Trium dierum 551
Trium literarum homo 135
Trochi in morem 328
Trutina iustius 415
Τρυγόβιοι 663
Tuam ipsius terram calca 170
Tuas res tibi habeto 183
Tua res agitur, paries cum 187
Tu in legione, ego in culina 199
Tuis te pingam 527
Tunica pallio propior est 593
Tunicati 548
Tunc canent cygni cum tacebunt graculi 231
Tuo te pede metire 67
Turdus ipse sibi 466
Turpe silere 407
Turpis iactantia 571
Turture loquacior 271
Tussis pro crepitu 653
Tute hoc intristi 466
Tute lepus es, et 25
Tuum tibi narro 15
Tyria maria 702

V.

Vacuam inhabitare 311
Vadimonium deserere 513
Valeat amicus cum inimico 172
Vale carum lumen 117
Valere pancratice 625
Vallus vitem decepit 260
Vapula papyria 130
Vasis instar 385
Vates secum auferat omen 159
Vbi amici, ibi opes 51
Vbi cerui cornua 521
Vbi non sis qui fueris, non est cur 257
Vbi paueris impera 491
Vbi per harma fulgurauit 615
Vbi quis dolet 480
Vbi timor, ibi pudor 606
Vel acum inuenisses 181
Vela ventis permittere 227
Vel caeco apparet 566
Vel capra mordeat nocentem 724
Velis equisque 237
Vel hosti miserandus 358
Vel Megaram vsque 456
Vel muscas metuit praetervolantes 695
Velocem tardus 10
Veluti è specula 568
Velut in cratere 122
Velut vmbra sequi 80

Venereum iusiurandum 248
Veneris lac 431
Veneri sucem immolauit 503
Venia primum 410
Veniat hospes, quisquis profuturus est 596
Venimus ad summam lineam 4
Venter auribus caret 450
Venti campus 328
Ventis tradere 524
Vento loqueris 316
Ventos colis ibid.
Ventre pleno melior consultatio 233
Ventrem mihi obiicis 450
Ventres 450
Ventus neque manere 562
Vera fronte 440
Verba importat Hermodorus 465
Verberare lapidem 313
Verbis conceptis 561
Verbis coquinariis 28
Verbis pugnas non re 698
Verecundia inutilis viro egenti 605
Ver ex anno tollere 320
Ver hiemem sequitur 647
Veriora iis, quae apud Sagram 247
Veritatis simplex oratio 438
Vero verius 440
Versatilis Artemon 74
Vertere vela 506
Veruccea statua 388
Vespa cicadae obstrepens 10
Vespertilio 328
Veste circumfers ignem 291
Vestigiis inhaerere 650
Vestigium ponere 376
Vestis virum facit 203
Viam qui nescit ad mare 597
Victi non audent hiscere 710
Victitant succo suo 664
Victoria Ἑτεραλκὴς 277
Victoria non incruenta 707
Victus spinosus 352
Videberis, me videns, plane Martem 67
Videre mihi labda 395
Vinaria angina 87
Vincula Tyrrhena 536
Vindicta tarda sed grauis 728
Vino inscribere 523
Vino vendibili suspensa hedera 74
Vinum animi speculum 439
Vinum caret clauo 452
Vinum noueris 345
Vinum senem etiam 452
Vir fugiens et denuo pugnabit 696
Vir fugiens haud moratur lyrae 238
Virgula diuina 90
Virgultea scaphula 11
Viri infortunati, procul amici 54
Viri iureiurando, pueri talis fallendi 246
Viri senis astaphis 443
Viro esurienti 513
Viro Lydo negotium 460
Viro seni 445

Vir-

Virtus simplex 416
Virtute duce, fortuna 98
Virtutem et sapientiam 498
Virtus gloriam parit 515
Virum improbum vel 724
Vita doliaris 261
Vita hominis peregrinatio 716
Vita macerata 446
Vita molita 631
Vita mortalium breuis 716
Vitandae potentum offensae 728
Vitiat lapidem 444
Vitilitigator 528
Vitiosa nuce non emam 135
Viua vox 205
Viuus fueris, vel cepe 112
Viuus vidensque 361
Viuit, incende ignem 240
Viuorum oportet 524
Viuum cadauer 444
Viuum noueris 371
Viuum sepulcrum 444
Vixit dum vixit 451
Vltra catalogum 442
Vltra Epimenidem 662
Vltra fusum 442
Vltra hyperbolum 457. 623
Vltra linum 442
Vltra pensum viuit 447
Vltra peram sapere 67
Vltra res Callicratis 201
Vltra septa transilire 40
Vltro citroque 178
Vltro Deus suppeditat 114
Vlulas Athenas 316
Vlysses pannos 509
Vlysseum commentum 336
Vlyssis remigium 299
Vmbrae 205
Vmbram suam metuere 18. 694
Vmbra pro corpore 323
Vmbra territas 322
Vna cum canistro 591
Vna cum ipsis manipulis 608
Vna cum templis et aris 709
Vna domus 406
Vna hirundo non facit ver 126
Vna lauabor 594
Vna pertica 587
Vna scutica omnes impellit 585
Vndarum in vlnis 188
Vndas numeras 315
Vndecumque locrum capiunt 594. 607
Vnde excoquat saeuum 202
Vnguis in vlcere 421
Vnica filia duos parere generos 60
Vnico digitulo 392
Vnicum arbustum 406
Vni cum duobus non est pugnandum 107
Vno die consenescere 634
Vno digitulo 585
Vno fasce complecti 109
Vno ore 65
Vno tenore 642
Vnum augurium optimum, tueri patriam 254
Vnum ad vnum 179
Vnus contra multos 108

Vnus Deus, et plures amici 46
Vnus multorum instar 218
Vnus vir nullus vir 108
Vocatus atque non 512
Volam pedis ostendere 484
Volantia sectari 317
Volaticum iusiurandum 335
Volens nolente animo 59
Volentem bouem 513
Voluitur dolium 316
Voluptas foeda 399
Voracior purpura 611
Vorare hamum 612
Vorsuram soluere 317
Votum munificum 729
Vrbanus nihil aequi 419
Vrit absque torre 535
Vsque ad aras amicus 51
Vsque ad rauim 115
Vsurae nauticae 446
Vsus est altera natura 473
Vt Bagas constitisti 390
Vt canis è Nilo 241. 345
Vt Corinthia videris 395
Vtere curru, de asinis nihil laborans 43
Vterque ambo 145
Vt fici oculis 495
Vti foro 638
Vt herba solstitialis 715
Vtinam domi sim 185. 207
Vtinam mihi contingant ea, quae in Corinthum et Sicyonem 729
Vt in velabro olearii 123
Vt lupus ouem 56. 421. 599
Vt luti baiuli 133
Vt nunc sunt homines 1 9
Vt Phydiae signum 65
Vt Phrygius amauit Pieriam 56
Vt possumus quando vt 597
Vtramque paginam facit 175
Vtrem caedis 321
Vtrem mergis 307
Vtrem vellis 302
Vtres thylaci 450
Vtre territas 302. 321
Vtraque nutans sententia 59
Vt sementem 554
Vulcanium vinculum 710
Vulcanus tibi 521
Vulgus suspicax 528
Vulpes bouem agit 25
Vulpes haud 500
Vulpes non iterum 409
Vulpinari cum vulpe 647
Vulturis vmbra 611
Vultu saepe laeditur pietas 48

X.

Xenocratis caseolus 263

Z.

Zaleuci lex 418
Zenone moderatior 600
Zenonium est lentem coquere 153
Zoili 406. 528
Zonam perdidit 548
Ζωφοροδόρπιδες 686
Zopyri talenta 205

INDICIS ADAGIORVM FINIS.